A2

2
185

Subiecta opera Origenis non habentur in alijs libꝛis hucuſqꝫ impꝛeſſis.vꝫ.

Apologia Jacobi Merlini pꝛo Origene.

Super Mattheum fere totum.

Super Lucam ſimiliter.

Super p̄s.XXXVI.Homelie.V.cum pꝛologo Ruffini.

Super p̄s.XXXVII.Homelie.II.

Super p̄s.XXXVIII.Homelie.II.

Super Geneſim Homelia decimaſeptima de benedictionibus patriarcharum.

Super libꝛum Judicum.Homelie octaua ꝛ nona.

Super Ezechielem Homelie tertiadecima ꝛ quartadecima.

Cum gratia vt patet in ſuis pꝛiuilegijs.

8. 48. E 4 1

ℭEPISTOLA NVNCVPATORIA IACOBI MERLINI IN APOLOGIAM ORIGENIS

ℭIacobus Merlinus Victurnienſis ſacræ theologiæ profeſſor immeritus/præſtantiſſimos patres regalis collegii Nauarræ tum uirtutibus, tum ſcientia uiros in toto orbe celebratiſſimos: Magiſtrum noſtrum Petrum de ualle: eiuſdem collegii moderatorem præcipuum: Ma. Ludouicum Laſſere ꝓuiſorem: Cæteroſq; magiſtros & ſtudentes uigilantiſſimos. Cum omni qua poteſt charitate ſalutat.

QVantum auctoritatis in ætatibus ſenectus: & in exemplis antiquitas: tantum apud nos habere merentur diſciplinæ: præſertim quæ ab inſigni ſtirpe originem ducunt: a bono ſaxo ſcaturiunt & ab optimo fonte proſiliunt. Cuiuſmodi ſunt illæ quæ a promptuariis ſenis Adamantii Origenis prodierunt: quæ ſub delecto uerborum flumine neſcio quod latens numen/uitæq; ſpiraculum ꝓfundunt: quo cunctæ mortalium animæ educatæ uitæ immortalitatem: boni maliq; agnitionem perfacile ſuſcipiunt. Quantum ſane roboris/atq; decoris inſignia uitæ: & ſcientiæ lingua noſtris progenitoribus olim conferebant: tantũdem præſtitit humanis ſpiritibus illuſtris Adamantii doctrina: quæ cum ab eius ore cum impetu (uelut ex libano aquæ) proflueret facula ardens interdum/gladius ue penetrãs/ſeu fauus diſtillans/aut hortus interdum uaria ſpirans aromata credebatur: quo delinitis audientium auribus compunctis cordibus/mẽtibus quoq; in deum incenſis: homines naturas ſuas obliti: paſſim in deos ſeſe transformabant. Teſtimonio locupletiſſimo ſunt innumeræ utriuſq; ſexus uirgines: inſignes cuiuſcũq; ætatis confeſſores: & rubricati ſuo in ſanguine triumphantes martyres: quos quaſi per manus Origenis ſuſcepit & militans eccleſia pariter & triumphans: & nimirum: quandoquidem quod gladius Dauid/& Ionathæ ſagitta in allophilos officium: hoc in filios diffidentiæ egit uibratus Origenis ſermo: idola peſſundans: circuncifionem profligans: errorum ſeminaria conterens: & ea quæ in hominum genus naturæ hoſtis uenena infuderat diluens/cuncta quoq; letalia uulnera ſanans: pupillis/atq; orphanis ſuffragabatur: uiduis adiumẽtum præſtabat: captiuis ſolatium: martyribus audaciam: uirginibus continentiam: cæcis lumen: pœnitentibus patientiam: & delinquentibus timorem/atq; remedium. Quod (uiri patres) demirati inimici homines: in talem/tantũq; apoſtolicum hominem ſæuire: in eiuſq; ſanam ac cœlicam doctrinam (qua nulla ſuperior) debacchari/furere: & uipereo ore inſidiari/latrare/inſurgere præſumpſerunt: ab eo (ut reor) hoſte edocti: qui (ut inquit Chryſoſtomus) tunc magis efferatur cum uiderit maiora uirtutis onera compoſita: & cum magnos uirtutum aceruos agnouerit: tunc grauius naufragium ſtudet inferre. Viderunt ſane puteos quos in ſcripturæ agro Origenes foderat: & protinus fœtentia errorum cadauera in eos mittere non erubuerunt. Viderũt ſanctuarium quod manus Adamantii effinxerat: & ipſum perfodere manu ſacrilega præſumpſerunt. Viderunt optima doctrinæ ſemina quæ dum noſter ſenex uitam ageret in chriſti agrum ſparſerat: & liuido pectore dum in domino dormit ſordenti zizania deprauantes eneruarunt. Infœlix certe hominũ genus neſcio quo dente mortui uiſcera corrodens: grauem uiuenti doctrinæ aculeum infligens: & tunc œſtro acrius pungens/laceſſens/feruidam quoq; pugnam incitans: ubi quieſcit doctrinæ auctor: quem ſuperſtitem nemo ſatis laudauit: differentẽq; legis abdita nullus errare comperit. At quãtum huiuſmodi perditorum hominum liuor dedecoris ſuis authoribus cumulet: q̃q; eorum ſacrilegæ manus letalia inſaniæ uulnera ſuis infligant nominibus uideritis uos uiri patres: totuſq; tandem agnoſcet orbis. Et ubi primum uelut argumentoſæ apes ex delectis graminibus: floribuſq; Adamãtii rorem (ambroſia præſtantiorem) ſuxeritis: inq; ueſtræ mentis alueum inſtillaueritis: fient in uobis proculdubio flumina aquæ uiuæ ſalientis cum impetu in ſitibundas chriſti eccleſias. Tunc æmulorum culpa patebit: conſtabitq; ſolida ſenis Adamantii fides. Cuius cauſam agens uobis. R. P. hanc noſtram pro Origene apologiam explorandam offero: ſimilem (quam olim Ioſue & Calef de terra promiſſionis plæbi iſraeliticæ retulerũt) ſententiam expetens: & a uobis expectãs: ut ceſſet ſuperueniente agnitionis aurora certamen malignorum ſpirituum cõtra noſtrum Iacob (Origenem dico) pro quo tria probabiliter aſſerenda cenſui. In primis ꝙ ſancte uixerit: ſecundo ꝙ recte ſcripſerit: tertio ꝙ innocenter uitam humanam concluſerit.

Am ꝙ Origenes pie ac ſancte uixerit facile ꝓbauero tribus præſuppoſitis. Suppono enim primo ꝙ ad bonum uirum: & ad ſanctam uitam non exigitur neceſſario hominem eſſe tetragonum/ſicq; uiuere ut nunq̃ a recto uiuendi ordine excidat: quippe cum nulli tales aut rari (& ſi multi optimorum uirorū nomina ſortiti ſint) inuenti fuerint. exemplum in Adam qui in ea qua cōditus fuerat innocentia nō perſtitit: in Moyſe qui ægyptium occidit: in Dauid qui homicidium adulterio ſociauit: & in aliis inumeris qui aliquam ſuæ ætatis portionem uariis polluerunt criminibus: quos nihilominus ſancte uixiſſe nullus in dubium trahit.

❡ Suppono ſecundo ꝙ ſicut non permittit deus hominem tentari ſupra id quod poteſt: ita nō permittit hominem in aliquod crimen prolabi qui efficaciter non uult cadere: ſed ne cadat omnem curam adhibet cū bona animi humilitate: quia facienti quod in ſe eſt deus non denegat ſuum auxilium.

❡ Suppono tertio Origenem non aſſeruiſſe aliquem/uel aliquos errores cum propoſito fallendi eccleſiā Chriſti: quia non eſt ueriſimile eum qui recte uixit & alios ad recte uiuendum trahere contendit in tantam fuiſſe prolapſum miſeriam/ut deliberate proximos ſeducere uoluerit.

❡ Probatio prime propoſitionis.

❡ His præmiſſis licet Origenem ſancte uixiſſe non poſſit euidenter oſtendi: probatur tamen uia duplici. Prima. Non eſt ueriſimile malos procedere filios ex illis bonis parentibus qui omnem quam poſſunt curam adhibent ut eos quos procrearunt filios bonis inſtituant moribus: & ſanis imbuant diſciplinis: & ad hoc illis de optimis prouident directoribus. Quod & Origeni contigiſſe cōſtat. nam & patrem habuit martyrem: de quo Euſebius vi. eccleſiaſticæ hiſtoriæ capitulo primo. Leonides Origenis pater ꝓ martyrio chriſti capite plexus: teneræ adhuc ætatis Origenem reliquit: & Hieronymus lib. uirorum illuſtrium. Origenes Leonide patre chriſti martyrio coronato cum ſex fratribus: & matre uidua relinquitur. Cuius rem familiarem ob confeſſionem chriſti fiſcus occupauerat: is uero Leonides nullum boni ſtudii: atq; rectæ diligentiæ gradum præteriit in excolendo: pariter & exornando animum filii: in quo uelut in agro feraciſſimo theſaurum uirtutis optimum recondere bonarum diſciplinarum ſemina ſpargere: & cætera quæ ad ſanctam uitam conducunt reponere non neglexit: quinimo pulſis ab eo puerilibus ineptiis: atq; deliramentis (uitiorum ſeminibus) locupletare: & ſpirituſſancti habitaculum in puerulo facere inſudauit. Qua de re cum ſe aſſecutum fuiſſe agnouit quod ualde prius optauerat: totiens dormienti puero religioſe: ac ſollicite operimentum pectoris detraxit: & uelut ſpiritu dei intus incluſo pectus eius tanq̃ templum quoddam ore demulcebat: labiis ſuauiſſime comprimebat: ſicq; recedens beatum ſemetipſum a deo effectum pro tantæ prolis fœlicitate gratulabatur (ut inquit Euſebius) inſuper eum de diuinis uoluminibus quorum ſtudio pater filium emancipauerat: aliquos ſupra ætatem quæſtiones (uelut columba Noe oliuæ ramum) Origenes patri referret: pater ipſum increpare ſe ſimulabat: ꝙ tam puerile os & lingua adhuc pfecti uerbi expers res tam grandes tractare præſumeret: & agricolæ præcoces fructus nondū plene excultus agellus edendos offerret. Apud ſe hæc omnia nihilominus conferens maximas quas poterat de tali ac tanta prole gratiarum actiones deo exoluens: tacito inquiens o qualis erit cuius tenella labia unus e ſeraphin necdum calculo altaris eluit! in cuius ore uerba ſua dominus reponere dignatus eſt! quæ omnia ad noſtri Origenis perfectam uitam iudicandā: & ad patris ſui Leonidis laudes ampliandas non parum conducunt. Sic itaq; Origenis innocentiam oſtenſurus procedere ex paternis laudibus ad prolis gloriam mihi propoſitum fuit: ſuadente Hieronymo qui ad Heliodorum de morte Nepotiani ſic inquit: præcepta eſſe rhetorum ut maiores eius qui laudandus eſt & eoꝝ geſta altius repetantur: ſicq; ad ipſum per gradus ſermo perueniat: ꝙ uidelicet auitis paterniſq; uirtutibus illuſtrior fiat.

❡ Secunda uia. Ad ſanctitatem uitæ Origenis comprobandam ſunt illius opera: quæ dum in hac ualle miſeriarum peregrinabatur eum feciſſe ex uariis authorum ſanctorum teſtimoniis conſtat: quæ tātum ad uirtutum eius teſtimonium faciunt: ut nemo ſit (niſi pertinacis animi fuerit) qui animum non flectat: cor non emolliat ad credendum ſancte uixiſſe Orige. Opera ſane quæ dedit illi pater ut perficeret ea ipſa teſtimonium de eo perhibent: quæ ſi quis ignorauerit: doctorum ſcrutetur ſcripturas: illæq; teſtimonium perhibent de ipſo: nam & de ſemetipſo inquit Orige. homilia quarta ſuper Ezechielem: nihil mihi conducit martyr pater ſi non bene uixero: & ornauero generis mei nobilitatem: hoc eſt teſtimonium eius & confeſſio/qua illuſtratus eſt in chriſto. Hieronymus in libro de uiris illuſtribus. Quantæ autem gloriæ fuerit hinc apparet: firmilianus Cæſareæ epiſcopus cum omni cappadocia eum inuitauit: & diu tenuit. Et poſt pauca ſequitur concurſus quottidie miri ad eum fiebāt: quos ille propterea recipiebat ut ſub occaſione ſæcularis litteraturæ in fide chriſti eos inſtitueret. Et idem in apologia quam ſcribit ad Pammachium & Oceanum de Orige. loquens (inquit) magnus uir ab infantia: & uere martyris filius alexandriæ ſcholam tenuit ſuccedens eruditiſſimo uiro Clementi preſbytero: uoluptates intātum fugit ut zelo dei (ſed tamen nō ſm ſcientiam) ferro truncaret genitalia: calcauit auaritiam: ſcripturas memoriter tenuit & in ſtudio explanationis earum diebus ſudauit ac noctibus: mille & eo amplius tractatus quos in eccleſia locutus eſt edidit: innumerabiles præterea cōmentarios quos ipſe appellauit Tomos. Aymo in libro de chriſtianarū rerum memoria (ſic inquit) ego ſane de Origene uiro tam illuſtri: abſtinentiſſimæ uitæ: & caſtiſſimæ: præclaræ doctrinæ: puri & lucidi ſermonis (ſalua patrum fide dixerim) ꝙ hæc omnino non ſcripſit. & præterea Euſebius libro ſexto eccleſiaſticæ hiſto. Et ſi quidem uelit quis omnem uitam uiri huius litterarum tradere monumentis: certum eſt ꝙ tanta ſunt de eo ac talia quæ proprium de eo requirant & opus & ocium. Et ſequitur poſt pauca. Cuius geſta ſi res pateretur etiam ex ipſis cunabulis digna mihi uideretur poſteritatis memoria: innumera quoq;

alia prænominatus de eodem Orige. fert teſtimonia in uita Orig. Inſuper Pamphilus martyr in apologia ſua de eodem ait: honore preſbyterii in eccleſia præditus fuit: uitam abſtinentiſſimam egit: & ualde philoſophalem: q̄ꝗ puræ religionis obſeruauerit diſciplinam: & præ cæteris uerbo dei & doctrinæ operam dederit: dubium non eſt ex his quæ ad nos laboris & ſtudii eius certiſſima deſignantur indicia: præcipue uero per eos tractatus quos pene quottidie in eccleſia habebat ex tempore: quos & deſcribentes notarii ad monumentum poſteritatis tradebāt. Cui autem hæc teſtimonia non ſufficiunt: legat q̄ egregia de Origene platonicus ille Porphirius in libro tertio aduerſum chriſtianos ſcripſerit: legat Pamphilum. Didimum: Ruffinum: Picum mirandulam: & alios recentes & ueteres pene innumeros: inter quos numerātur. M. Anto. Sabellicus qui inquit: Origenes decimo ſæuiciæ anno inſectatione in chriſtianos uiros mota patrem amiſit quem ipſe adoleſcens eſt ad martyrium hortatus: domeſtica inopia grammaticen docuit: ut matri uiduæ & fratribus uictum quæreret: nulla fuit lingua: nullum litterarum genus quod Origenes non calluerit. Potus & cibi parciſſimus: chriſti paupertatem imitatus: plures annos nudis ambulauit pedibus. multi huius ductu chriſtum confeſſi martyrium adepti ſunt. Quapropter multi toto orbe celebratiſſimi uiri tantas in uno homine uirtutum prærogatiuas agnoſcentes: uicarias amicitias cum eo cōtrahere conati ſunt. Inter quos referre dignum cenſui Alexādrum hieroſolymorū antiſtitem: qui ad Origenem in hunc modum ſcribere non dedignatus eſt: hoc enim & uoluntatis dei fuit ſicut ipſe noſti: ut amicitiæ quæ mihi a patribus fuerunt inuiolatæ durarent: immo uero & ardentius ac robuſtius augerentur: patres autem nouimus beatos illos qui nos præceſſerunt ad quos paulopoſt etiam nos abibimus. Panthenium dico dominum meum uere beatum & ſanctum dominum meum Clementem qui me in multis inſtruxerunt: ſed & aliqui alii tales ſunt per quos etiam te cognouimus uirum per cuncta egregium: & dominum & fratrem hæc quidem ita ſe habent. Cæterum ſynodus epiſcoporum Cypri celebrata ad inſtantiam Theophili uitā Origenis conſiderans ei nullo modo derogare auſa fuit: teſte Caſſiodoro libro decimo tripertitæ hiſto. c. xi. Innumeri deniq̄ꝫ homines martyrii palmam ipſo duce conſecuti ſunt: quos referre mihi ꝓlixum / uobis uero tedioſum foret: inter quos annumerantur Plutarchus: & Heraclas eius germanus: Serenus: Eraclides: Heros Neophitus. Item alius nomine Serenus: Eracla cathecumina: Pontamiana fœminarum famatiſſima: & in ſignis morū claritudine Barbara: Greg. quoq̄ꝫ ponticus de quo multus ſermo in uniuerſo orbe terrarum cum audiſſet Orige. doctrina & moribus illuſtrem ad eum proficiſcitur: a quo ueram philoſophiam eruditus ad patriam remeans plurima ſigna fec: t languores curauit: dæmones expulit: paganos quoq̄ꝫ innumeros ueræ fidei ſubiugauit: quæ omnia diligenter attēdere opus eſt: ut illius probitas innoteſcat qui uſq̄ꝫ ad fores palmæ martyrii cum ad martyrium læte ſubeūdum martyres hortaretur ſeſe frequēter iniecerit: unde præmium præmiis martyrum æquale puto meritus ſit. Iuxta illud Augu. in libro de bo. coniug. Non eſt impar meritum martyrii in Ioāne qui paſſus nō eſt: & in Petro qui paſſus eſt. Ex quibus omnibus relictis aliis cauſa breuitatis allegationibus ſatis conſtat ueritas primæ propoſitionis ſcilicet ꝙ ſanctæ uitæ fuerit ſenex Origenes Adamantius: & ꝙ licet non paſſus ſit: palmam tñ martyrii non amiſit.

¶ Probatio ſecundæ propoſitionis.

¶ Pro ueritate propoſitionis ſecundæ. Quod neq̄ꝫ ut habetur in titulo de propoſitionibus capitulo cum contra. & in glo. c. ad noſtram. ubi dicitur: ꝙ ſacerdotes & clerici Datiæ per legem regni admittuntur ad ꝓbandum negatiuam: uolens probare negatiuam directe non ſit admittendus: cum negantis factum per rerum naturā nulla ſit directa probatio. Nullo tamen iure prohibetur negatiuam probandam eſſe indirecte: quapropter cum multi aſſeuerent Origenem peſſime erraſſe in multis: ſupereſt oſtendere illa peſſima errata nō fuiſſe illius: & cum luce clarius ſit intuenti: diligenti ſtudio eius ſcripta: in uariis paſſibus oppoſita illorum erratorū ipſum affirmaſſe: relinquitur ꝙ falſo ſibi aſcribatur ab eius æmulis ad eneruationem gloriæ quam ex tantis & tam luculenter ſcriptis iure ſibi author uendicat. Ad quod faciendum tres articulos probare ex ſanctorum patrum auctoritatibus conſtitui. Primus eſt ꝙ maximæ auctoritatis fuit doctrina Origenis apud ueteres (etiam æmulos.) Secūdus ꝙ nulla falſa ueris ſcribēdo miſcuit Origenes. Tertius unde proceſſerit ꝙ ſcripta tanti tamq̄ꝫ ſancti patris tot erroribus ꝓphanata: & polluta fuerint blaſphemiis.

Articulꝰ primus

¶ Quāuis ante nos multos ſanctos patres multa ſcripſiſſe unicuiq̄ꝫ compertum ſit: nullius tamen ſcripta ardentius amplexata ſunt his quæ a promptuariis ſenis Adamantii uiri utiq̄ꝫ apoſtolici proceſſerunt: & quemadmodum argumentoſæ apes delectos flores diligenter inueſtigant: & ſtudioſiſſime perquirunt: ſuper quos (cum inuenerint) reſident donec conficiendi faui materiam ſuſceperint: ita omnis illa ueterum ſanctorum patrum ſylua per agmina ad emporium optimarum mercium noſtri adamantii ſedula confluxit: ut eum doctrinæ panem quem (uelut nauis inſtitores) de longe Origenes attulerat multo ære compararet: & cum authore ſuperſtite) nunq̄: aut uix cuiuſq̄ ſcripta uel geſta placuerint: nulla tamen hominum familiaritas doctrinæ Adamantii detraxit: quinimo multam famam: multam gloriam: admirationemq̄ꝫ illi contulit frequens hominum conuictus: inſuper ſicut nulla hærbarum: arborum: fructuumue uis: & natura tam ſolida: tāq̄ꝫ permanens conſpicitur quæ non longo uſu pereat: ita multorum auctorum doctrinæ multiiugæ cum tempore prætereunt: ut interdum cōmunis: & idem ſit auctoris: & doctrinæ gloria. interitus & finis: uerum enimuero geſtorꝫ ſcriptorumq̄ꝫ Origenis inimica non fuit præſentia. Dictans namq̄ꝫ atq̄ꝫ ediſſerens laudatore non caruit: & qui dum uiueret uerbo pariter & exemplo gloriam floccifacere admonuit: glorioſus ſemper euaſit famam exhortruit laudem

ruit laudem

nuit: laudem exoſam habuit: ſed ouans gloria ſpernentem amplectitur: morientem quoq; fama grandis ſequitur quæ ſemper uiuere inchoat uireſq; aſſumit eundo. Hanc igitur immortalem doctrinæ Origenis uirtutem oculatiſſime perpendentes ſancti patres (uelut qui libenter uino utuntur uetere: ueteres quoq; inſpectant fabulas) toto animo ad conquirendos codices quos Adamantius uiuens dictauerat anhelant: conquiſitos auare retinent: amplexantur donec liberali manu mors nepotibus cuncta miniſtrat. Cæterum quæ non tantum laudatore: ſed etiam lectore carere uoluiſſent neſcio quo ducti propoſito huiuſmodi patres ipſimet non laudare non poſſunt: quorum uerba ad cumulum laudum doctrinæ patris cuius cauſam agimus adducere optimum fore cenſui: procedat igitur in primis Hyronimus in medium: cuius uerba in præfactione cantici canticorum hæc ſunt de Origene loquentis. Cum in cæteris explanatiōibus alios ſuperauerit in hoc ſeipſum ſuperauit: & de ipſo illud uerificatur: introduxit me rex in cubiculum ſuum: & alibi imitari uolens ex parte Origenem inquit: quē poſt apoſtolos eccleſiarum magiſtrum nemo niſi imperitus negat: & alibi Origenes tanto ſcripturarum labore ſudauit ut iuſte nomen Adamantii acceperit: & poſt pauca hæc ſubiungit. quis unq̃ tanta legere poteſt quanta ipſe conſcripſit: & hoc labore quid accepit præmii: damnatur a Demetrio epiſcopo exceptis paleſtinæ & arabiæ & phœnicis: atq; achaiæ ſacerdotibus in damnationem eius conſentit urbs romana ipſa contra hunc ſenatum cogit: non propter dogmatum nouitatem: non propter hæreſim (ut nūc aduerſus eum rabidi canes falſo ſimulant) ſed quia gloriam eloquentiæ eius & ſcientiæ ferre non poterant: hoc quare ſcripſerim: & ad pauperis lucernæ igniculū ōto: ſed non tanto ſermone dictauerim poteſtis intelligere: ſi epicuros & ariſtippos cogitetis. Quæ uerba ſi ſedulus lector diligenter inſpexerit: ex eis facile agnoſcet quantæ auctoritatis eſſent apud Hieronymum ſcripta Origenis: & qui qualeſq; ad maledicendum homines eum impulerint: inſuper Chryſoſtomus (ut habetur in libro decimo tripertitæ hiſtoriæ) quātūcūq; a Theophilo Alexandriæ epiſcopo: & Epiphanio conſtantinopolitano: & a ſynodo epiſcoporum Cypri congregata rogatus ut contra Origenis doctrinam ſe ſubſcriberet noluit: quinimo prohibitus a lectura eiuſdem minime deſtitit: ſed ſemper & legit & docuit. Theotinus uero ſcythiæ præſul uir famatiſſimus ſic reſpondiſſe fertur epiphanio hortāte eum ut ſubſcriberet ſe contra Origenis doctrinam: Ego o Epiphani eius qui dudum bene requieuit iniurias non fero: neq; rem blaſphemam tentare præſumo: damnans ea quæ noſtri priores reſpuere noluerunt: nam neq; malam doctrinam in eius libris eſſe conſpicio: & qui illi iniurias inferunt: neſciunt ſemetipſos. Athanaſius autem defenſor niceni concilii contra arrianos teſtem ſuæ fidei Origenem appellat: ſuos libros libris illius coniungens: Methodius pœnituiſſe legitur q̄ Origenis ſcripta interdum damnauerit: tradit enim eum nihil male ſenſiſſe: præcipue de ſancta trinitate: nec in eo aliqua mala ſe inueniſſe fatetur: Euſebius. vi. enarrationis euangelicæ inquit: obtinebat autem hic ut non ſolum in uerbo eſſet ei perfecta doctrina: uerūetiam in opere conſummatæ diſciplinæ præbebat exempla: & dicebatur (ut aiunt) de eo qui hic eſt: qui quale habet uerbum: talem hēt uitā: & qualem habet uitam tale habet & uerbū: quoniam quæ docet agit: & quæ agit hæc docet: Rufinus præterea preſbyter aquilegieñ. in præfatione in libro periarchon Origenis ait: non æquis eloquentiæ uiribus tanti uiri ornare poſſumus dicta: unde uereor ne uitio meo id accidit: ut uir quem ille alterum poſt apoſtolos eccleſiæ doctorem ſcientiæ & ſapientiæ merito comprobauit: inopia ſermonis noſtri longe ſe inferior uideatur: quæ omnia mea ſententia Origenis doctrinam probatiſſimā: abſolutiſſimam: & ab hæretica prauitate prorſus alienam ſatis indicant: atq; demonſtrant: & qui ſibi perſuadere tantis: tāq; ſolēnium patrū teſtimoniis non ualet: Pamphili martyris apologiam: Didimi: Mirandulæ: Rufini: & aliorum plurium ſententias inquirat. Interim uero memorandum cenſui q̄ ſtudioſe & ſedule uiuentem Origenem audire contenderint ſublimes perſonæ dum per uniuerſum orbem doctrinæ eius fama promulgaretur: occurrit imprimis uenerabilis ille firmilianus cappadocum epiſcopus per omnia magnificus: qui tantum uenerationis erga Origenis ſcientiam & doctrinam habebat: ut indeſinenter cogeret eum ſecum moram agere: & interdum propria relicta eccleſia ad ipſum properabat. Alexander etiam hieroſolymorum antiſtes priuſq̃ in eum conſuraret: & Theotiſtus qui apud Cæſaream moderabantur eccleſiam ad audiendum Origenem omne tempus uitæ ſuæ emancipabant: atq; ipſi ſoli in diuinis ſcripturis & eccleſiaſtica doctrina ſummam magiſterii concedebāt. Mámea uero authoribus Euſebio: Didimo: & Oroſio: Alexandri imperatoris mater cum de Origenis doctrina magnifica ubiq; celeberrima audiſſet ſummo niſu geſtire cœpit: quatenus ſibi eius præſentia fieret: ut in litteris: in fide: in ſermone: in prudentia: omniq; doctrina quam cunctis in admirationem eſſe cernebat per ſemetipſam ſumeret documenta: cum omni honore: & ſupplicatione ad ſe tanq̃ uere diuini uerbi interpretem: famuliq; dei orat uenire: deniq; diua Barbara generis nobilitate præclara uirtutumq; præmiis præclarior agnita ſapientiſſimi uiri fama idolorum uanitatem ueritate confundens: apertiſq; indiciis ſcintillam luminis fidei per uniuerſi orbis partes longe lateq; communicans hoc ſcripto eum conuenit: Viro alexandriæ nobilitate animi longe lateq; conſperſo Origeni Barbara nicomediæ tua ancilla. Ob feruorem deſiderii mei accepi te diuinitatis oſtenſorem ad cuius notitiam peruenire concupiſco: quare famæ tuæ tumultu percuſſa ſupplico: quatenus diſcutere digneris noctem ignorantiæ: chaos confuſionis ab ancilla tua: & indicare ſolem iuſtitiæ lumenq; diſcretionis. Quis igit̃ nunc ita inconſideratus qui doctrinam Origenis ſuſpectam aſſerere præſumpſerit? Quis eius dogmata hæretica prauitate polluta eo auctore aſſeuerauerit? Nemo ſane ſapiens: nemo utiq; iuſtus: quando quidem tam inſi-

gne:florens:& expolitum ſit eius orationis genus:tantiſq; diuinorum ſenſuum refertum myſteriis : ut qui recto
oculo ſola percunctandi atq; cognoſcendi gratia ipſum ſemel decurrerit ſe in nonnulla cœleſtia putet cellaria in/
troductum:ſeu paradiſiacas tractare delitias:unde cunctarum uirtutum ſumat ſpecimina:ſcientiæ quoq; & uitæ
inſignes flores colligat. Verum hi quibus innata eſt obtrectandi libido dum pollutis manibus ſanam hanc do/
ctrinam contrectant:ex integro mutilum:ex puro ſordidum:ex ſano mortiferum faciunt:& puerorū mores imi/
tati tanq; in fontes caſtalios expuunt:excreant:olentes taxos:erucas:graueſq; cicutas uirgineis miſcēt liquoribus:
fautoreſq; ſcelerum ſunt:corruptoreſq; doctrinæ:qui multa errorū ſpicula in pios mores acuunt : itaq; decipiunt
uulgus:mala quoq; plurima tractant. Sed ſi mihi Hieronymum obieceris qui & maledicit Adamātio/cæteroſq;
ad maledicendum acuit:Hieronymum excipio:Hieronymum quoq; demiror:qui ad uigilantium ſcribens glo/
riatur:inquiens:per me latini omnia Origenis bona agnoſcunt:& ignorant mala:quod ſi recte dixerit : quis igi/
tur his quæ nobis de Origene Hieronymus dedit tot errata ſuperſeminauit ! Rurſus quomodo his hæreticatur
quem idem Hieronymus ſuis in præfatiōibus alterū poſt Apoſtolos eccleſiarū magiſtrū prædicat! qs etenim ali/
quando hæreticus potuit eccleſiarum magiſter ab eccleſiæ magiſtro nuncupari ! præſertim cuius tot opera le/
giſſe ſe gloriatur(neſcio ſi obtrectandi:an diſcendi promotus deſiderio.)Cui tanq̄ eccleſiaſticæ regulæ innitens
papa Gelaſius.xv.di.c.ſacroſancta.inquit/illa quæ hieronymus non repudiat legenda ſuſcipimus : reliqua uero
cum authore ſuo renuenda decernimus:qui utinam hæc decernēs maturius proceſſiſſet uocatis & adiuratis ad
hoc teſtibus omni exceptione maioribus : Hieronymum uero adiuraſſe nemo compertus eſt:niſi forte illi inſi/
gnes fratrum inſidiatores(Theophilum/Pāmachium Oceanum dico) qui præmemoratū patrē (uelut Balaac
Balaam)ad calumniandum accerſiuerunt/impulerunt:quod q̄ recte egerint teſtis eſt tribunal dei coram quo res
eius acta/diſcuſſaq; patuit. Cæterum quis aliquando æquus cenſor ad unius hominis uocem de morte/de uita/
deq; perenni obprobrio contra hominem cedro celſiorem ſententiam tulerit ! Rurſus quod omnes tangit ab
omnibus debet approbari:illam uero gelaſianam ſententiam innumeri paſſim reprobant:talem & ſimiles pon/
tificū ſanctiōes arūdineos baculos autumātes : & nullius roboris niſi uniuerſalis eccleſiæ ſupueniat approbatio.
¶ Item iure cautum eſt cap.cum clamor de teſt.illos teſtes rurſum examinandos qui obſcure in perniciem alte/
rius depoſuerunt:quis autem unq̄ obſcurius depoſuit Hieronymo:qui Origenem/Origeniſq; doctrinam nemi
ne impellente effert ſupra ſydera ! Impulſus uero uix eum inferno dignum æſtimat . Cum itaq; his rebus tanq̄
probabilibus inhærendum putet Ariſtoteles:quas ſiue omnes/ſiue plures/pauci ue ſapientes tales iudicant:con
cludo longe ſatius eſſe cum Pamphilo martyre/Didimo/Aymone/Ruffino : & aliis pluribus ſemper de Orige/
nis doctria recte ſapere:q̄ iniq; . Nec iuſtū eſt hoc reſpuere qd̄ uiri maximi ſūmo ſtudio olim congrere ſudauerūt.
Secūdus articulus oſtendit ¶ Multos ante nos paſſus eſt obtrectatores noſter Origenes:nec dubito quin poſt nos illorū priſcorum obtre/
ctatorum ſeminaria inſurgant aduerſus dominum:& Chriſtum eius. Ad perdendam ſapientiam eccleſiarum fo/
tricem:qui uenenum aſpidum geſtabunt in labiis ſuis:ſepulchrum quoq; patens erit guttur eorum ad excrean/
dum fœtentia errorum ſputa:quos puto leuiathā ob id conſurgere inſtigabit:ut cum allophilis aquarum uiuen
tium puteos impleant:reſtaurationem ciuitatis eccleſiaſticæ impediant:rixandoq; fœtum prægnantis(ideſt ani/
mæ ſanctum propoſitum)perimant:ut ſemper terra remaneat ſterilis:eccleſia ſit miſera/deſolata/infœlix:& Chri
ſtianorum animæ infœcundæ : quibus ſi quiſpiam reſiſtere contenderit ſummi herculis manum exploret : gla/
dium Dauid uibret:& ſummi iudicis opem inuocet opus eſt:ut renaſcentia præſcindantur hidræ capita:& ædi/
ficium eccleſiaſticum augmentum ſuſcipiat. Interim uero demirari non ſufficio quis tam ineruditus:qui Orige/
nem putet ſuam erroribus maculaſſe doctrinam:& eam quam ſummo ſtudio & uigilantia (uelut Prometheus
ignem ab æthere) ſapientiam traxit obſcœnis polluiſſe ineptiis:quandoquidem non niſi prius inuocato humi
liter numine ad explananda ſcripturæ myſteria ꝓcedere audeat:teſtes ſunt ipſius homiliæ in quarum limine hu
milis ad deum ſemper lucet ſupplicatio:inter quas ſi quiſpiam ſecundam poſt Ezechielem inſpexerit quas cum
hæreticis amicitias contraxerit facile perpendet. Idem ſuper Lucam conqueritur de calumniantibus qui eum ali/
qua aſſerere:quæ nunq̄ ſentit criminantur:inquiens:alii uero tractatus noſtros calumniantur:& ea ſentire nos cri
minantur quæ nunq̄ ſenſiſſe nos nouimus.
¶ Item & libro primo peri archon illa ſola credenda eſt ueritas q̄ in nullo ab eccleſiaſtica traditione diſcordat. Et
in eodē libro hortatᷣ nos prædicationes apoſtolorū ſeruare:ſeruetᷣ (inqt) eccleſiaſtica prædicatio ꝑ ſucceſſionis
ordinem ab apoſtolis tradita:& uſq; ad præſens in eccleſias permanēs. Et in epiſtolis cōquæritur his uerbis:qui/
dam eorum qui libenter habent criminari proximos ſuos aſcribunt nobis & doctrinæ noſtræ crimen blaſphe/
miæ:quod a nobis nunq̄ audierunt:de quo ipſi uiderint nolentes obſeruare mandatum illud:quod dicitᷣ:quia
maledici regnum dei non poſſidebunt:& cum apud Epheſum quædam hæreticum nonnulla ſibi falſa aſcribē
tem acceſſiſſet his qui in Epheſo erant purgationem ſui proferre non diſtulit. Idem inſuper de diabolo conque
rens ait:mihi ipſi in eccleſia prædico laqueos ſæpe tendit:ut totam eccleſiam ex mea conuerſatione confundat:
ſicq; hi qui ſunt in medio oppugnantur ab inimico:ut per ruinam unius hominis quæ cælari non poteſt mul/
ti corruant. Porphirius magni Platonis ſectator:cum nihil in cōmentariis Origenis carpēdum inueniſſet quod
poſſet criminari:in conuitia & maledicta os conuertit : qua de re non immerito Athanaſius Origenem teſtem
fidei ſuæ facere conſtituit:& Aymo ea errata quæ Origeni imputantur conficta:maligne conſcripta : & nomini
Origenis

Origenis prætitulata ab hæreticis aſſerit ob præclarum nomen eius offuſcandum: Et Methodius Liciæ olympi
ciuitatis epiſcopus poſt multas criminationes quas Origeni intulerat pœnituit: & ſe (nemine impellente) retra-
ctauit: hac itaq (ut puto) ratione permotus: quia omnis illos errores doctrinæ Origeni: & eidem falſo aſcriptos
ab hæreticis agnouit. Quod ut nobis ſicut & Methodio eluſceſcat: Vnũ ex præcipuis aſcriptitiis ſibi erroribus
referre: & ſanæ religioſæq doctrinæ cõtrarium apertiſſime indicare ex ipſius quæ in ſuis extat operibus operæ-
precium eſt: ex quo ſufficienter concludendum puto cæteros omnes errores ab eius doctrina alienos queadmo-
dum & illum falſo ipſi fuiſſe aſſignatos: De aliis uero q̃ recte/q̃ uere/q̃ catholice/q̃q irrepræhenſibiliter ſenſerit in
Apologia Pamphili martyris beniuolus lector agnoſcet: Dogma de reparatione dæmonum & damnatorum
in quod putant Origenem declinaſſe ex multis eiuſdem dictis refellitur: nam & primo libro peri archon. ca. vi.
ſic inquit: quod ex uno principio quod ſupradiximus delapſi ſunt in tantam indignitatem: ac maliciam ut
indigni habiti ſint inſtitutione hac uel eruditione qua per carnem humanum genus adiutorio uirtutum coele-
ſtium inſtituitur: atq eruditur: ſed econtrario. Ruſus ſuper Ezechielem Homelia. xiiii. ait. Angelos non cuſto-
dientes principatum ſuum: ſed deſerentes proprium habitaculum ſuum in iudicio magnæ diei uinculis ſempi-
ternis ſub tenebris ſeruabit. Homelia. xiiii. ſuper Ieſum Naue exponendo quomodo multi reges congregati
ſunt contra Ioſue: cui dicit dominus: Ne uerearis a facie eorum: quia craſtina die hac hora reddam eos in manus
tuas uideo (inquit) ꝙ hodie non poſſumus illos opprimere: nec cunctos interficere: ſed craſtino perimentur: id
eſt poſt conſumationem huius ſæculi: tunc enim omnis uirtus contraria deſtruetur: & tunc penitus uincetur
cum uideris iis qui a ſiniſtris ſunt dici: Ite in ignem æternum quẽ præparauit deus diabolo & angelis eius. Idem
aſſerit Homelia. xiiii. Numerorum exponendo illud: Rogabant dominum ne torqueret eos ante tempus. Idẽ
libro. v. in explanatione epiſtolæ ad Romanos aſſerit allegans epiſtolam Iudæ. Quod ſi in æternum puniẽdos
eos aſſerit: & igne perpetuo affligi ergo nõ aſſerit eos tandem liberari. Inſuper his uerbis lib. v. prefatæ explanatio
nis utitur exponendo illud Pauli. Mors illi ultra non dominabitur: unde miror quoſdam contra hanc euiden-
tiſſimã Pauli ſententiam uelle aſſerere ꝙ in futuris iterum ſæculis: uel eadem: uel ſimilia neceſſe ſit pati Chriſtum
ut liberari poſſint etiam hi quos in præſenti uita diſpenſationis eius medicina ſanare non potuit: aiunt enim
nunquid poteſt eſſe ſæculum aliquod in futuro ubi neq boni aliqui/neq mali agatur: ſed ſtupeant res: & maneãt
ant profunda ſilentia. Ruſus exponendo illud Pauli: nunquid ſic offenderunt ut caderent: (inquit) Iſrael ſal-
uus fiet. Iſtius autem qui de coelo cecidiſſe dicitur: nec in fine ſæculi erit ulla conuerſio. De damnatis idem ſen-
tit ſuper Eſaiam exponendo illa uerba: reſurgent hi qui ſunt in ſepulcris (inquit) melius eſt ergo dicere ꝙ om-
nes quidem reſurgemus: ut & impii ueniant in illum locum ubi fletus eſt/& ſtridor dentium: & iuſti ubi recipi
ent unuſquiſq in ſuo ordine ſm meritum bonorum geſtorum ſuorum cum transformabitur corpus humilita
tis eorum. Item Homelia. xviii. Numerorum ſic inquit: Si anima non habeat uirtutes non ueniet caro neq ani-
ma ad hæreditatem: ſed ſolum ad iudicium illius qui poteſt animam & corpus ꝑdere in gehennam. Item Homi
lia prima ſuper Ezechielem exponendo illud Reſtituetur Sodoma per Sodomam peccantem animam intelli-
gens: culpat aliquos ex Hebræis aſſerentes Sodomam aliquando reſtitui. Item in expoſitione pſalmi. xxxvii.
hortatur peccatorem ut hoc in ſæculo ſe præparet ad flagella ne ignibus æternis reſeruet: ex quo notum eſt ignẽ
æternum ſm eius ſententiam fore. Deniq ſi quis deſideret ſcire q̃ timorate Origenes de gehenna fuerit locutus
librum Ioſue legat ubi eam comparando diuerſis locis terræ promiſſionis infert: utinam ea quæ diximus non
uideremur temere & periculoſe dixiſſe. Et in libro peri archon ubi de conſummatione loquitur (inquit) quæ
quidem a nobis etiam cum magno metu & cautela dicuntur diſcutientibus magis & pertractantibus: q̃ pro cer
to ac definito ſtatuentibus: unde q̃ apertum ſit Origenem affirmare perditarum creaturarum reparationem nun
q̃ fiendam ſagax lector puto ſatis intelligit. Ex quo cõcluditur q̃ religioſe: q̃q irrepræhenſibiliter Origenes ſapue-
rit in aliis in quibus eum inſigniter erraſſe imperiti/& ineruditi homines autumant.
¶ Pro tertio articulo: q̃uis multas calumniantium machinationes in fœdandis ſcriptis Origenis in medium
proferre expediret: tres tamen dumtaxat uias per quas uariis erroribus eiuſdem patris ſcripta contaminare impii Articul⁹
moliti ſunt aperire nunc oportet: per quas puto ſicut in moderna noſtra uolumina ita & in ſcripta Origenis ad tertius.
oculum uitia innumerabilia illata ſunt. Prima uia fuit ſcribẽtium: & interpretum imperitia qui eo dictante uer-
bum pro uerbo: ſententiam pro ſententia interdum ſuſceperunt: multa proculdubio legens & prædicans ediſſe-
ruit: quæ imperiti notarii colligere deſudarunt: ſed cum calamus non ea qua lingua dictantis uelocitate moue-
retur: diſiunguntur ſentẽtiæ/præteruntur uerba: cõmutatur in errorem ueritas: pullulat iniquum germen: naſci-
tur uitium: & ſic innocuo dictatori ignara ſcriptorum manus crimen imponit: multaq aſcribit ſacrilega. Et ꝙ hu-
iuſmodi ſuorum uerborum extemporaneorum collectores Origenes nactus ſit: prima homilia ſuper Lucam le-
ctor agnoſcet. ¶ Porro multa ſub dubio ſcribens reliquerat: quæ ablato dubietatis uocabulo: ipſum ſui inter-
pretes indubium aſſertorem eorum quorum contraria ſanciuit eccleſia faciunt. Hinc inter eius opera plures no-
uelli errores additi: huius rei fidem præſtant locupletiſſimam: inter quos eſt aſſertio animationis ſtellarũ: & dog-
matizatio correctionis bonorum angelorum in iudicio pro nobis: ut non audeant oculos ad deum attollere:
pollutio Mariæ in partu: ut purificatione indiguerit. Item ut iuſtos quoſq per ignem tranſituros: & peregrina-
tio ſpiritus ad deum cum damnatur anima: cum aliis plurimis ſimilibus: ex quibus compertum habeo alios ue-

tetes errores antiquos ſuſcepiſſe authores: ſicutii recentes nouos calũniatores menſuram malitiæ patrum ſuo-
rum in fœdandis innocui hominis operibus ſuſceperunt. Quis & enim illos priſcos calumniatores qui expu-
gnandi Origenis prouinciam ſuſceperunt:tam turpia errata autumaret prætetiſſe: quæ cæcutiens agnoſceret:
pariter & exhorreret? Illos dico qui in effodiendis / ſubruendiſq; actis Adamantii uires animi oẽs explicuerunt.
℄ Secunda uia. Contigit quondam plæroſq; hæreticos inſudaſſe ut ſuis erroribus quos paſſim ſpargere con-
tendebant auctorem inſignem & fautorem conquirerent: & ut ſui uoti compotes efficerentur: Origenis nomi-
ne abuſi ſunt:patronum ſui erroris per librorum eiuſdem corruptionem aſſecuti:quod & Petro per pſeudo euã-
gelium: & Paulo per pſeudo epiſtolam falſo nuncupata eorum nominibus contigit: Clæmenti etiam apoſtolo-
rum diſcipulo: Clæmenti & Dionyſio alexandriæ præſulibus: Hylario Pictauenſi. & Cypriano martyri: quibus
hæretici falſos libros aſcripſerunt ut ſeminandorum errorum occaſiones ampliores ſuſciperent: & ſimilem pe-
ſtem ſe paſſum Origenes uariis ſuis epiſtolis conqueritur: quarum tenorem Ruffinus in fine quartæ partis præ-
ſentis operis refert. ℄ Tertia uia. Cum creſcente Origenis gloria in eccleſiæ firmamento multorum qui ut ſyde-
ra rutilare uoluiſſent:fama obnubilata iaceret:inuidia agitati uenena cõficere:cõſpirationes meditari:mille offu-
ſcandæ gloriæ Origenis nocendi modos moliri ſatagunt. Hinc alius errores quos nunquã excogitauerat Orige-
nes eidem imponit:alius ab Origene propria ſubripit opera: & tanquã perdix aliena oua incubat. teſtis eſt illa canti-
corum Origenis explanatio: quam nonnulli Hieronymo aſcribere auſi ſunt: quod falſum cõſtat eſſe: tum quia
illic allegantur explanationes in exodum & deuteronomium quas edidit Origenes. Hieronymi uero nullæ ta-
les extant explanationes: tum Hieronymus duas tantum ſe edidiſſe homilias in cantica canticorum in libro de
uiris illuſtribus gloriatur: nunc uero nonnulli ſex eidem imponunt: tum denique in ſuis explanationibus Orige-
nes nullomodo innititur uerbis ſcripturæ: quibus ſm ſuam tranſlationem ſemper in ſuis operibus uſus eſt Hie-
ronymus: ex quo compertum habeo quod & has canticorum homilias: & alia plurima ab Origene furari plurimi
laborarunt: quo morbo græcos primum laboraſſe: Euſebius libro decimo euangelicæ præparationis ediſſerit:
nam eo auctore non ſolum a barbaris: ſed alter alterius inuenta: dictaq; furantes ſuo nomini attribuebãt: ex qui-
bus ſatis conſtat tertii articuli ueritas.

℄ Probatio tertiæ propoſitionis.

Propoſitio tertia ℄ Ex prioribus propoſitionibus & earum probationibus ueritas tertiæ propoſitionis ſatis conſtat. impoſſibi-
le eſt enim lege ſtante eum qui recte uixit: & rectius ſcripſit: & cuius uita eſt pœnitentiæ exemplar non cõcludere
innocenter uitam ſuam: auctore doctore ſubtili: perſeuerãs in iuſtitia uſq; ad finem uitæ meretur: ne tranſiens ab
hoc ſæculo deſeratur a deo: unde & Auguſtinus loquens de ea certitudine quam poſſimus habere de ſalute (in-
quit) uis ergo a dubio liberari: age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic agis: dico tibi quia ſecurus es: quia pœni-
tentiam egiſti eo tempore quo peccare potuiſti: ſic autem noſter fecit Origenes. Quare uiri patres & beneuoli le-
ctores de Origene eiuſq; ſalute bene ſentiendum eſt: cuius ſcripta pro uiribus in unum colligere: collecta uigilan-
tiſſime caſtigare: caſtigata Ioanni Paruo bibliopolæ: & Iodoco Badio impreſſoriæ artis facile principi offerre cu-
rauimus: ut eorum ope induſtria: atq; graui ſudore in lucem procedere maturarent: qui mecum & cum eis ego
hoc unum precamur: ut apud altiſſimum noſtri memores eſſe uelitis: qui cõmunem præ oculis utilitatẽ haben-
tes: neq; uigiliis dum emendatur: nec laboribus dum imprimitur pepercimus: ut tanquã ſydus matutinum toti
aſſurgat eccleſiæ: in multorũq; manibus uerſetur Origenes. Valete. E Nauarra Pariſienſi.

FINIS.

❡ADAMANTII ORIGENIS PRAEſbyteri in nouum teſtamentum interpretatio incipit. Et primo in Matthæum.

❡Euangelium ſm Matthæum. Cap.xvi.

VENIENS Autem Ieſus in partes cæſareæ philippi:interrogauit diſcipulos ſuos dicẽs. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Illi autem dixerunt. Quidam quidem Ioannem Baptiſtam: alii autem Helyam: alii uero Hieremiam:aut unum ex prophetis. Dicit eis. Vos aũt quem me dicitis eſſe? Reſpondens autẽ Simon petrus/dixit. Tu es Chriſtus filius dei uiui.

❡Homelia Lectionis eiuſdem Origenis preſbyteri. Et eſt Homelia.I.

INTERROGAT Chriſtus diſcipulos ſuos quem eum dicunt homines eſſe: ut ex apoſtolorum reſponſionibus nos diſcamus diuerſas opiniones fuiſſe tunc apud iudæos de chriſto. Non ſolum hoc autem:ſed etiam illud:ut nos qui uolumus eſſe chriſti imitatores ſemp ſcrutemur/qualis opinio ſit apud hoíes de nobis. Quod multum proficit nobis: ut ſiquid mali dicitur de nobis:occaſiones mali illius omnimodo præcidamus a nobis. Siquid autem dicitur boni: eius occaſiones amplius augeamus. Sed & diſcipuli epiſcoporum:apoſtolorꝝ inſtruũtur exemplo:ut qualeſcũq; opiniones de epiſcopis ſuis audierint foris/referant eas. Tamen uide propter diuerſas iudæorꝝ opiniones de chriſto:qua cauſa quidam quidem eorꝝ dicebant eum Ioannem baptiſtam:uidelicet/æſtimationẽ ſecuti Herodis/dicentis ad pueros ſuos. Hic eſt Ioãnes baptiſta:ipſe ſurrexit a mortuis:ideo uirtutes operantur in eo:alii autẽ Heliam uidelicet æſtimantes:q̄ aut ſecundam natiuitatem ſuſcepit Helias:aut ex eo tempore in corpore uiuens:apparuit illo in tẽpore. Qui uero eum Hieremiam putabant:ꝓpter illa putabant quæ in principio ipſo ad Hieremiam iam dixerat deus. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & reges: eradicare & demolire/& ꝑdere:nõ intelligentes quoniam Hieremias typus fuerat chriſti:& ꝓpterea quæ ad eum ꝓmiſſa ſint:in chriſto ſunt adimpleta:arbitrabantur ipſum eſſe Hieremiam:quem deus in gentibus conſtituiſſet prophetam. Qui autem unum ex ꝓphetis eum arbitrabãtur: ratione ſimili mouebantur ꝓpter illa quæ deus quaſi ad ipſos locutus eſt ꝓphetas:nõ tamen ſunt in ipſis impleta. Et iudæi qdem ſciebant de chriſto æſtimationes dignas uelamine:quod poſitum erat ſup cor eorꝝ. Petrus autem quaſi non carnis & ſanguinis diſcipulus: ſed qui reuelatione dei patris erat dignificatus:denegauit qdem aliquid eorꝝ eſſe Ieſum:quæ arbitrabantur eſſe iudæi. Cõfeſſus eſt autem. Tu es chriſtus. Quod neſciebant iudæi. Et nõ ſolum confeſſus eſt tu es chriſtus:ſed etiam quod maius eſt filius dei uiui. Qui & per ꝓphetas dixerat. Viuo ego dicit dñs. Et forſitan ideo dicebatur uiuus:ſm eminẽtiam qua ſupereminet omnibus habentibus in ſe uitam:quoniam & ſolus habet imortalitatem:& eſt fons uitæ. Et fons qdem uitæ proprie dicitur deus pater: qui dicit per Hieremiam. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. Vita autem eſt quaſi de fonte uitæ patris ꝓcedẽs:quæ dixit. Ego ſum uita. Et uide qm̃ ſicut non eſt idipſum fons & fluuius:ſic nõ eſt idipſum fons uitæ & uita. Beatus es Simon bariona:quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in cœlis. Et ego dico tibi. Tu es Petrus/& ſup hãc petram ædificabo eccleſiam meam. Et portæ inferorꝝ nõ præualebunt ei. Forſitan ſi & nos dixerimus qđ dixit Petrus:tu es chriſtus filius dei uiui:nõ in carne nobis & ſanguine reuelante:ſed patre qui eſt in cœlis mẽtem noſtram illuminante:erimus Petrus:& eãdem beatitudinem conſequemur:quam ille ꝓpter confeſſionem noſtrã ſimilem confeſſioni illius. Tunc autem nõ caro & ſanguis reuelat nobis Ieſum eſſe chriſtum filium dei uiui: ſed pater q eſt in cœlis:quãdo cõuerſatio noſtra in cœlis eſt:& digna eſt reuelatione patris cœleſtis:tunc uere reuelatio dei abſtulit quidem a nobis omne uelamentum cordis:dedit autem nobis ſpiritum ſapiẽtiæ & reuelationis. Si autem ſm carnem & ſanguinem cõuerſemur:alias autem confiteamur Ieſum chriſtum eẽ filium dei uiui/utputa dogma huiuſmodi ſuſcipientes a parentibus traditum nobis:tunc nõ pater reuelauit nobis/ſed caro & ſanguis. Propterea nec ſtabiles ſumus in fide ipſius ſicut Petrus:nec ſimilẽ ei beatitudinem conſequemur. Si ergo & nos patre nobis ſicut diximus reuelante:confitentes Ieſum eſſe chriſtum filium dei uiui facti fuerimus Petrus:ꝩtiq; & nobis dicetur a deo uerbo. Tu es Petrus:& ſup hanc petram/ædificabo eccleſiam meã &c̃. Petra eſt enim oís qui imitator eſt chriſti:ex quo bibebantq; bibebãt de ſpũtali cõſequẽti petra. Et ſuper omni huiuſmodi petra:ædificatur eccleſia dei. In ſingulis enim qbuſq; perfectis qui habent in ſe congregationem uerborꝝ & operum:& ſenſuum oíum qui huiuſmodi beatitudinem operãtur:conſiſtit eccleſia dei:cui portæ non præualent inferorꝝ. Si aũt ſuper unum illum petrum arbitraris uniuerſam eccleſiam ædificari a deo:quid dicis de Iacobo/& Ioãne filiis tonitrui:uel de ſingulis apoſtolis? Vere ergo ad Petrum qdem dictum eſt:tu es Petrus/& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam:& portæ inferorꝝ non præualebunt ei:tamen oíbus apoſtolis/& omnibus qbuſq; perfectis fidelibus dictum uidetur:qm̃ omnes ſunt Petrus/& petræ:& in omnibus ædificata eſt eccleſia chriſti:& aduerſus nullum eorum qui tales ſunt portæ præualent inferorꝝ. Tamen ex eo quod ſeqtur uideamus. Putas ſoli Petro dantur a Chriſto claues regni cœlorum: & nemo alius beatorꝝ accipiet eas? Si aũt cõmune eſt inter omnes quod dicitur:dabo tibi claues regni cœlorꝝ:quomodo nõ omnia quæ ſuperius ſunt relata ad Petrum:omnium uideantur eſſe cõmunia? Apud Ioãnem enim dans ſpiritum ſanctum Ieſus diſcipulis ſuis per inſufflationem ſic dicit:accipite ſpiritum ſanctum:ſi cuius dimiſeritis peccata/dimittentur ei:ſi cuius autem tenueritis/tenebuntur: quaſi omnibus talibus conſtitutis qualis erat & Petrus. Omnes enim q imitatores ſunt chriſti:ſimiliter petræ cognominantur quẽadmodum chriſtus:& de omnibus talibus bibunt ſpiritalem potum hoíes ſpiritales. Et quẽadmodum ſm chriſti nomen/oẽs qui ſunt illius chriſti di-

erutur:dicente propheta / ut ſaluos faciat chriſtos ſuos:
ſic quoniam iuſtitia dicitur Chriſtus:omnes iuſti iuſtitiæ
ſunt:& ſapientiæ ſunt:ſm ꝙ Chriſtus ſapientia eſt: & ſic
īuenies in omnibus reliquis nominibus chriſti:ut recte di
catur ad omnes. Tu es Petrus/& ſuper hanc petram ædi/
ficabo eccleſiam meam:& portæ inferoꝝ nō præualebūt
ei. Cui ei? Vtrum petræ non præualebunt:in qua ædificat
Chriſtus eccleſiam:aut ei eccleſiæ nō præualebunt:quam
ædificat ſup petram? Nō exprimit manifeſte. Tamen ma/
nifeſtum eſt:quia nec aduerſus petram illam/ſuper quam
ædificatur eccleſia : nec aduerſus eccleſiam quæ ædifica/
tur ſuper huiuſmodi petram:portæ præualebunt infero/
rum:quēadmodum nec uia ſerpentis ſuper petram: ſm
quod in ꝓuerbiis poſitum eſt:poterit inueniri. Aduerſus
quem aūt portæ præualuerint inferoꝝ:ille neq; petra dicē
dus eſt/ſuper quam Chriſtus ædificat eccleſiam:neq; eccle
ſia quæ ſuper petram ædificatur a chriſto:qm̄ ſiue qui pe
tra inambulabilis eſt ſerpenti:ſiue qui uere eccleſia eſt:for/
tior eſt portis ſibi aduerſantibus inferoꝝ:ꝓpter Chriſtum
uirum ſapientem/qui ædificauit ſuper petram eccleſiam
ſuam. Nam cum ſciamus ꝙ unumquodq; peccatum per
quod deſcēditur ad inferos porta ſit inferorum:intelligi/
mus:quoniam omnis anima quæ recipit ſuper ſe pecca/
tum/& ꝓpterea non eſt ſancta:neq; petra eſt ſuper quam
Chriſtus ædificat eccleſiam:neq; eccleſia eſt:neq; pars ec/
cleſiæ quam Chriſtus ædificat ſup petram. Siquis autem
contradicere uobis uult ꝓpter multitudinem hoium qui
credere æſtimantur:eccleſiaſtico placetur reſponſo dicen/
te:multi uocati/pauci autem electi. Item illo qđ dn̄s ad/
euntibus ſe reſpondit. Contendite intrare per anguſtum
oſtium. dico enim uobis qm̄ multi quærēt intrare:& nō
poterunt. Item q̄ anguſta porta/& tribulata uia quæ du/
cit ad uitam:& pauci ſunt qui īueniunt eam. Conſiderās
autem quod dicit / multi quærunt introire & non pote/
runt : intelliges qm̄ hoc de illis eſt dictum/qui glorian/
tur ſe eſſe de eccleſia:negligenter aūt & nō ſm præceptum
dn̄i cōuerſantur. Qui ergo quærunt introire & non poſ/
ſunt:ideo nō poſſunt:quia portæ inferoꝝ præualent cō/
tra eos. Aduerſus quos aūt non præualent:ſine dubio po
terunt introire:qm̄ omnia poſſunt in chriſto:qui eos cō/
fortat. Et hoc ſcire debemus:qm̄ ſicut portæ ſingulæ ciui
tatum nomina ꝓpria habent:ſic unaquæq; porta inferoꝝ
ſm ſpeciem uniuſcuiuſq; peccati ꝓprium habet nomen:
utputa una porta dicitur fornicatio:per quam oēs forni/
catores ingrediunť in tartara. Altera aūt denegatio chriſti/
ꝑ quam denegatores Chriſti deſcendūt in inferos. Tertia
cupiditas pecuniaꝝ:ꝑ quam cupidi pecuniaꝝ incedūt:nō
deo/ſed mām̄onæ ſeruientes. Adhuc aūt et unuſqſq; hæ/
reſiarchaꝝ auctoꝝ/qui aliquam falſi nois ſciētiam genue
runt:ædificauit aliquam inferi portam. Et aliam quidem
marcion & baſilides:aliam aūt ualētinus:& ſic ſinguli pa
tres ſinguloꝝ dogmatum peruerſoꝝ:quaſi architecti im/
pietatis:portas aliquas inferoꝝ conſtruxerūt:& multi in/
trant per illas qui ſequuntur dogmata peruerſitatis illoꝝ.
Cum ſint ergo mille:& innumerabiles inferoꝝ portæ:nul/
la earum præualet contra eum:qui aut petra eſt:aut ædifi/
cata eccleſia ſuper petram. Tamen portæ iſtæ aliquam ha/
bent uirtutem:qm̄ aduerſus aliquos quidem præualent:
qui ſe non extendunt aduerſus eas:neq; conantur reſiſte/
re eis:ab aliis autem uincuntur:q non recedunt ab eo qui
dixit:ego ſum ianua:& ideo deſtruunt omnes inferorum
portas ab anima ſua. Et non ſolum hic portæ inferorum
appellantur peccata:ſed etiam ꝓpheta/gratias agens deo:
qui ſubleuat humiles de portis mortis deorſum cōſiſten/
tibus dicit:qui exaltas me de portis mortis:ut annunciem
omnes laudes tuas in portis filiæ ſyon. Ex hoc enim diſci
mus/quia forte poſſibile non eſt aliquem omnes laudes
dei annūciare:niſi exaltatus fuerit de portis mortis : & fa/
ctus fuerit in omnibus portis ſyon. Portæ autem ſyon cō
trariæ intelligendæ ſunt portis mortis:ut ſit qdem porta
mortis luxuria:porta aūt ſyon caſtitas:porta mortis iniq/
tas:porta aūt ſyon iuſtitia:porta mortis timor:porta ſyon
uirtus:porta mortis inſipientia:porta ſyon ſapientia:pro/
pter quas omnes portas dicebat ꝓpheta:aperite mihi por
tas iuſtitiæ:ut ingreſſus eas confitear dn̄o. Conſidera ad/
huc ſi potes/& illud quod dicitur non eſt nobis collucta/
tio cum carne & ſanguine:ſed aduerſus poteſtates:aduer/
ſus rectores huius mundi tenebrarum:aduerſus ſpiritalia
nequitiæ in cœleſtibus:ne forte & unaquæq; poteſtas &
unuſqſq; rector mundi huius:mundi tenebrarum:& ſin/
gulæ ſpiritales nequitiæ in cœleſtibus portæ ſint infero/
rum:& portæ mortis/quibus portis contrariæ ſunt appel
landæ multæ portæ iuſtitiæ:ſm angelos dei qui ſunt ſpi/
ritus ad miniſterium tranſmiſſi/propter eos qui ſunt hæ/
reditaturi ſalutem. Sicut enim ex parte bona/multæ dicū/
tur portæ:poſt multas aūt eſt una ſm quod dicitur:aperi/
te mihi portas iuſtitiæ:ut ingreſſus eas confitear dn̄o:hæc
porta domini iuſti intrabunt in eam. Dominus ergo eſt
porta domini ſingularis. Sic in parte mala/multæ qdem
ſunt portæ inferoꝝ : & mortis/unaquæq; uidelicet pote/
ſtas/aduerſus quam colluctatio nobis eſt : ſup omnes aūt
alias ipſe malignus porta eſt mortis/& inferoꝝ. Scientes
ergo ſingulas ſpecies carnalium paſſionum:per quas de/
ſcendimus in mortem ſi peccauerimus : caueamus ab eis
ut non peccemus:ſed exaltati de portis mortis:annuncie/
mus oēs laudes dei in portis filiæ ſyon:utputa una porta
filiæ ſyon/quæ dicitur caſtitas : in caſtitate laudes dei an/
nunciemus. Et in altera:quæ dicitur iuſtitia:laudes dei an/
nunciemus. Et generaliter in quibuſcunq; laudabiles fue/
rimus:in eis poſſumus laudes dei annunciare. In quo aūt
nō fuerimus:neq; laudare poſſumus deum. Ideo diximus
ſupra:niſi qui fuerit in omnibus portis ſyon:non poteſt
omnes laudes dei annunciare. Quoniam autem facti fu/
mus in hoc/ut de portis loquamur:illud quoq; non pu/
to prætereundum quod dicit propheta. Oderunt in por/
tis arguentem : & uerbum ſanctum abhominati ſunt:ne
forte q in portis arguet:etiam ipſe unus eſt conſiſtentium
in portis filiæ ſyon:arguens eos qui in cōtrariis portis cō
ſiſtunt:id eſt in peccatis portis mortis:& inferorum. Nec
enim poteſt quis arguere ſancte:niſi ipſe conſiſtat in por/
tis filiæ ſyon. Si autem nō ita intellexeris propheticum di/
ctum:quomodo digna inueniatur prophetico ſpiritu di/
ctio iſta:nunquid non ſuffecerat dicere:oderunt arguen/
tem:niſi addidiſſet in portis? Poſt hæc uideamus quomo
do dictum eſt Petro:& omni fideli qui Petrus eſt:dabo ti
bi claues regni cœlorum. Et primum quidem arbitror cō
ſequēter dominum prius dixiſſe:ſuper hanc petram ædi/
ficabo eccleſiam meam:& portæ inferorum non præua/
lebunt ei:

lebunt ei:& poſtea tibi dabo claues regni coelorum. Dignus eſt enim ab eodem ipſo uerbo accipere claues regni coeloꝝ:qui obſtruſit portas inferorum: ut non præualerent aduerſus eum. Quaſi præmium enim in ſecundo loco dantur claues regni coelorum ei q̄ potuerit uirtutibus portas obſtruere inferorum:ut ipſe ſibi aperiat portas regni coelorum quæ clauſæ ſunt eis/qui a portis īferorum uincuntur. Et ingreditur qui q̄dem caſtus eſt:per aliquam caſtitatis portam/ipſa caſtitate ſibi eas aperiente: ut claue. Qui autem iuſtus eſt:intrat pfectam iuſtitiæ portam:quæ aperitur claue iuſtitiæ. Et ſic in ſingulis quibuſq; uirtutibus. Omnis enim ſpecies uirtutum:cum quis eam coeperit operari:quaſi ipſa ſe adaperit ante eum qui acceſſerit ad eam ex corde:dn̄o uidelicet eam aperiente p gratiam ſuam ei qui a portis inferorum non fuerit uictus: ut inueniatur eadem uirtus & porta eſſe/& clauis portæ:& tot inueniantur claues/quot & portæ. Forſitan autē & unaquæq; uirtus regnum eſt coeloꝝ:& omnes ſimul ſunt regnum coelorum:ſm̄ hoc:qui conuerſatur ſm̄ uirtutes/iam uidetur eſſe in regno coelorum. Forſitan ſm̄ hunc intellectum:& illud dicitur. Poenitētiam agite/appropinquauit regnum coelorum:ut non ad tempus referatur/ſed ad actum/& propoſitum uniuſcuiuſq; quod dicitur appropinquauit regnum coelorum:quod eſt Chriſtus qui eſt omnis uirtus: qui uenit & loquitur. Sicut enim regnum dei non uenit cum obſeruatione:nec dicenti:ecce hic/ecce illic/ſed eſt intra diſcipulos Chriſti ſic & regnum coeloꝝ. Nam uidetur ad id ipſum referri in multis locis euangeliorum regnum coelorum:& regnum dei. Vide autem quantam poteſtatem habet petra/ſuper quam ædificatur eccleſia Chriſti:& omnis qui dicit. Tu es Chriſtus filius dei uiui? ut etiam iudicia eius maneāt firma:quaſi deo iudicante per eum:ſi tamen in eoipſo quo iudicat:portæ inferorum non præualuerint ei. Qui ergo iniuſte iudicat & nō ſm̄ uerbum dei: neq; liget in terris/neq; ſm̄ uoluntatem ipſius ſoluat:portæ inferorum præualent contra eum. Aduerſus quem aūt portæ non præualent inferorum: iſte iuſte iudicat,ppter quod & habet claues regni coelorum:& aperit eis qui ſoluti fuerint ſuper terram:ut ſint ſoluti & liberi in coelo: & claudit eis qui iuſto iudicio eius ligati fuerint ſup terram: ut ſint quaſi ligati in coelo:& iudicati. Quoniam autem qui epiſcopatus uēdicāt locum:utuntur hoc textu quēadmodum Petrus:& claues regni coelorum acceptas habentes a chriſto docent:quoniam qui ab eis ligati fuerint in coelo eſſe ligatos:& qui ab eis ſoluti fuerint:id eſt remiſſionem acceperint eſſe & in coelo ſolutos. Dicendum eſt quoniam bene dicunt ſi opera habēt illa propter quæ dictum eſt illi Petro:tu es Petrus:& tales ſunt/ut ſuper eos ædificetur eccleſia Chriſti: ſi portæ inferorum non præualent eis. Alioquin ridiculum eſt/ut dicamus eum q uinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt:& trahit peccata ſua ſicut funem longum:& tanq̄ iugellorum uituli iniquitates ſuas:propter hoc ſolum qm̄ epiſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem:ut ſoluti ab eo ſint:ſoluti in coelo: aut ligati in terris:ſint ligati in coelo. Sit ergo epiſcopus irrepræhenſibilis qui alterum ligat/aut ſoluit/dignus ligare/uel ſoluere in coelo:ſit unius uxoris uir/ſobrius/caſtus/ornatus/hoſpitalis/docibilis:non uinolentus:nō percuſſor/ſed modeſtus:non litigioſus: non concupitor pecuniarum:bene præſidens domui ſuæ:filios habens ſubditos cum omni caſtitate. Si talis fuerit:non iniuſte ligabit ſuper terram:neq; ſine iudicio ſoluet. Propterea quæcūq; ſoluerit qui huiuſmodi eſt ſoluta erunt & in coelo:et quæ ligauerit ſuper terram/ligata erunt & in coelo. Si enim fuerit quis ut ita dicam Petrus:& non habuerit quæ in hoc loco dicuntur:quaſi ad Petrum:& putauerit ſe poſſe ligare/ut ſint ligata in coelo:& ſoluere/ut ſint ſoluta in coelo: ipſe ſe fallit non intelligens uoluntatem ſcripturæ:& inflatus incidit in iudicium diaboli. Tunc præcepit Ieſus diſcipulis ſuis:ut nemini dicerent qm̄ ipſe eſt. Exinde coepit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis:qm̄ oportet eum ire in Hieruſalem:& multa pati a ſenioribus/& principibus,& ſcribis:& occidi:& tertia die reſurgere. Superius quidem ſcriptum eſt:quoniā hos duodecim miſit Ieſus dicens eis. In uiam gentium ne abieritis:& in ciuitates ſamaritanoꝝ ne introeatis:ſed ite potius ad oues perditas domus Iſrael:& cætera quæ dixit ad eos:mittens eos ad prædicādum. Videamus ergo ſi apoſtolatus iam opera facientes eos:uolebat etiam prædicare:qm̄ ipſe erat Chriſtus:etſi uolebat dignum eſt quærere quid eſt quod nunc præcipit diſcipulis ſuis/ut nemini dicant:quoniam ipſe eſt Chriſtus. Si aūt nolebat quomodo ſoluentur quæ de teſtimonio mandata ſunt eis:quale eſt illud:tradent enim uos in concilio & ſynagogis ſuis flagellabunt uos:& ante præſides/& reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis:& gentibus:uel illud:cum tradiderint uos nolite ſolliciti eē quomō/aut q̄d loquamini:dabitur enim uobis in illa hora q̄d dicatis:& cætera quæ ſequunť:uſq; nō conſumabitis ciuitates Iſrael: donec ueniat filius hoīs? Neſcio quomodo hæc intelligi poſſunt:niſi confiterentur Ieſum eſſe Chriſtum. Necnon etiam illud quod dicit:omnis qui confeſſus fuerit me coram hominibus:qualem ſignificet confeſſionem in Chriſto:niſi aliquis audeat dicere/quia nolebat tunc prædicari:qm̄ Ieſus ipſe eſt Chriſtus. Sed hæc dixit/ut interpraetationem loci huius non ad futurum tempus trahat ſm̄ q̄d poſtea diſcipuli Ieſu nominati ſunt chriſtiani:incipiēte ab Antiochia noīe iſto. Illud etiam in hoc loco quærēdum eſt:utrum cum mitterentur iam cognoſcebāt qm̄ ipſe erat Chriſtus. Et ſi cognoſcebant iam:ſine dubio cognoſcebat Petrus. Quomodo ergo poſt tanta īterrogat eos? uos autem quem me eſſe dicitis? quando & reſpondenti:& dicēti Petro:tu es Chriſtus filius dei uiui:dixit:Beatus es Simon bariona:quia caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in coelis? Per hæc enim ſermo demonſtrat/quoniam tunc primum confeſſus fuerat eum Petrus chriſtum filium dei uiui. Et uide ſi potes huiuſmodi facere quæſtionis ſolutionem/dicens: qm̄ credere Ieſum eſſe Chriſtum minus eſt q̄ cognoſcere. Quoniam aūt minus eſt:manifeſtatur ex eo/quod refert Ioānes ita. dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderant ei iudæos: ſi uos manſeritis in uerbo meo/cognoſcetis ueritatem: & ueritas liberabit uos:ut dicamus quando mittebantur ad prædicandum: credebant quidem Ieſum eſſe chriſtum:non tamen adhuc cognoſcebant. Poſtea autem proficientes per doctrinam: & plura miracula etiam cognouerunt:quando & interrogati confeſſi ſunt:tu es Chriſtus filius dei uiui. Aut ſi æſtimētur iam tunc apoſtoli cognouiſſe Ieſum eſſe chriſtum: ita eſt reſpondendum:quia inter cognoſcere & agnoſcere

differentia eſt:utputa quis ſapiens non intelligit/qm̄ Ti/
motheus cognoſcens Ieſum eſſe Chriſtum:nō tantum in
agnitione eius erat illuminatus/quantum Paulus? Quis
autem etiam hoc ignorat:quia etſi multi uera dicunt dicē
tes de deo quoniam ipſe mihi dedit eorꝫ quæ ſunt ſcien/
tiam ueram:non tamen omnes ſimiliter manifeſte/aut p/
fecte cognoſcūt ea quæ ſciunt:ut dicamus quoniam tūc
quidem Apoſtoli initia cognitionis Chriſti habebant:&
exigua cognoſcebant de illo. Poſtea autem profecerunt in
agnitione ipſius:ut poſſent capere ſcientiam Chriſti reue/
latam ſibi a patre quēadmodū Petrus:cui & dixit. Beatus
es Simon:quia non caro & ſanguis reuelauit tibi:ſed pa/
ter meus qui eſt in cœlis:& beatificatur non ſolum in eo
quod dixit:Tu es Chriſtus:ſed in eo magis quod addidit
Tu es Chriſtus filius dei uiui. Marcus enim & Lucas ſcri/
pſerunt Petrum reſpondentem dixiſſe:Tu es Chriſtus nō
adiicientes quod in Matthæo poſitum eſt:filius dei uiui.
Propterea nec ſcripſerunt ad confeſſionem Petri relatam
beatitudinem:neqꝫ benedictionem dicētem:Tu es Petrus
& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam &c̄. Aut
ita tractandum eſt:non quia tunc docebāt Ieſum eſſe chri
ſtum:& modo præcepit eis/ut nemini dicāt. Sed tunc q/
dem leuiter de deo annūciabant quaſi de magno & ad/
mirabirabili uiro:Chriſtum autem eſſe eum nondum an/
nunciabāt/ſed quaſi ad inductionem iudæorꝫ quædam
modica præmittebāt de eo:ut præparatis ex parte modi/
ca ad fidem eius:tempore opportuno etiam hoc addere/
tur ꝙ ipſe eſſet Chriſtus. Aut certe ita quæſtio eſt ſoluen/
da:ut dicamus ꝙ plura quæ tunc Chriſtus ad apoſtolos
dixit:non tantum ad apoſtolos pertinebant/quantum ad
omnes credentes in Chriſtum. Nec enim ſolis conueniē/
bat apoſtolis qđ eſt dictum:ante præſides & reges ſtabitis
propter me/in teſtimonium illis & gentibus. Item qđ ait:
Tradet autem frater fratrem in mortem:& pater filium:&
inſurgent filii in parentes:& in morte adiicient eos. Sed et
illud. Omnis qui confeſſus fuerit me coram hominibus:
& cætera:non ſolis apoſtolis/ſed omnibus credētibus di/
cta ſunt. Secundum hoc ergo dicendum eſt/ꝙ præmiſſa
fuit illa doctrina quæ facta eſt ad apoſtolos:poſtea autem
implenda ut uideantur ea qdem quæ ſuperius de annun
ciando Chriſto ſunt dicta a Chriſto:non ad tempus per/
tinere quod fuīt ante Chriſti reſurrectionem/ſed ad tem/
pora poſt futura. Hæc autem quæ mandat ut nemini di/
cant:tunc apoſtolis conuenire. Adhuc autem qui uult &
Chriſtum eſſe prædicatum prius ab apoſtolis:dicet quo/
niam leuiter præmittere noluit eos mentionem nominis
ſui:ut interim facto ſilētio prædicationis huiuſmodi hoc
ipſum quod leuiter de Chriſto auditum fuerat:digeratur
in ſenſibus auditorum:& ſic opportunius inſinuetur eis
Ieſus Chriſtus crucifixus:& ex mortuis ſuſcitatus. Quod
in primis nec ipſi apoſtoli cognoſcebāt:ſicut præſens ſer/
mo teſtatur/dicens. Exinde cœpit oſtēdere diſcipulis ſuis:
quoniam oportet ire eum in Hieruſalem:& multa pati a
ſenioribus/& principibus/& ſcribis:& occidi:& tertia die
reſurgere. Si autē tunc apoſtoli hæc diſcebant de Ieſu quæ
erat paſſurus:quid æſtimare debemus ſciſſe prius de Chri
ſto eos qui ab Apoſtolis docebantur? Nam etſi annūcia/
batur eis Chriſtus:quaſi in inductione:& non manifeſte
annunciabatur. Ideo & Saluator mittens apoſtolos uole
bat ut nemini dicerent manifeſte/quoniam ipſe erat Chri
ſtus:uidelicet ut perfectiorem de eo doctrinam in poſterꝫ
opportunius reſeruarent:quando poterant annūciare eis
qui eum uiderāt crucifixum de reſurrectione eius ex mor/
tuis. Si enim apoſtoli qui ſemper iuxta eum fuerunt:& ui
derunt miracula uniuerſa quæ fecit:et teſtimonium perhi
buerant uerbis eius:quoniam uerba uitæ æternæ erant:
ſcandalizati ſunt in ea nocte qua tradebatur:quid arbitra/
mur paſſuros eos fuiſſe/qui primum audiebant:ſi audiſ/
ſent quia ipſe erat Chriſtus:Sicut fecit Paulus Athenien/
ſibus adhuc rudibus conſtitutis annuncians eis non chri
ſtum filium dei:ſed uirum quēdam hoc modo. Tempo/
ra igitur ignorantiæ diſpiciens deus:nūc denunciat om/
nibus hominibus ubiqꝫ pœnitentiam agere/eo ꝙ ſtatuit
diem iudicare orbem in æquitate:in uirum quem ſtatuit
præſtare fidem omnibus:reſuſcitans eum a mortuis. Qui
ergo uult hæc quæ tunc ad Apoſtolos dicta ſunt pertine
re ad tempora poſt futura:& needum apoſtolos tunc præ
dicaſſe quia ipſe eſſet Chriſtus:huiuſmodi dat rationem:
quoniam interim quidem nomen Ieſu uoluit prædicari:
Chriſtum autem crucifixum tēpore opportuno poſt paſ/
ſionem & reſurrectionem:quando & rebus ipſis quod
dicebatur poterat approbari. Quod ſciens dicebat Apo/
ſtolus ad Corinthios. Nec enim iudicaui me ſcire quid in
uobis:niſi Ieſum Chriſtum/& hunc crucifixum. Ergo pri
mum quidem Ieſum prædicauerunt talia & talia facien/
tem:& hæc & hæc prædicantem. Nunc autem poſtq̄ Pe/
trus confeſſus eſt eum Chriſtum filium dei uiui:quaſi no
lens eos hoc interim prædicare præcepit/dicens:ut nemi/
ni dicant/quia ipſe eſt Chriſtus. Propter quam autem cau
ſam nolebat ſe interim prædicari Chriſtum dat rationem:
quoniam oportet eum abire in Hieruſalem:& multa pati.
Siquis ergo confunditur in cruce Chriſti:confunditur in
diſpenſatione per quam triumphati ſunt in ligno princi/
patus & poteſtates/qui genus hominū debellabant:cum
deberet potius gloriari quaſi fidelis & ſciens hæc diſpen/
ſata eſſe in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti/per quem crucifi/
xo mundo traducti ſunt:& triumphati ſunt principatus
eis ſolis qui credūt. In quibus principatibus arbitror fuiſ/
ſe etiam principem huius mundi. Propterea iuxta paſſio/
nem factus dicebāt. Nunc princeps huius mundi iudica/
tus eſt. Nūc princeps huius mundi expellit̄ foras. Quo
expulſo:ſi fuero (inquit) exaltatus a terra oēs traham ad
meipſum:uidelicet iam nō tantum quātum poterat prius
potente principe qui uetabat uenire ad Chriſtum eos qui
trahebantur ab ipſo. Neceſſaria ergo res eſt prædicari chri
ſtum Ieſum crucifixum. inutile aūt eſt ipſum qdem præ/
dicare:crucem aūt eius tacere. Et nō ſic inutilis mihi uidet̄
qui Ieſum qdem Chriſtum dicit:tacet aūt natiuitatem eius
ex uirgine:aut ſtellam oſtendētem natiuitatem ipſius:aut
angelos in natiuitate eius glorificantes/atqꝫ dicentes:Gloria
in excelſis deo:& pax ſup terram hoībus/bonæ uolunta/
tis:aut alia miracula/uel ſigna quæ fecit:quomō qui Chri
ſtum qdem eum dicit:crucifixū aūt eum abſcondit. Pro/
pterea uolens poſtmodum pfectius prædicari:præcepit ut
nemini interim dicant/quia ipſe eſt Chriſtus. Et præpara/
bat eos ut poſtmodum dicant qm̄ ipſe eſt Chriſtus q cru/
cifixus eſt/& ſurrexit a mortuis. Et uide diligenter quia nō
dixit:Exinde cœpit dicere uel docere/quia oportet eum
abire

abire in Hieruſalem:ſed ita. Exinde cœpit oſtendere diſcipulis ſuis:qm̄ ſicut corporalia oſtendi dicuntur:ſic oſtendi dicuntur a Chriſto ea quæ loquebatur. Et nõ ſic puto eis qui corporaliter eum multa patientem uiderũt oſtenſa fuiſſe ea quæ uidebãtur:quomodo diſcipulis oſtenſus eſt ſermo rõnabilis de myſterio paſſionis/& reſurrectionis ipſius. Et tunc qdem cœpit oſtendere. Conſequenter aũt poſtea capacioribus factis:plenius demonſtrauit non iam quaſi rudibus incipiens oſtendebat/ſed ꝓficiens in ipſa oſtenſione demonſtrabat. Et ſic rationis eſt intelligere:quia oĩno quod cœpit Ieſus/hoc & perfecit. Aliquando demonſtrabat quod cœperat oſtẽdere diſcipulis:qm̄ oportet eum abire in hieruſalem/& pati. Quando enim de myſteriis iſtis pfectam ſcientiam ex uerbo qs fuerit cõſecutus:tunc dicendum eſt ex rationabili oſtenſione ſenſu uidente quæ oſtendunt̃ cõſumatam eſſe oſtenſionem: qm̄ non capit prophetam perire extra hieruſalem:ea perditione/de qua etiam alibi dicitur. Qui pdiderit animam ſuam ꝓpter me inueniet eam. Quare oportebat eum abire in hieruſalem ut multa paſſus in hieroſolymis:& interfectus in eis:primitias reſurrectionis ex mortuis faciat in hieroſolymis illis quæ ſunt ſurſum/derelinquẽs,et deſtruẽs/& diſſoluens hieruſalem/quæ fuerat ſup terram cum omni cultura eius. Quãdiu enim nõ ſurrexerat Chriſtus:nec diſcipuli eius conſurrexerant ei:deorſum querebatur ciuitas dei:& templum quod erat in ea:& altare:& ſacerdotes eius:& leuitæ:& dona & ſacrificia pro peccato:& mundationes. Poſtq̃ aũt reſurrexit Chriſtus primitiæ dormientium:& conſurrexerunt ei qui facti ſunt cõformes morti eius:& reſurrectioni eius:iam tunc non deorſum ab eis q conſurrexerũt ei quæritur hieruſalem:uel domus orationis in ea/uel altare/uel cultura/uel cultores:ſed ſurſum:& quaſi qui cõſurrexerunt & conſederunt in cœleſtibus in Chriſto:uiderunt ea qdem quæ fuerant ſuper terram deſtructa/quæ aũt erant in cœlis ſplendentia. Quæ ut intuerẽtur oportebat eum abire in hieruſalẽ/quæ erat deorſum:& multa pati illic a ſenioribus eius/& principibus ſacerdotum & ſcribis:ut glorificetur ab eis qui capiunt beneficia eius cœleſtibus ſenioribus/& diuinioribus principibus ſacerdotum/& ſcribis populi q uacant circa litteras non attramento ſcriptas:ſed ſpiritu dei uiui manifeſtatas. Vt occidatur qdem in hieroſolymis quæ eſt deorſum:regnet aũt reſurgens in Syon monte:& ciuitate dei uiui hieruſalem:cœleſti Syon:de qua dictum eſt in pſalmo ſecundo. Ego aũt conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon montem ſanctum eius:prædicans præceptum dñi. Tertia aũt die ſurrexit a mortuis:ut eripiens a maligno & a filio eius in quo mendacium erat & iniuſtitia:& prœlium:& omnia cõtraria eis in qbus Chriſtus habetur:adhuc autem & a ſpiritu immundo q transfigurat̃ in ſpiritum ſanctum acquirat eis q fuerint liberati hoc donum:ut baptizentur ſpiritu & animo/& corpore:in nomine patris/& filii/& ſpiritus ſancti:q ſunt tres dies ſimul inſtantes perpetue eis qui ꝑ eos facti fuerint filii lucis. Et accipiens Ieſum Petrus:cœpit eum increpare. Propitius eſto tibi dñe. Et hoc tibi non erit. Cui dixit. Vade poſt me ſathana:ſcandalum mihi es: quoniam nõ ſapis quæ dei ſunt:ſed quæ hominis. Quoniam cœperat Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oportet eum abire in hieroſolymam & multa pati. Adhuc initia eoꝝ quæ oſtendebãtur diſcens Petrus:indigna hæc filio dei uiui arbitrabatur:& indigna deo patre q reuelauerat ei. Nec enim reuelatũ fuerat ei adhuc oportere pati filium dei:& occidi talem & tantum Chriſtum. Ideo accipiens eum:& quaſi oblitus dignitatem chriſti:quoniam filius dei uiui nihil dignum increpatione dicit aut agit:cœpit eum increpare:& quaſi neceſſariam habenti propitiationem dicere:Propitius tibi eſto domine. Nec enim ſciebat adhuc quoniam hunc poſuit deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius. Cuius affectum qdem ſuſcipiens Ieſus. Ignorantiam aũt exprobrans/dixit ei. Vade poſt me: quaſi deſiſtenti per ignorantiam & per ea quæ nõ recte dicebat:ire poſt Ieſum chriſtum. Sathana aũt dixit ei:quaſi ꝑ ignorantiam aliqd habenti contrarium deo. Quod hebræi interpretati ſunt contrarius. Si aũt non per ignorantiam dixiſſet:neq; increpaſſet filium dei uiui dicens:Propitius tibi eſto domine:& hoc tibi non erit:nunq̃ dixiſſet ei Vade poſt me:quaſi deſinenti ire poſt eum:& ſequi eum. Et ſi non dixiſſet contraria eis quæ dicta fuerant ab eo:nõ ei dixiſſet Sathana. Nunc aũt præualuerat in eo Sathanas/ut deſineret ire poſt eum:& ſequi eum:& fecit eum per ea quæ in ignorãtia dixit dignum ut audiat Sathana:& ſcandalum filii dei:& non ſapis quæ dei ſunt/ſed quæ hominis. Quoniam aũt fuerat poſt filium dei Petrus anteq̃ peccaret:manifeſtum eſt ex eo quod in principio uocationis eoꝝ ita eſt dictum ad eos. Venite poſt me:et faciam uos piſcatores hominum:& relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Simul autẽ conſidera differentiam uerbi:qm̄ ad Petrum qdem dixit:Vade poſt me ſathana. Ad diabolum aũt dicẽtem ſibi. Hæc oĩa tibi dabo ſi ꝓcidens adoraueris me:dicit. Vade ſathana ſine additamẽto:poſt me. Nam ire poſt Ieſum bonum eſt. Propterea ſm̄ Marcum ſic dicit. Vidit Simonẽ & Andream fratrem eius:& dixit eis. Venite poſt me:& faciam uos piſcatores hominum. Tale eſt etiam illud quod dicit. Siquis nõ tollit crucem ſuam & ſequitur me:non eſt me dignus. Et ut breuiter dicam:cõſidera ubicunq; dicitur uerbum poſt me:in bono dicitur. Bonum eſt enim quando quis poſt dominum uadit:contrarium autem quãdo aliquis reiicit ſermones domini poſt ſe:uel qui tranſgreditur illud mandatum:poſt concupiſcentias tuas ne uadas. Item Helias in tertio regnoꝝ libro ad populum dicit:Vſq; quo claudicatis uos utriſq; pedibus ueſtris? Si dominus eſt deus:ite poſt eum. Si autem Baal dominus eſt:ite poſt illum. Hæc autem dicẽs:propter quod diuertebantur ad diabolum:quia ipſe eſt ſathanas. Et non uade ante me Sathana (ad Petrum ait) ſed uade poſt me Sathana. Et hoc dicit Petro Ieſus conuerſus ad eum. Nam & hoc prodificans ei fecit. Et beatus ad quem conuertitur Chriſtus:etiam ſi corripiendi cauſa conuertitur: ſicut conuerſus eſt ad Petrum. Et tu qdem poteris plura congregare huiuſmodi exempla in qbus poſitum eſt conuerſus. Et inuenies plærunq; ad utilitatem eorum poſitum eſſe:ad quos conuertitur Ieſus. Mihi autem proferre ſufficit in præſenti illud propheticum dicens. Conuertere domine aliquãtulum. Item. Cõuerſus reſpexit Petrum. Vbi & cõuerſione eius illuminatus Petrus:cognouit peccatum ſuum:& amariſſime fleuit. Item ſm̄ Ioannem. Et audierunt duo diſcipuli eius/& ſequuti ſunt Ieſum. Conuerſus autem Ieſus:Vidit illos ſequentes ſe:& dixit eis.

Quid quæritis? At illi dixerunt ei. Magiſter ubi manes? Adhuc aũt requiro/quare dixit ad Petrum. Scandalum mihi es. maxime cum in centeſimo decimo octauo pſalmo propheta pronunciet dicens. Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum. Dicet enim aliquis quoniam proprium eſt eorum qui perfectam habent benedictionem erga deum: ut non ſcandalizentur aliquando. Charitas enim omnia ſuſtinet: omnia credit: omnia ſperat: charites nunquam excidit. Quomodo ergo ipſe dominus qui confirmat omnes qui infirmantur: & erigit omnes eliſos: dicit ad Petrum: Scandalum mihi es? Sed ita eſt reſpondendum/quoniam non ſolum Ieſus non ſcãdalizatur: ſed nec omnis homo qui in dilectione dei perfectus eſt. Sed quãtum ad ſe qui tale aliquid: uel agit/uel loquitur: Scandalum eſt alteri/licet ille inſcandalizabilis ſit. Aut certe oẽm diſcipulum peccãtem ſcandalum ſibi appellat: ſicut & Paulus de huiuſmodi diſcipulis. Quis infirmatur/& ego non infirmor? Quis ſcandalizatur/& ego nõ uror? Si ergo Petrus propter hoc ſolum quia dixit: Propitius tibi eſto: & hoc tibi non erit: ſcandalum a Chriſto eſt dictus: quaſi qui nõ ſaperet quæ dei erant: ſed quæ hominis: quod eſt dicendum de hominibus illis/qui profitentur ſe diſcipulos Chriſti: non aũt ſapiunt quæ ſunt dei: nec aſpiciunt ea quæ non uidentur æterna: ſed quæ hominum ſunt aſpiciunt: quæ uidentur & temporalia ſunt? Sine dubio multo magis huiuſmodi homines ſcandala Chriſti ſunt appellandi. Sed & qui fratrem ſuum in ſcandalum mittit: ſcandalum Chriſti eſt: ſecundum quod ipſe dicit. Eſuriui/& dediſtis mihi manducare &c. Sicut ergo qui fratrem ſuum cibat: Chriſtum cibat: ſic & qui fratri ſuo ſcandalum fuerit factus: Chriſto factus eſt ſcandalum. Nõ eſt ergo leue peccatum ſapere quæ hominum ſunt: cum debeat quis in omnibus ſapere quod eſt dei. Hoc aũt quod dicit ſcandalum mihi es: quia nõ ſapis quæ dei ſunt: ſed quæ hominum: non ſolum dicẽdum eſt peccantibus in cõuerſatione: ſed & omnibus qui a dogmatibus dei ceciderint: & ab omnibus eccleſiaſticis uerbis: & ab omni ſapientia ueritatis: & dogmata ſapuerint (uerbi gratia) baſilidis uel Valentini/uel Marcionis: aut cuiuſcunque eorum qui humana docent quaſi diuina.

¶ Euangelium ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis uult poſt me uenire/abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam/& ſequatur me.

¶ Homelia lectionis eiuſdem Origenis præſbyteri. Quæ eſt. II.

QVoniam ſuperius diximus magni boni eẽ ire poſt Chriſtum/ideo conferamus oĩum euangeliſtarum de hoc loco conuenientia uerba. Et Marcus quidem dicit hoc modo. Et conuocans populum cũ diſcipulis ſuis: dixit eis. Si quis uult poſt me uenire/abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam/& ſequatur me. Lucas aũt ita. dicebat ad omnes. Si quis uult poſt me uenire/abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Ergo per hos omnes manifeſte cognoſcimus/quoniam non eſt qualiſcunque uirtutis ire poſt chriſtum & ſequi eum. Et nemo poteſt ire poſt Chriſtum: niſi denegauerit ſe. Denegat aũt ſeipſum: quando priorem uitam ſuam malam/bona conuerſione relinquit: ut puta aliquando luxurioſus denegat ſe luxurioſum: cõuerſus ad caſtitatem. Et qui erat iniuſtus denegat ſe iniuſtum/cum cœperit ſeruare iuſtitiam. Sic & qui inſipiens fuerat aliquando: denegat ſe inſipientem/ſapientiam dei ſuſcipiens. Et timidus aliquando confirmatus in uirtute dei: timidum denegat ſe. Sic & in omni malitia eſt dicendum: qui ſe ab ea cõuerterit ſecundum quod præcepit Ieſus denegat quod fuerat. Conſequẽter aũt eſt requirendum/ne forte quis ſicut denegat ſeipſum: ſic & cõfiteatur ſeipſum denegans ſe quidem iniuſtum: confitens aũt ſe iuſtum. Sed ſi iuſtitia Chriſtus eſt: qui iuſtitiam ſuſcipit nõ ſe cõfitetur/ſed Chriſtum. Sic & qui ſapientiam inuenit: per hoc ipſum quod ſapienter agit confitetur Chriſtum. Nam & his qui corde credit ad iuſtitiam: ore aũt confitetur ad ſalutem: & operibus chriſto teſtimonium præbet: & uerbis quaſi qui per hæc oia cõfeſſus eſt Chriſtum coram hominibus: ut confiteatur illum coram patre omnium Chriſtus. Sic & econtra qui nõ denegat ſemetipſum: ſe quidem confitetur: denegat aũt Chriſtum: & quaſi qui denegauerit Chriſtum: denegabitur & ipſe a Chriſto. Propterea omnis cogitatio noſtra & intellectus: & omnis ſermo: & oĩs actus noſtram quidem denegationem ſpirat: Chriſti autem teſtimonium atque cõfeſſionem. Credo enim hominis perfecti omnis actus teſtimonium Chriſti eſſe: & abſtinentiam omnium peccatorum denegationem hominis eẽ ducẽtem eum poſt Chriſtum: Iſte enim talis Chriſto confixus eſt: & tollẽs crucem ſuam ſequitur eum: qui propter nos crucem ſuam portauit: ſecundum quod ſcriptum eſt in Ioanne: receperũt ergo Ieſum: & adduxerunt: et impoſuerũt ſuper eum crucem: & portãs crucem ſuam egreſſus eſt in locum qui dicitur Caluariæ. Adhuc aũt in eo quod dicit Abneget ſemetipſum: uidetur mihi utile eſſe exẽplum Pauli denegãtis ſeipſum: & dicẽtis. Viuo aũt iam non ego: uiuit aũt in me Chriſtus. Quod enim dicit Viuo iam nõ ego: uox eſt denegãtis ſeipſum: & quaſi qui depoſuit ſuam uitam: Suſcepit aũt Chriſtum in ſe ut ipſe uiuat in eo quaſi iuſtitia: quaſi ſapiẽtia: quaſi ſanctificatio: quaſi pax noſtra: quaſi uirtus dei in eo operans oĩa hæc. Adhuc aũt uide & hoc quod cum multi eſſent modi mortis: in ligno ſuſpẽſus: crucifixus eſt filius dei: ut oẽs qui moriuntur peccato: nõ alio modo moriãtur ei niſi ſecundum crucem ut dicere poſſint Chriſto cõfixus ſum. Item. Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt: & ego mundo. Quãuis ergo uideatur ſe abſtinere aliquis a peccato: & ſit mortuus quantum ad peccatum, tamen niſi in crucem chriſti crediderit: & in fide eius qui crucifixus eſt: abſtinuerit ſe a peccato: nõ poteſt dicere: Ego aũt Chriſto confixus ſum. Forſitan aũt & unuſquiſque eorum qui cum Chriſto crucifiguntur exuit ſe principatus & poteſtates: & traducit eas: & triumphat eas in ligno: magis autẽ Chriſtus in eo hæc omnia facit. Qui enim uoluerit ſaluam facere aĩam ſuam: perdet illam. Qui aũt perdiderit animam ſuam, propter me: inueniet eam. Quid aũt proficit homo ſi totum mundum lucretur: & animæ ſuæ detrimentum faciat? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima ſua? Dupliciter poſſumus intelligere hoc uerbum. Primum hoc modo. Si quis amator uitæ præſentis: & putans hanc uitam præſentem eſſe optimam parcit animæ ſuæ timens mori: & putans animam ſuam per hanc mortem perire: iſte uolens hoc modo ſaluare animam ſuam perdet illam: alienam faciens eam

a uita

a uita æterna. Si quis autem contemnens uitam præſen/
tem propter Chriſti uerbum:& confidens de uita æterna
uſq; ad mortem pro ueritate certauerit:perdet q̄dem ani/
mam ſuam quantum ad uitam præſentem:tradens eam
pro pietate in mortē:Quæ abuſiue dicit mors. Iſte quo/
niam propter Chriſtum ꝑdidit animam ſuam: magis eā
faciet ſaluam in uita æterna. Alio autem modo ſic intelli
gimus textum. Si quis intelligit quæ eſt uera ſalus:& ac/
quirere uult eam ſalutem animæ ſuæ: iſte abrenūciās hāc
uitam:& denegans ſeipſum & tollens crucem ſuam:& ſe
quens Chriſtum:perdit quantum ad uolūtates carnales
animam ſuam propter Chriſtum:& propter oēm doctri
nam eius. Et perdens animam ſuā hoc modo ſaluat eam
per opera pietatis. Deniq; quaſi ad ſuperiora reddens ra/
tionem:ſic adiecit. Qui enim uoluerit ſaluam facere aiam
ſuam:perdet illam. Dicendo qui enim uoluerit:præcedē/
tem & ſequentē unum ſenſum eſſe oſtēdit. Si ergo quod
ſuperius dixit abneget ſemetipſum:& tollat crucē ſuam:
& ſequatur me:de morte ſola dixit:& hoc quod dicit qui
uoluerit ſaluam facere animam ſuam perdet illam:conſe
quenter de ſola morte dictum intelligere debemus. Si au
tem abnegare & tollere crucem:non ſolum eſt mori pro
Chriſto:ſed carnalem cōuerſationem reiicere: ſine dubio
& perdere aiam:non ſolum mori eſt:ſed etiam deponere
uoluntates carnales. Simul autem cōſidera q̄m in princi/
pio q̄dem non dicit:qui ſaluauerit aiam ſuā perdet illam:
ſed qui uoluerit aiam ſuam ſaluare:perdet eam. In ſequen
tibus aūt non dicit:qui autem uoluerit aiam ſuam perde/
re propter me:hic ſaluam faciet eam:ſed ita. Qui perdide/
rit aiam ſuam propter me:hic ſaluam faciet eam. Volētes
ergo ſaluare animam noſtram perdamus eam huic mun
do:quaſi crucifixi cum Chriſto & habentes gloriatiōem
in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti:per quem nobis cruci
fixus eſt mundus:& nos mundo: ut conſequamur ſalu/
tem animaꝝ noſtrarum in conuerſatione uitæ melioris.
Itaq; ſm ea quæ diximus uidetur mihi ſimile eſſe hoc ei
quod dixit:abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam.
Qui enim denegat ſe:& tollit crucē ſuam/ipſe eſt qui per/
dit animam ſuam propter Chriſtum. Et ꝑdens/melius eā
ſaluat. Et qui perdit aiam ſuam quātum ad uolūtates car/
nales/ipſe eſt qui denegat ſe:& tollens crucem ſeq̄tur chri
ſtum. Quid autem proficit homo ſi totum mundum lu/
cretur:aiæ aūt ſuæ detrimentum faciat? Puto ꝙ mūdum
lucretur qui non abnegat ſemetipſum: nec tollit crucem
ſuam:& ſequitur chriſtum:ſm ea quæ diximus: nec per/
dit animam ſuā quātum ad uolūtates carnales: ut ſaluet
eam in conuerſationibus ſpiritualibus:cui mundus non
crucifigitur in cruce dn̄i noſtri Ieſu chriſti. Cui autem nō
crucifigitur mundus? ipſe facit ſuæ animæ detrimētum.
Ideo duobus nobis propoſitis:ut ſi uoluerimus mundū
lucrari:ꝑdamus animas noſtras:aut ſi animas noſtras uo
luerimus lucrari:perdamus hunc mundum/magis eſt eli/
gendum ut mūdum perdamus:& lucremur animas no/
ſtras:ex eo ꝙ propter chriſtum perdamus eas. Aut quam
dabit cōmutationem homo pro aīa ſua? In prima q̄dem
facie cōmutatio animæ eſt ſubſtantia: ut det ſubſtantiam
ſuam homo pauperibus:& ſaluet aiam ſuā. Puto autem
ꝙ nō habet aliquid homo quod dans quaſi cōmutatio/
nem animæ ſuæ quæ tenetur a morte:liberet eam de ma/
nu eius. Ergo homo quidem nō poteſt dare aliquam cō/
mutationem pro anima ſua: deus autem pro animabus
oium dedit cōmutatiōem precioſum ſanguinem filii ſui:
nec enim empti ſumus corruptibili argento:uel auro:ſed
precioſo ſanguine agni immaculati. Nam filius hominis
uenturus eſt in maieſtate patris ſui:cū angelis ſuis:& tunc
reddet unicuiq; ſm opera eius. Nunc quidem filius ho/
minis uenit:ſed non in gloria ſua. Vidimus enim eum:&
non habebat ſpeciem:neq; decorem:ſed ſpecies eius inho
norata:& contēptibilis præ filiis hominū. Homo cū eſſet
in plaga:& dolore:& ſciens ferre infirmitatem: q̄m auer/
ſa eſt facies eius:& pro nihilo eſtimata: & uere oportebat
eum talem uenire ut peccata noſtra portaret:& pro nobis
doleret. Nec enim decebat eum in gloria conſtitutum pec
cata noſtra portare: neq; dolere pro nobis. Sed & ueniet
in gloria ſua cū an̄ ꝑparauerit diſcipulos ſuos ꝑ aduētum
ſuū:nō habentē ſpēm neq; decorē:factus ſicut illi ut illos
faceret ſicut ſeipm̄ cōformes imagini gloriæ ſuæ. Quoniā
prius factus eſt ipſe cōformis corpori humilitatis nr̄æ:q̄m
ſemetipſum exinaniuit formā ſerui ſuſcipiēs:ut reſtituat eā
in forma dei. Quando iſta prouenient:q̄m apoſtolicū illud
implebitur quod dicit:oēs enim nos oportet ſtare ante tri
bunal chriſti:ut recipiat unuſquiſq; propria corporis pro/
ut geſſit:ſiue bonū:ſiue malum. Si aūt unicuiq; ſm actum
eſt redditurus:nec pro ſolis bonis actibus reddet ſine ma
lis:nec pro ſolis malis ſine bonis:ſed ſm oēm actum bo/
num:& ſm oēm actum malum recipiet unuſquiſq;. Arbi
tror aūt in iſtis quidem credens apoſtolo. Ezechieli autem
in illis:q̄m eius delentur peccata qui ꝑfecte conuertitur:&
qui plenius ceciderint:eis ꝑcedēs iuſtitia non imputatur.
Nobis aūt qui inter ꝑfectos: & inter apoſtatas medii ſu/
mus/reddetur ante tribunal chriſti ſm quod geſſimus ſi/
ue bonum ſiue malum:q̄a nec ſic plenius cōuerſi ſumus
ad deum ut nobis oīno mali actus non imputentur:nec
ſic auerſi ſumus ut obliuiſcatur deus ſi quæ fecimus ope
ra bona. Si aūt moraliter potueris intelligere differentias
uerbi quod & in ſtultitia ꝑdicationis anūciatur credenti/
bus & in ſapientia inter ꝑfectos:uidebis q̄uo uerbum dei
eis q̄dem qui nouiter inducūtur ad fidem formam habet
ſerui:ut dicāt uidimus eum & nō habebat ſpeciē:neq; de/
corem:ꝑfectis aūt uenit in gloria patris ſui ut dicant/& ui
dimus gloriā eius gloriā tanq̄ unici a patre plenū gratiæ
& ueritatis. Perfectis enim apparet gloria uerbi:& q̄a uni/
cū eſt a patre:& quia plenum eſt gratia ſimul: & ueritate:
quod non poteſt capere:qui indigēs eſt:ſtultitiæ prædica
tione. Nam filius hois uenturus eſt in maieſtate patris ſui
nō ſolus:ſed cū angelis ſuis. Et ſi intelligere potes oēs co/
operarios uerbi quod in ſapiētia demonſtratur:quod eſt
chriſtus conuenientes ei/uidebis q̄uo uenit filius hois in
maieſtate patris ſui cū angelis ſuis. Angeli enim illius ſunt
prophetarum ſermones. Et uide ſi potes dicere quoniam
prophetarum ſermones q̄ui prius ſunt paſſi ante iſtius
uerbi aduentum contemptibiles erant non habētes ſpe/
ciem neq; decorem ſm ſimilitudinem huius uerbi nō ha/
bentis ſpeciem neq; decorem. Sicut autem uenit filius ho
minis in gloria patris ſui:ſic prophetarum ſermones ange
li facti ueniunt cum eo in maieſtate ſm ſimilitudinem uer
bi uenientis in maieſtate:quia nec poſſibile eſt ante ſpirita/
liter ſm ueritatem intelligere prophetarum ſermones:niſi

cum ſpiritaliter intellectum fuerit uerbum Chriſti : ut ui/
deantur ſimul apparere in maieſtate. Quando aūt huiuſ/
modi uerbum uenerit cum angelis ſuis: ad ſenſum creden/
tis dabit unicuiq; de gloria ſua: & de claritudine angelorꝝ
ſuorꝝ: ſm actum uniuſcuiuſq;: qm̄ quāto melior fuerit in
actibus ſuis: tanto ſpiritalius intelligit chriſtum : uel pro/
phetas ipſius. Amen dico uobis: quoniam ſunt quidam
hic ſtantes qui non guſtabunt mortem donec uideant fi/
lium hominis uenientem in regno ſuo.

¶ Euangelium ſm Matthæum.

IN illo tempore. Aſſumpſit Ieſus Petrum: & Ia/
cobum: & Ioannem fratrem eius in montem
excelſum ſeorſum: & trāſfiguratus eſt añ eos.

¶ Homilia lectionis eiuſdem Origenis Præſbyteri.
Quæ eſt. III.

QVidam ſic intelligunt quoniā non guſtaue/
runt mortem hi tres apoſtoli priuſq̄ uide/
rent filium hominis uenientē in regno ſuo
& in gloria ſua. Vidētes enim ante ſe Ieſum
trāſfiguratum: ita ut fulgeret facies eius tāq̄
ſol: & ueſtimenta candeſcerent ſicut lumen : uiderunt re/
gnum dei ueniens in uirtute. Nam quēadmodū ſi con ſi/
ſtant circa impatorem quidam armati/ ſic Moyſes & He/
lyas uiſi ſunt circa chriſtum eis qui aſcenderant ſup mon/
tem excelſum apparentes in maieſtate: & loquentes cum
Ieſu: dicebant exitum eius quē impleturus erat in Hieruſa/
lem. Hæc autem expoſitio quā diximus conuenit eis qui
tales ſunt quales nominat Petrus facti ſicut modo gene/
rati infantes deſiderantes rationabile: & ſine dolo lac. Ad
quos etiam Paulus loquebatur dicens. Lac uobis potum
dedi: non eſcam. Nōdum enim poteratis: ſed nec uſq; ad/
huc poteſtis. Et oēm expoſitionem quæ ſm textum expo/
nitur: & pōt ædificare eos qui expoſitionem non capiūt
fortiorem arbitror recte lac appellari quod fluit de ſan/
cta ſcripturarꝝ terra. Qui autem ablactatus eſt quēadmo/
dum Iſaac : digne lætitia & ſuſceptione quā fecit in abla/
ctatione filii Abraham: ſine dubio quæret: & in iſtis: & in
omni ſcriptura fortiorem cibū qui alter eſt ab eo cibo: qui
cibus quidem eſt: ſed non fortis cibus qui appellatur hole/
ra. Qui ablactato qdem: non autem forti : ſed infirmo eſt
cibus: ſm quod ait Apoſtolus: qui autem infirmatur ho/
lera manducet. Sic & Samuel ablactatus: & tranſmutatus
a matre ad deum: & appoſitus deo a matre quæ uocaba/
tur Anna: interpretata hebraice gratia/ & ſi quis fuerit gra/
tiæ filius ut querat quaſi in templo dei nutritus carnes:
ſanctam eſcam perfectorum : ſimul & ſacerdotum. Quæ
autem uidentur mihi in loco præſenti / ſunt iſta. Erant
quidā ſtantes ubi ſtabat Ieſus/ & fundatas habentes apud
chriſtum aiæ baſes. Hi ergo ſtabant ibidē apud Ieſum: id
eſt uerbum dei/ ſed nō oēs æqualiter ſtabant. Eſt enim &
inter eos qui ſtabant apud Ieſum ad alterutrum differen/
tia ſtandi. Propterea non oēs qui ſtabant apud Ieſum/ ſed
qdam ex eis quaſi qui melius ſtabant dicuntur non guſta/
re mortem donec uideant uerbum dei quod uenit ad ho/
mines. Ideo autem uerbū illud quaſi filius hois uenire in
regno ſuo refertur: qa non ſemp qn̄ uenit uerbum : in re/
gno ſuo uenit. Eis enim qui in primis inducuntur ad fi/
dem tale eſt: ut dicāt: uidētes eum nō glorioſum: neq; ma/
gnum: ſed inferius multis hoium uerbis: uidimus eum &
nō habebat ſpeciem: neq; decorē: ſed ſpecies eius ſine ho/
nore: & abiecta præ filiis hois. Hæc dicent qui uident glo/
riam eius de præteritis tpibus ſuis: qn̄ in primis non uide/
batur eis uerbū habere ſpēm glorioſam ſm quod in pri/
mordio ſuo intelligebāt. Ergo extra iſtū uulgarem & ma/
niſeſtiſſimū intellectum: quē in primordio ſuo intelligūt
accedētes ad fidem: eſt aliquis digniosior: & quaſi regalis
intellectus in uerbo: quē non oēs ſtantes apud Ieſum ui/
dent: ſed qui poſſunt eū ſequi pcedentē: et aſcendētem ſu/
per excelſum ſuæ manifeſtatiōis montē: qui ſunt ſicut Pe/
trus: quē ſupra deſcripſimus : uel ſicut filii tonitrui q na/
ſcuntur ex magniloquio dei tonantis: & magnifica cceli/
tus clamantis ad eos qui habēt aures & ſapiūt. Iſti ergo q
ſunt ſicut Petrus: uel ſicut filii tonitrui Iacobus/ & Ioānes
nō guſtabunt mortē donec uiderint filiū hois uenientem
in regno ſuo & in gloria ſua: & regnū dei ueniens in uir/
tute. Vt aūt manifeſtius exponamus qd ſit uidere uerbum
ueniēs in regno ſuo/ & in gloria ſua: & qd ſignificet uide/
re regnū dei ueniēs in uirtute: ſiue dum ex ſe ſplēdet in cor/
dibus noſtris: ſiue dū quærētibus inueniť : ſiue dum igre/
ditur in cogitatiōes noſtras: unuſqſq; iudicet quod expo/
nimus. Prout uult tñ qui uidet & compræhēdit eminen/
tiam uerbi dei: quod ſoluet/ & cōuincet oēs perſuaſiones
mendaciorꝝ profitentiū ueritatem: uidet filium hois: id eſt
uerbū: uenientem in regno ſuo. Et qui uerbū dei filium ui/
det: nō ſolum ſoluētem & cōuincētem aduerſariorꝝ per/
ſuaſiones: ſed etiā ſuas euidētias declarantē: uidet non ſo/
lum regnū: ſed & gloriam uerbi dei. Et iſte talis in ſeipſo
uidet regnū dei ueniens in uirtute: nō in infirmitate. Qui
autem non eſt ita cōfidens in regno dei ut oīa pati contē/
tus ſit propter illud : ſed eſt dubius/ & timidus de ſpe re/
gni: ille nō uidet in ſe regnū dei ueniens in uirtute. Et hoc
ille uidet in quo non regnat peccatum: nec tenetur ſub do/
minatione peccati quod regnat in corpore mortali peccā/
tium: ſed eſt ſub rege oium deo. Dicit enim Apoſtolus. Et
ego fratres nō potui uobis loq quaſi ſpiritalibus: ſed qua/
ſi carnalibus. Quaſi paruulis in Chriſto: lac uobis potum
dedi/ non eſcam. Nōdum enim poteratis: ſed nec uſq; ad/
huc poteſtis. Nam cū ſint inter uos æmulationes/ & con/
tentiones : nōne carnales eſtis & ſm hominē ambulatis?
Item alibi. Sapientiā autem loquimur inter perfectos. Si
ergo qui adhuc carnales & paruuli ſunt in Chriſto: & nō
ſunt perfecti: non poſſunt intelligere ſapientiā uerbi : nec
capiunt ſpiritalem eius intellectum : quō uideant mente
ſua eminentiam uerbi: id eſt regnum uerbi: & gloriam uer/
bi: qui diuerſis ſunt inuoluti peccatis? Quid eſt autē mor/
tem guſtare uideamus. Duæ res ſunt ſibi contrariæ: mors
& uita. Et uita quidem eſt ille qui dixit. Ego ſum uita. De
qua ſcriptum eſt. Quod autem factum eſt in eo/ uita eſt:
id eſt in uerbo. Inimica autem uitæ huius: mors eſt. Quæ
& nouiſſima inimicorꝝ omnium deſtruetur : quia peccās
anima moritur: qn̄ dicitur in lege. Dedi ante faciem tuam
uitam & mortem: elige uitam. Ex quibus alterum unuſqſ/
q; noſtrum per ea quæ agit: eligit ſemper. Sicut ergo uita
eſt & uiuus panis qui de ccelo deſcendit / & uitam dedit
huic mūdo: ſic & inimica eius mors panis eſt mortuus.
Omnis autem rationabilis aīa : aut uiuo pane nutritur:
aut mortuo. Per ea quæ ſuſcipit opera uel dogmata bona
uel mala. Et quēadmodum eſt in cōmuni pane ut quis
aliquando

aliquando quidem guſtet eum tantum:aliquādo autem
& amplius eum manducet:ſic & in iſtis panibus:quidam
quidem modicum:manducant tantum guſtantes:quidā
autem & abundantius ex eis manducant:boni quidem
de uiuo pane qui de coelo deſcendit:mali autem ex mor
tuo pane qui eſt mors.Et forſitan qui & raro/& modicū
peccant:tantummodo guſtant mortem. Qui autem per/
fectius ſuſceperint ſpiritalem uirtutem:neq; guſtant eam:
ſed uiuo pane ſemper ueſcuntur. Conſequens ergo erat
Petrum cui portæ inferorum non præualebant : ut neq;
guſtaret mortem:qm̄ tunc quis guſtat/uel mādicat mor
tem/quando portæ mortis præualent cōtra eum/uel pa/
rum/uel multum. Sed & filiis tonitrui natis ex magnilo
quio : id eſt ex tonitru:impoſſibile erat mortem guſtare.
Hoc ergo pfectus ſermo prophetat:ut ex eo ꝙ ſtātes ſunt
apud uerbum tantum proficiāt:ut neq; guſtent mortem
donec uideant aduentum/& gloriam/& regnum.Et emi
nentiam uerbi dei ſm quam eminet ſuper omne uerbum
quod adhuc interim diuellit/& trahit homines ſuſpitio/
ne ueritatis eos qui nō poſſunt diſrumpere uincula diuul
ſionis:& aſcendere ad eminentiam uerbi ueritatis.Sed for
ſitan uidetur quibuſdam quaſi promiſſio hæc Saluato/
ris tempore aliquo terminetur : ut non quidem guſtent
mortem donec uideant filium hois uenientem in regno
ſuo:poſtea uero guſtent.Ideo oportet ut proferamus exē/
pla:ſm quam ſcripturæ conſuetudinē poſitum ſit:quod
dicit:donec uideant:non omnino definiens tempus : ut
poſtq̄ tranſient illud donec:fiat quod ante non fuerat fa/
ctum:ſed rem quæ neceſſaria eſt exponit. Dicit enim do/
minus ad undecim diſcipulos ſuos cum ſurrexiſſet a mor
tuis.Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad
conſumatiōem ſæculi.Ergo uſq; ad cōſumationē ſæculi
cū illis erat futurus.Poſt cōſumationem aūt ſæculi huius
inſtāte futuro ſæculo iam non ſe ꝓmittebat fore cū eis?ut
melius eſſet diſcipulis hoc tēpus quod eſt ante conſuma
tionem ſæculi:q̄ illud futuꝝ?Nam etſi audeat aliquis dice
re qm̄ poſt conſumationem ſæculi iam non erit cum di/
ſcipulis ſuis Ieſus:qm̄ ſermo tādiu cum illis eum futurum
eſſe demonſtrat.Manifeſtum eſt tamen qm̄ quod quære/
batur/hoc erat:ſi ante futuꝝ ſæculum/& ante promiſſio/
nes illas ſperatas dei cum diſcipulis ſuis erat futurus filius
dei.Conuenienter autem requiro cum ſit manifeſtum qa
uſq; ad cōſumationem ſæculi cum diſcipulis ſuis ſit.Vtꝝ
ſemper cum diſcipulis ſuis ſit:aut aliqn̄ quidem eſt : aliqn̄
autem non eſt?Hoc autem quæro propter illud quod di
xit.Et ecce ero uobiſcum omnibus diebus:ne forte ꝑ dies
quidem ſit cum diſcipulis ſuis:per noctes autē non ſit.Si
autem propter hoc quod dixit in diebus cum diſcipulis
ſe futuꝝ:non & in noctibus.Abſurdum putamus dicere:
qm̄ in noctibus denegauit ſe cum diſcipulis ſuis futuꝝ:
ſine dubio nō cogimur illum ſuſcipere intellectum ut di/
camus:guſtare eos mortem qui uiderunt filium hominis
uenientem in regno ſuo.Poſtq̄ digni habiti ſunt talem il/
lum uidere .Sed quemadmodum in ea ſcriptura quam
diximus : neceſſarium erat cognoſcere quoniam uſq; ad
conſumationem ſæculi non fuerat nos relicturus:ſed no
biſcum futurus omnibus diebus. Poſt conſumationem
autem ſæculi reliquit quaſi manifeſtum : quia multoma/
gis nobiſcū erat futurus.Sed & in hoc loco arbitror ma/
nifeſtiſſimum eſſe omnibus qui intelligere poſſunt con/
ſequentiam rerum:quoniam qui ſemel uidit filium ho/
minis uenientem in regno ſuo:& uidit eum in gloria ſua:
& regnum ueniens in uirtute. Poſt tantorum bonorum
ſpectaculum iam nequaq̄ guſtabunt mortem.Sine uerbo
autem promiſſionis Ieſu : non ſine ratione forſitan æſti/
mabimus guſtare mortem quādiu digni habiti non fue/
rint homines uidere filium hominis uenientem in regno
ſuo/& in gloria ſua:& regnum dei in uirtute. Quoniam
hic quidem ſcriptum eſt apud tres euangeliſtas non gu/
ſtabunt mortem.In aliis autem ſcripturis uaria de morte
ſunt dicta:non eſt ſuperuacuum ut etiam illa conferentes
cum iſtis diſcutiamus largius quid ſit mortem guſtare.In
pſalmis dictum eſt.Quis eſt homo qui uiuet:& non ui/
debit mortem?Itē alibi.Veniat mors ſuper illos:& deſcen
dant in infernum uiuentes.Item apud aliquem prophe/
tarum.Abſorbuit mors præualens . Item in reuelatione.
Mors & infernus quoſdam ſequuntur.Videtur ergo mi/
hi in iſtis quia aliud eſt mortem guſtare:aliud autem mor
tem uidere:aliud uenire ſuper aliquos mortem:aliud ab/
ſorbere mortem:aliud aūt mortem ſequi. Quæro autem
in iſtis/ne forte grauius ſit guſtare mortem q̄ uidere.Item
peius eſt quem ſequitur mors:q̄ qui guſtat:& non ſolum
ut ſequatur:ſed etiam ut ueniat ſuper aliquē mors:& com
præhendat quem ſequebatur ? Abſorberi autem a mor/
te:omnibus uidetur mihi grauius eſſe.Si autem conſide/
raueris peccantium differentias : puto ꝙ non dubitabis
ſuſcipere hæc quæ de mortis differentia ſunt tractata a no
bis:& dicta in ſcripturis per ſpiritum ſanctum. Poſt dies
autem ſex ſm Matthæum & Marcum aſſumens Petrum
& Iacobum/& Ioānem fratrem eius:duxit eos ſuper mon
tem excelſum ſeorſum : & transfiguratus eſt ante eos. Vi/
dentur mihi hi qui ducuntur a Ieſu ſuper montem excel/
ſum:& digni habentur uidere transfigurationem eius ſe/
crete quia non in uanum poſt ſex dies ducuntur. Quo/
niam enim in ſex diebus perfecti numeri totus factus eſt
uiſibilis mundus:ideo arbitror eum qui tranſcendit om/
nes mundi res conſiderans iam non quæ uidentur(tem
poralia enim ſunt)ſed quæ non uidentur:quoniam ſunt
æterna:ille poteſt aſcendere ſuper montem excelſum Chri
ſto ſe præcedente:ille poteſt & gloriam aſpicere uerbi dei.
Si ergo quis noſtrum cupit Chriſto ſe aſſumente aſcen/
dere ſuper montem excelſum:& uidere ſecrete transfigu/
rationem ipſius:tranſcendat opera ſex dierum:non aſpi/
ciens quæ uidentur:neq; diligens mundum:nec ea quæ
ſunt in mundo:nec concupiſcat aliquam concupiſcen/
tiam mundialem quæ eſt concupiſcentia corporum / &
corporalium diuitiarum/& gloriæ corporalis : nec om/
nia quecunq; ſolent auellere & trahere a melioribus / &
diuinis/& ad inferiora deponere. Cum autem tranſcen/
derit ſex(ſm quod diximus)dies:nouum ſabbatum ſab/
batizat exultans in monte excelſo:in eo ꝙ uidet transfigu
ratum Ieſum ante oculos cordis ſui. Diuerſas autem ha/
bet uerbum dei formas:apparens unicuiq; ſm quod ui/
denti expedire cognouerit:& nemini ſupra quod capit ſe
metipſum oſtendit.Quæres autem quādo trāsfiguratus
eſt coram eis quos duxerat ſuꝑ montem excelſum: ſi ap/
paruerit eis in forma dei in qua fuerat prius:ut his qdē q
erant deorſum haberet formam ſerui:ſequentibus autem

ſe poſt ſex dies ſuper montem excelſum: iam non habe/
ret formam ſerui:ſed dei! Sed audi ſi potes quaſi ſpirita/
lis:qa nõ dixit ſimpliciter trãſfiguratus eſt:ſed cũ quodã
neceſſario additamento qđ ſcripſerũt Matthæus & Mar
cus.Secũdũ ambos.n.ſic eſt dictũ:trãſfiguratus eſt coram
eis.Secũdum hoc ergo dices poſſibile eſſe Chriſtum corã
quibuſdam qdem trãſfigurari iſta trãſfiguratione:coram
aliis autem in ipſo tpe nõ trãſfigurari:ſed eſſe in forma ſer
ui.Si autem uis trãſfiguratiõem Chriſti uidere factam co
ram eis q aſcenderunt ſup montem excelſum ſecrete cum
eo:cõſidera mihi in euãgeliis Ieſum qũo ſimpliciter intel/
ligitur ab eis q non aſcendũt p aſcendentia opa:& per ex/
ercitatiõem uerbo℞ ſpiritaliũ ſup excelſum ſapiẽtiæ mon
tem:eis autem q aſcendunt iam nõ ſm carnem cognoſci
tur:ſed deus uerbum itelligitur:& creditur: & colitur ſm
dei formam.Coram his ergo trãſfiguratur Ieſus : & non
coram illis qui ſunt deorſum:in cõuerſatione terrena ui/
uentes.Si qñ autem fuerit trãſfiguratus:& facies eius ful/
gebit ſicut ſol ut clarius inueniatur filiis lucis qui ſpolia/
uerunt ſe opa tenebra℞ : & induerũt ſe arma lucis:& iam
non ſunt filii tenebra℞ & noctis:ſed facti ſunt filii dei : &
ſicut in die honeſte ambulant:& manifeſtus fulget eis:nõ
ſimpliciter ſicut ſol:ſed oñditur eis ſol eſſe iuſtitiæ.Et non
ſolum trãſfiguratur coram talibus diſcipulis ſuis : ſed etiã
ueſtimenta ipſius fiunt candida ſicut lumẽ:quæ ſunt ſer/
mones:& litteræ euãgelio℞ qbus Ieſus eſt indutus.Puto
autem ẽt illa quæ ab apoſtolis dicuntur de eo ueſtimenta
eſſe Ieſu:quæ fiunt aſcendẽtibus ſup montem excelſum
cum Ieſu cãdida.Sed qm̃ candido℞ differẽtiæ ſunt:non
fiunt qualitercũq; cãdida:ſed cãdida ſicut lumẽ. Si qñ er
go uideris aliquẽ nõ ſolum erga diuinitatem Chriſti cau
tum:atq; pfectum:ſed & dicta euãgelio℞ oia manifeſtan/
tem:non dubites dicere:ꝙ ei tali ueſtimenta Chriſti facta
ſunt candida ſicut lumen.Quod ſi ita intelligatur:& cõ/
ſpiciatur trãſfiguratus filius dei ut facies eius ſit ſicut ſol:
& ueſtimẽta eis candida ſicut lumen:ſtatim apparebit co
ram hmõi hoĩbus uidentibus Ieſum talẽ : etiam Moyſes:
id eſt lex : & Helias:id eſt ꝓphetæ colloquẽtes cum Ieſu.
Tale eſt enim aliqđ quod ſignificat ſermo dicens : collo/
quẽtes cum eo.Secũdum Lucam autem Moyſes & He/
lias uiſi in gloria dicebant exitum eius quem impleturus
erat in Hieruſalem.Si quis autem intelligit ſpiritalem legẽ
conuenientem ſermonibus Ieſu:& in ꝓphetis abſconditã
in myſterio ſapiẽtiam:ille uidet Moyſen & Heliam in glo
ria:qñ uiderit eos unũ cum Ieſu. Itaq; & illud quod ſm
Marcũ dicit oportet exponere:quod eſt tale:& dum orat
trãſfiguratus eſt : ne forte tunc maxime uideamus uerbũ
corã nobis tranſfigurari ſi ea quæ ꝑdicta ſunt fecerimus.
ſi aſcenderimus ſup montem:& uiderimus Ieſum collo/
quẽtem cum patre:id eſt cõuenientia patri:loquentem &
orantem:id eſt ſubdentem ſe patri ſoli uero deo.Cum aũt
ſic uiſus fuerit loquẽs cum patre:& orans eum : tunc ſm
Marcũ ueſtimenta eius ſplendida / & candida fiunt ſicut
nix:qualia fullo ſup terram non põt facere cãdida coram
eis qui uident eum loquẽtem cũ patre:& orãtem patrem.
Et forſitan fullones ſup terrã poſſumus moraliter æſtima
re ſapientes ſæculi huius qui præſunt:& diligentiam ad/
hibent quibuſdam hoĩbus per ſermonem doctrinæ ſuæ:
quem ipſi æſtimant clarum & mundum:ita ut putentur
ornare etiam turpes intellectus:& dogmata falſa fulloni/
care ingeniis ſuis. Qui autem ſplendentia ueſtimenta ſua
aſcendentibus ſup montem oſtendit:& ſplendidiora q̃ il/
lorum ars fullonia facere poteſt ſermo eſt qui oſtendit ſpi
ritalium intellectuum ſplendorem in dictis ſcriptura℞ im
peritis quæ a plurimis contẽnuntur.Poſt hæc uideamus
quid intelligens Petrus domino dixit. Domine bonum
eſt nos hic eſſe.Si uis faciamus hic tria tabernacula.Vnum
tibi:unum Moyſi:unum Heliæ. Propterea autem maxi/
me hoc exiſtimo requirẽdum qm̃ Marcus quidem quaſi
ex ſua perſona adiecit : dicens. Nec enim ſciebat quid re/
ſponderet.Lucas autem dicit:hoc inquit Petrus neſciens
quid loquebatur.Si enim neſciens quid loquebatur hæc
locutus eſt:conſiderandum eſt ne forte p exceſſum men/
tis hæc loquebatur motus quodam ſpiritu alieno. Spiri/
tum autem ſanctum æſtimare non poſſumus.Nec enim
uenerat ſuper aliquem credentium in Ieſum ſpiritus ſan/
ctus ſicut teſtatur Ioannes:quia Ieſus nondum fuerat ho
norificatus:ſed alieno ſpiritu motus loquebatur qui ne/
ſciebat quod loquebatur. Necdum enim principatus &
poteſtates traducti:& triumphati erant in ligno.Et iſte for
ſitan ſpiritus erat quem ſupra ſcandalum ſibi pronuncia
uerat Chriſtus & Sathanan dicens uade poſt me ſathana:
ſcãdalum mihi es. Scio autem ꝙ hæc quæ dico multis le
gentibus & non ſapienter iudicantibus contraria & aſpe/
ra uidebuntur quaſi in blaſphemiam Petri dicta:qui pau
lo ante beatus a Chriſto eſt dictus:cui nõ caro & ſanguis:
ſed deus pater reuelauit notitiam filii ſui.Sed qui putant
Petrum:uel cæteros apoſtolos ante paſſionẽ Chriſti fuiſ/
ſe perfectos:& liberos ab omni ſpiritu alieno:dicãt quo/
modo eos eripuit a maligno : uel unde eos redemit pre/
cioſo ſanguine ſuo. Aut dicant in tempore tranſfigura/
tionis Chriſti unde erant grauati ſomno ſicut exponit
Lucas : aut certe ut ad præſentem expoſitionem præteri/
ta reuocemus: putas eſt:ut aliquis ſcandalizetur in Chri/
ſto:ſine operatione diaboli ſcandalizantis ! Et poteſt ali/
quis denegare Chriſtum:& hoc in conſpectu ancillulæ &
oſtiariæ:& in conſpectu omnium abiectorum niſi fuerit
inimicus : & denegator ſpiritus cum ſpiritu & ſapientia
quæ datur eis qui adiuuantur a deo ſm aliquam animæ
dignitatem ad confitendum ! Si ergo ita eſt ne forte ille
ſpiritus qui uoluit quantum ad ſe Chriſtum ſcandaliza/
re ut recederet a paſſione omnibus hominibus ſalutari:
ipſe etiam operans hic ſeductorie uult auellere Chriſtum
ſub colore boni : ut non condeſcendat hominibus : nec
ueniat ad eos:nec ſuſcipiat mortem pro eis : ſed remaneat
in monte excelſo cum Moyſe : & helia. Promittit autem
& facere tria tabernacula:unum priuatim Ieſu:alte℞ Moy
ſi:aliud Heliæ quaſi non eos capiente tabernaculo uno:
in quo omnes ſimul conſiſtere deberent. Forſitan & in
hoc malitioſe operabatur per eum qui neſciebat quid lo/
quebať:nolens eſſe ſimul Ieſum:& Moyſen:& Heliã: ſed
ſeparare eos ab inuicẽ triũ tabernaculo℞ obtentu. Quod
fieri nõ poterat.Nã ſi in unũ ſint Chriſtus & lex/& ꝓphe
tæ:tunc & Chriſtus dei filius cõprobať:& lex & prophe/
tæ uera prophetaſſe inueniuntur:qm̃ lex/& prophetæ te/
ſtimonium dederunt de Chriſto prædicentes ea quæ fu/
tura erant de chriſto : & Chriſtus teſtimonium dedit le/
gi : & prophetis : quoniam uera prophetauerunt : pro/
phetiam

phetiam eoꝝ ipſis rebus adimplens. Si autem ſeparentur ab inuicem nec Chriſtus oſtenditur: nec ꝓphetæ uera dixiſſe inueniuntur. Quod fieri cupiebat mala ſuggeſtio Petri dicentis: Faciamus tria tabernacula: unum tibi: unum Moyſi: unum Heliæ. Propter quod euangeliſtæ dixerunt de Petro, neſciens quid loquebatur. Falſum aūt erat & illud qđ dicebat: Bonum eſt hic nos eſſe. Si enim bonum fuiſſet illic eos eſſe: manſiſſent utiq; ibi: nō recuſaſſent qđ erat bonum. Si aūt falſum fuit quod dixit Bonum eſt nos hic eſſe: intellige qs ſuggeſſit loqui falſum: niſi ille qui mēdax eſt & pater eius? Et ſicut nō eſt ueritas ſine opere eius qui dixit, Ego ſum ueritas: ſic non eſt loqui mendacium ſine diabolo auctore mendacii. Cōtraria ergo ſibi adhuc erant in Petro: ueritas & mendacium. Et de ueritate quidem dicebat Tu es Chriſtus filius dei uiui, in quo & beatificatus eſt: & per ꝓmiſſionem meruit fieri eccleſiæ fundamētum. Ex mēdacio autem: quod dixit: Propitius tibi eſto: & hoc tibi nō erit. Falſum enim inuentum eſt quod dixit: & hoc tibi nō erit. Poſtq̄ enim abiit in hieroſolymā: multa paſſus eſt a qbus paſſus eſt. Et quod dixit Bonum eſt nos hic eſſe: dixit ſuggerēte ſibi mendacio. Qui autem non uult ex aliqua operatione mali ſpiritus Petrum ita dixiſſe: ſed ex arbitrio ſuo puro: quomodo defendat illud quod euangeliſtæ dixerūt de eo: hæc aūt dixit Petrus neſciens qd loquebatur? Vere aūt qm̄ & illic quaſi execrabile æſtimabat: atq; indignum occidi filium dei uiui quē iam reuelauerat ei pater: dixit. Propitius tibi eſto: & hoc tibi nō erit. Et hic ut uidit duas formas Ieſu chriſti: multū autem diſtantem eam quæ ex transfiguratione in eo fuerat demonſtrata: delectatus in ea dixit, Bonum eſt nos hic eſſe: ut ipſe & qui erant cum eo delectarent, uidentes transfigurationem ipſius: & ſplēdentem faciem eius: quē admodum ſolem. & ueſtimēta eius candida ſicut lumen. Necnon ēt Moyſen & Heliam quos ſemel in gloria uiderunt ſemp uiderent: & delectarentur audientes eos adinuicem colloquentes: Moyſen & Heliam ad Chriſtum: Chriſtum aūt ad eos. Quia necdum moralem aliquē huius loci contigimus ſenſum, ſed ſimplicem uerboꝝ intelligētiam exequentes: hæc ſumus locuti: Videamus nūc ne forte aſcendentes ad altitudinem dogmatum ueritatis: & trāſfigurationem chriſti uidentes: & gloriam Moyſi & Heliæ: forſitan cupiebant in ſeipſis tabernacula uerbo deo habitāti in eis: & legi ipſius quæ uiſa fuerat in eis in gloria & prophetiæ quæ Chriſti exitum loquebatur: & concupiſcēs illam ſpectabilem uitam Petrus, & delectationem ipſius: præponens ſuam utilitatem utilitatibus plurimoꝝ quæ poterāt euenire hoibus ex deſcēſu Chriſti ad eos: dicebat. Bonum eſt nos hic eſſe: et faciamus, ſi uis, tria tabernacula. Sed qm̄ charitas nō quærit quæ ſua ſunt: hoc quod uidebatur bonum Petro nō fecit Ieſus: ſed deſcēdit de monte ad eos q non poterant aſcendere ſup eum: et uidere transfigurationem filii dei: ut uel qualem capere eum poterāt, talem uiderent. Iuſti eſt ergo & charitatem habētis: & nō quærentis quæ ſua ſunt: ut cum ab oībus qdem ſit liber: oium tñ ſe faciat ſeruum: & eoꝝ maxime quoꝝ uita deorſum eſt: ut plures lucri faciat. Adhuc eo loquente: & ecce nubes lucida obumbrauit eos: & uox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui: ipſum audite. Tale aliquid ſentio in hoc loco. Deus ꝓhibens Petrum facere tabernacula tria in quibus habitarent ſcḋm uoluntatem illius oſtendit unum: & melius & multum præclarius tabernaculum: q̄ ille facere cupiebat. Tabernaculi enim, hoc eſt ꝓprium opus obumbrare aliquos ſub ſe. Lucida aūt nubes obumbrans eos: diuiniorem & ſplendidiorem reſponſationem exēplo ſuo demonſtrabat eis futuram: quæ ꝓtegeret eos ſimul & illuminaret. Quæ ſit aūt nubes lucida obumbrans ſanctos: niſi forte uirtus paterna ex qua uenit uox patris, dans teſtimonium filio quaſi dilecto: & exhortans eos qui obumbrabantur ab eo: ipſi non alii obedire? Forte & ſpiritus ſanctus eſt lucida illa nubes: obumbrans ſanctos & ꝓphetans deo in ſe operante, atq; dicēte. Hic eſt filius meus dilectus: in quo complacui. Audēs autem dicam etiam Saluatorē noſtrum eſſe lucidam nubem. Nubes enim lucida obumbrat ſemp dilectos Chriſti diſcipulos: & euāgelium, & legem: & ꝓphetas ſicut intelligūt qui pñt aſpicere lumen ipſius in euāgelio: uel in lege: uel in ꝓphetis. Vox aūt de nube aut ad Moyſen & Heliam dicit: Hic eſt filius meus dilectus in quo cōplacui: ipſum audite. q deſiderabant uidere filium dei & audire eum: aut diſcipulos docebat, qm̄ qui ꝓprie filius erat dei & dilectiſſimus apud eum in quo cōplacuit quem præcipue oportet audire: ipſe erat q tunc eſt uiſus & transfiguratus ſplenduit ſicut ſol: & ueſtimēta eius facta ſunt ſicut lumen. Poſt hoc ſcriptum eſt, qm̄ audientes lucidam nubem teſtimonium dantem filio dei apoſtoli tres nō ſuſtinētes gloriam uocis: neq; uirtutem ꝓcedentē ex ea: ſupplicati ſunt deum: cadentes in faciem ſuam. Valde enim timuerūt ſpectaculi nouitatem: & teſtimonium uocis. Intelligētes enim diſcipuli ipm eſſe filium dei uiui: qui uiſus eſt Moyſi: & dixit. Nō uidebit homo faciem meā & uiuet. Poſtq̄ uiderūt faciem filii dei factam ſicut lumen: & audierūt teſtimonium dei de ipſo: nō ſuſtinentes humiliati ſunt ſub ualida manu dei. Hoc enim oſtenderunt præ timore cadentes in faciem ſuam. Eleuātes aūt oculos Ieſum ſolum uiderūt. Simplex qdem uoluntas uerbi eſt iſta: ꝙ Moyſes & Helias uiſi in gloria & locuti cum Ieſu: abierunt unde & uenerāt: forſitan tradituri ſermonem quē loquutus eis fuerat Ieſus: eis qui nōdum fuerāt prodificati ab eo: qui in tempore paſſionis quādo multa corpora ſanctoꝝ dormiētium apertis monumētis itura fuerāt in ſanctam ciuitatem Hieruſalem illam ſuper quam non plorauerat Ieſus ut illic apparerent multis. Spiritalis autem ſcḋm myſterium intellectus eſt iſte: ꝙ ſurgentes neminem alium uiderunt niſi Ieſum ſolum. Facti enim fuerant unum Moyſes (id eſt lex) & Helias (id eſt prophetæ) conuerſi ambo in euāgelium chriſti Et non ſicut prius fuerant tres: ſic & manſerunt: ſed tres unum ſunt facti. Poſt myſterium ergo oſtēſum in monte: deſcendentibus de monte diſcipulis præcepit Ieſus dicēs: ut nemini dicerent uiſum donec filius hominis reſurgat a mortuis. Hoc ſimile illi quod ſuperius eſt iam tractatum, quando præcepit diſcipulis ut nemini dicerent, ꝙ ipſe erat Chriſtus. Propter hoc ea quæ illic dicta ſunt poſſunt nobis & in hoc loco eſſe utilia: quoniam & hic uult Ieſus, ut nemini manifeſtetur gloria eius ante gloriam paſſionis & reſurrectionis ipſius.

¶ Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, dicentes. Quid ergo ſcribæ dicunt, ꝙ Heliam oportet uenire primum? Sermo interrogationis diſcipuloꝝ dicentium: Quid er

go dicũt ſcribæ ad aliquid coꝝ quæ ſuperius ſcripta ſunt reſpicit. Propter quod inquantum ualemus temptemus hoc facere manifeſtum. Diſcipuli qui cum Chriſto aſcenderant ſuper montem recordabãtur traditionum ſcribaꝝ de Helia ꝓpheta: qm̃ ante aduẽtum Chriſti erat uenturus: ut præpararet animas quæ ſuſcipiant eum. Viſio aũt quæ facta erat in monte/in qua & Helias eſt uiſus: uidebat̃ eis nõ cõuenire cum traditione ſcribaꝝ de Helia: quia non ante Chriſtum eis uidebatur Helias ueniſſe ſed cum Chriſto. Ideo falſam æſtimãtes traditionem ſcribaꝝ ꝓpter huiuſmodi uiſionem de Helia dixerunt. Quid ergo dicunt ſcribæ/qm̃ oportet Heliam uenire primum? Tu enim nobis manifeſtatus es ante Heliam: & priuſq̃ ille ad hanc uitam humanam ueniſti. Ad hoc reſpondit Ieſus nõ reprobans quidem quæ a ſcribis tradita fuerãt de Helia: ſed alium Heliæ aduentum/ante ſe indicans factum: quem ignorauerant ſcribæ. Ignorantes aũt eum quodámodo participes facti interfectionis eius: fecerũt ei quanta uoluerũt: ſimiliter facturi Chriſto. Ideo reſpondens Ieſus dixit. Helias quidem uenturus eſt primum: & reſtituet oĩa. Dico aũt uobis qm̃ Helias iam uenit: & non cognouerũt eum. Quod dicit ꝓpter Ioãnem: Helias iam uenit: non aĩa Heliæ eſt intelligenda: ut ne incidamus in dogma trãſcorporationis qđ alienum eſt ab eccleſiaſtica ueritate. Nam & cõtrarium eſt his quæ dicit Apoſtolus quæ uidẽtur temporalia eſſe: & mũdum iſtum finem habere: & ei quod ipſe dñs ait: Coelum & terra tranſibũt: Et prophetico ei quod ait: In initio terram tu fundaſti dñe: & opera manuum tuaꝝ ſunt coeli: ipſi peribunt. Si enim ſm̃ opinionem coꝝ eadem anima bis poteſt fieri in corpore: ſm̃ ſtatum eũdem: ab initio ſæculi uſq; in finem: interrogo quare ſit bis? Si ꝓpter peccatum: quare nõ & ter: et frequẽtius fit in corpore anima: ut ꝓpter uitam hanc & peccata quæ cõmittunt̃ in ea patiatur poenam tranſcorporationis: quæ ſola ſm̃ opinionem aĩabus peccatricibus infertur cauſa uindictæ? Quæ ſi conſequẽter inferatur nõ erit cito ut aĩa deſinat iterum/atq; iterum ſuſcipere corpus. Semp enim propter delicta præcedentia reuertetur: & ſic locum nõ habebit cõſummatio mundi. Si enim ſm̃ hoc argumẽtum ei animæ datur non redire ad corpus quæ nõ habet oĩno peccatum: per quot annos æſtimas unam aĩam inueniri/quæ oĩno mũda ſit a peccato: & non habeat opus trãſfigurationem ſuſcipere? Tantum & ſic una quadam aĩa ſemper ex definito numero animaꝝ tranſlata: et iam nõ reuertente ad corpus: deficiet aliquando per aliqua inumerabilia ſæcula natiuitas mundo redacto ad unum aliquem/uel duos/uel tres. Poſt quos cũ & ipſi fuerint ꝓpter ꝑfectam iuſtitiam ſuam irreuerſibiles facti: cõſummabitur mundus: deficientibus uidelicet qui reuertantur ad corpus. Quod ſcripturarum nõ placet ueritati. Sciunt enim multitudinem peccatorum eſſe inueniendam in tẽpore conſummationis: ſm̃ ꝙ ipſe dñs manifeſtat/dicens. Tamen cum uenerit filius hominis: putas inueniet fidem ſup terram? Item alibi. Sicut fuit in diebus Noe: ita erit aduẽtus filii hois. Sicut enim fuerunt ante diluuium manducãtes/bibentes/& nuptum tradẽtes: donec intrauit Noe in arcam: & uenit diluuium & tulit omnes: ſic erit & aduentus filii hois: & erit eis qui tunc fuerint peccatores punitio: non in tranſcorporatione/ſed in igne. Unde neceſſarium qui tranſcorporationis dogma defendunt gentiles: quaſi conſequentias tibi dicere cupientes denegant mũdum eſſe aliqñ conſummãdum. Contra quos reſpondemus: Si non conſummatur mũdus ſed erit ſine fine: non eſt deus oĩa ſciens priuſq̃ fiant. Sed ſi forte ex parte unũ/uel alterum ſit futuꝝ priuſq̃ fiat: omnia aũt neſcit. quæ enim ꝓnata ſunt ſine fine definitione aliqua compræhendi nõ poſſunt: & conſequens eſt/ut nec prophetiæ poſſint fieri de omnibus quaſi ſine fine oĩbus conſtitutis. Adhuc dicimus eis qui putant aĩam Ioannis: animam fuiſſe Heliæ: et primum quidem uocatam Heliam/poſtea Ioãnem: quare angelus q uiſus eſt Zachariæ ita dixit: Ecce Heliſabeth uxor tua cõcipiet: & pariet tibi filium: & uocabis nomen eius Ioãnem? Si enim anima ipſa fuit heliæ/oportuit & ſecunda uice natum uocari Heliam: aut oſtendi aliquam mutationis cauſam: ſicut in Abram & in Abraham: & in Saram/& in Sarai: & in Iacob/& in Iſrael: & in Simonem/& in Petrum. Tamen nec ſic ratio ualida uincitur: qm̃ illoꝝ in una eadẽq; uita mutata ſunt nomina. Sed dicit aliquis coꝝ. Si non Heliæ fuit anima Ioãnis: quare Saluator Heliam appellauit Ioannem? Et puto ꝙ Gabriel in uerbis quæ locutus eſt Zachariæ demonſtrauit: quid Heliæ tranſlatum eſt in Ioannem. Dicit enim ita. Et ipſe præcedet ante eum in ſpiritu/& uirtute Heliæ cõuertere corda patrum ad filios: & incredulos ad ſapientiam ſanctoꝝ: & non dixit: Ipſe præcedet ante eum in anima Heliæ. Manifeſte enim ſcriptura cognoſcit aliud eſſe animam: aliud autẽ eſſe ſpiritum: ſicut teſtatur Paulus dicens. Deus aũt ſanctificet uos ad perfectum: & integer ſpiritus ueſter & animæ & corpus conſeruetur in aduẽtu domini noſtri Ieſu chriſti. Et apud Danielem. Benedicite ſpiritus & aiæ ſanctoꝝ dñm. Helias ergo Ioãnes non ꝓpter aĩam eſt appellatus: ſed ꝓpter ſpiritum & uirtutem quæ nõ cõtriſt. ni uirtutem ſcripturæ. ſi primum fuit in Helia ſpiritus/& poſtea in Ioãne factus eſt: ſicut cõuenienter Apoſtolus ait. Spiritus prophetaꝝ prophetis ſubiectus eſt: nõ animæ prophetarum prophetis ſubiectæ ſunt. Adhuc ad confirmationem coꝝ quæ angelus dixit. Et ipſe præcedet in ſpiritu & uirtute Heliæ. accipiamus de quarto libro regnoꝝ quod eſt tale. Et factum eſt cum tranſiſſet: dixit Helias ad Heliſæum. Pete qđ faciam tibi priuſq̃ tollar a te. Et dixit Heliſæus. Fiat ſpiritus tuus duplex in me. Et dixit Helias. Dure petiſti. Tamen ſi uideris me aſcẽdentem a te: fiat tibi ſic. Si autem non: non fiat. Et quoniam dixerat: Si uideris me/fiat: ſi non/non fiat. Volens ſcriptura oſtendere qa factũ eſt ſic Heliſæo ſicut ipſe petierat: ſic addit. Et aſcẽdit Helias in cõmotione quaſi uſq; in coelum: et Heliſæus uidebat̃. Et ipſe exclamauit/& dixit. Pater pater agitator Iſrael: & non uidit eum amplius. Quoniam ergo uidit propterea requieuit ſpiritus nõ anima Heliæ/in Heliſæo. Item poſtq̃ percuſſit aquas iordanis Heliſæus: & ſciſſæ ſunt inde & inde tranſiit Heliſæus: & uiderunt eum filii prophetarum qui erant in hierico: & dixerunt. Requieuit ſpiritus heliæ in Heliſæo. Et uenerunt obuiam ei: & adorauerunt eum in terra. Hoc diximus ut intelligamus Ioannem dictum Heliam non propter eandem animam: ſed propter eundem ſpiritum: ſicut & diſcipuli intellexerunt chriſti. Quoniam autem ſpiritus Heliæ in Heliſæo quidem tantum requieuit: Ioãnes autem præceſſit ante Chriſtum: nõ ſolum in ſpiritu/ſed etiam in uirtute Heliæ: ideo Heliſæus quidem

liſæus quidem non eſt dictus Helias: Ioannes autem dictus eſt ipſe eſſe Helias. Et ſi ſermo aliqs intelligatur: Helias iſerior eo uerbo quod erat in principio apud deum: & ſic poteſt procedere ut uideatur Helias eſſe uerbum qđ præmittitur quaſi ad exercitationem hominum præparatoꝝ: ut fiant perfecti ad ſuſceptionem uerbi perfecti. Et hunc ipſum ſenſum ſicut potuimus ex parte tetigimus ſupra ubi tractauimus. Et ſi uultis ſuſcipere ipſe eſt Helias/q uenturus eſt. Qui habet aures audiendi audiat. Et fecerūt ei quanta uoluerunt. Adhuc aūt uideamus quod ait: & fecerunt ei quanta uoluerunt: ad quem refertur. utrum ad ſcribas: de quibus interrogātes diſcipuli dicebant: quid ergo dicunt ſcribæ? ſed nō inuenimus aliquid paſſum Ioannem a ſcribis: niſi forte quia non crediderunt ei. Aut niſi forte quod ſuperius diximus/ſocii fuerāt facti in eis quæ intulit Herodes Ioāni. Alius autem dicit quod ait: & fecerunt ei quanta uoluerunt: non ad ſcribas referri/ſed ad Herodem/& ad Herodiadem/et filiam eius. Propter hoc aūt quod ſequitur: ſic & filius hominis patietur ab eis: conſequenter dicitur: ſi primum ad ſcribas ꝑtinet: & hoc ad ſcribas. Si aūt primum ad Herodē/& Herodiadem/& filiam eius: & ſecūdum ad ipſos. Nam inuenitur & Herodes in morte Chriſti fuiſſe conſcius: & omnis domus eius.

℄ Euangelium ſm Matthæum. Cap. xvii.

IN illo tempore: Deſcēdente Ieſu de monte/acceſſit ad eum homo: eius genibus ꝓuolutus dicens. Domine: miſerere filio meo/quia lunaticus eſt: & male patitur. Aliquotiens enim cadit in ignem/& aliquotiens in aquam: & obtuli eum diſcipulis tuis: & non potuerunt eicere eum.

℄ Homelia lectionis eiuſdem Origenis præſbyteri. Quæ eſt. IIII.

QVi patiuntur/aut qui patientium domeſtici ſunt: cum plebe habentur non in monte. Propterea populi cauſa ad diſpenſationem deſcendit humanam: quaſi de monte excelſo diuinitatis/quēadmodum diſcipuloꝝ electoꝝ conſequentium ſe gratia aſcendit in montem excelſum: & ibi ſe trāſformauit in gloriam ſuam. Nam prius qdem deſcendit/ꝓpter ignorantes ſe/ad humilitatem humanam. Cum aūt factus fuerit eis notus/ducit eos ad notitiam diuinitatis ſuæ/ut dicant cum Apoſtolo. Si aūt nouimus ſm carnem Chriſtum: ſed iam non nouimus. Deſcendit ergo ad turbam: ut qui non poterant aſcēdere ſurſum ꝓpter infirmitates animaꝝ ſuarum prodificentur ab eo. Et nunc ergo nō acceſſiſſet ad eum homo genibus ꝓuolutus/dicens. Dñe miſerere filio meo: niſi cum diſcipulis ſuis electis ueniſſet ad turbam. Conſiderandum eſt aūt in quibus qdem infirmitatibus qui patiuntur credunt: & deprecantur pro ſua ſalute: aut tangūt fimbriam ueſtimēti eius: & ſanantur in quibus aūt ipſi quidem qui patiuntur nō faciunt hoc: pro eis aūt qui faciunt: utputa Centurio pro puero ſuo: regulus pro filio: archiſynagogus pro filia: cananea pro filia ſua uexata: & nunc qui genibus ꝓuoluitur pro filio ſuo lunatico. Cum his conſiderabis & illud quando a ſemetipſo ſaluator etiam a nullo rogatus ſanat: ſicut paralyticum eum qui triginta & octo annos in infirmitate hēbat. Ipſæ enim ſaluationes ad alterutrum in idipſum comparatæ: & diſcuſſæ multa eis qui poſſunt audire abſconditam in myſterio ſapientiam dei dogmata demonſtrabunt: de differētiis infirmitatum animæ/& de modo ſaluationis eius. Sed qm̄ nunc nō de omnibus: ſed de ꝓpoſita dictione ſermo eſt mihi: Videamus moraliter primum quem eſſe lunaticum hunc dicere poſſumus: deinde quem æſtimemus patrem eius rogātem pro eo: tertio quid eſt cadere patientem: non ſemper: ſed frequenter aliquotiens qdem in ignem: aliquotiens aūt in aquam: & qđ eſt quod minime potuit a diſcipulis Chriſti ſanari: ſed ab ipſo dño Ieſu. Nam & iſta eſt ratio. Siqdem omnis languor/& omnis infirmitas quam ſanauit Saluator tunc in populo: referuntur ad infirmitates ſpūales animarum: ſm differentias paſſionum: ut ſolutos qdem animo: & iacentem habētes aīam ſup corpus: paralyticos animo æſtimemus: cæcos aūt animo eſſe/qui mente ſua nō conſiderant quod iuſtum eſt/uel iniuſtum. Surdos aūt animo: q non ſunt ad ſuſceptionem ſalutarium uerboꝝ parati. Secundum ea cōueniens eſt/ut de lunatico requiramus. Eſt ergo paſſio hæc mutatio a melioribus ad deteriora: qa nihil differt a ſanis qui patitur hoc in tempore quādo non operatur in illo ipſa mutatio. Tabet aūt iuuenis infirmitas animæ in qbuſdam hoībus qui frequenter æſtimantur ſani eſſe in caſtitate uel miſericordia: & uiuere ſm iuſtitiæ uoluntatem. Aliqñ aūt quaſi quadam correptione ſpiritus a paſſionibus compræhenduntur: & cadunt ab eo ſtatu boni in quo ſtare putabanť: & tranſuertūtur ad ſeductionem ſæculi huius: & ad cæteras concupiſcētias carnales. Forſitan nō peccabis ſi huiuſmodi hoīes dixeris (ut ita dicam) ſpiritaliter lunaticos eſſe: qui deiciuntur a ſpiritalibus nequitiis in cœleſtibus: & male habent frequenter in tēpore quo compræhēſi fuerint a paſſionibus animæ eoꝝ: & cadunt in ignem incendii: qm̄ adulterantes (ſicut ait Oſeæ) fiunt ſicut clibanus ignis ardens. Huiuſmodi autē homines interdum cadunt in aquam: qm̄ rex oium qui ſunt in aquis draco: deiicit eos a libertate animæ in ꝓfundum fluctuum maris: id eſt in mala peſſima uitæ iſtius humanæ: quæ mari aſſimilatur. Cōmendat aūt hanc noſtram de lunatico interpretationem: quod dicit ſapientia: de conſtantia quidem iuſti: ſapiens ſicut ſol permanet: de inconſtantia aūt peccatoris ita: inſipiens aūt ſicut luna imutatur. Et eſt uidere in talibus impetus quoſdam quaſi operum bonoꝝ ſubripere: ita ut ſubripere poſſint ab hoībus laudes ab eis tamen hoībus qui neſciunt occultam inconſtātiam cordis eoꝝ. Vides aūt eos minui iterum: & quod uidebať in eis lumen inuenitur non eſſe lumen diurnum/ſed nocturnum/et lunare: & tādiu minui/ut nec uideatur lumen eſſe omnino quod æſtimabatur lumen. Forſitan ergo angelus qui ſortitus eſt lunaticum illū talem: ſi tñ dicendum eſt oēm animam hoīs ſub aliquo angelo cōſtitutam: quaſi ſub aliquo patre: pater huiuſmodi lunatici appellať: deprecans quaſi pro filio medicum animaꝝ: ut liberet eum qui non poteſt ſanari a paſſione per uerbum humile diſcipuloꝝ chriſti. Si aūt etiam mutū & ſurdum dæmonium intelligi moraliter oportet: dicimus qm̄ ipſe impetus irrōnabilis q boni ſpeciem uideť habere mutū & ſurdum dæmoniū eſt dicēdum qđ a uerbo expelliť chriſti ſolius: qm̄ ille q talis eſt nec uidet iuſtū/uel iniuſtum quēadmodum cæcus: nec recipit admonitionem diſcipulorum Chriſti: quēadmodum ſurdus. Ideo opus eſt ei Chriſti ſermone:

ut qui faciebat irrationabili prolatione quæ putarent a ui
dentibus bona:iam de cætero ſine ratione nõ agat. Secũ/
dum uerbum autẽ doctrinæ Chriſti difficiles ſunt ad ſa/
nandum huiuſmodi paſſiones:ꝑpter quod fortiter deii/
ciuntur poſtq̃ egerint ea/quæ putabãtur bona:& eſt ope/
ratio quæ operatur in illis mala:& ſic magna & fortis in/
ter oĩa mala ut monti aſſimiletur:nec expellatur a patiẽte:
nec exeat niſi per oẽm fidem eius qui paſſiones huiuſmo
di ſanare nouerit. Ex omni enim fide montes huiuſmo/
di transferuntur. Omnis aũt fides grano ſinapis cõparat:
ſicut poteſt fieri manifeſtum ex eo qdem quod ſcribitur.
Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis: dicetis monti
huic:transi hinc illuc:& tranſibit. Apud Apoſtolum aũt:
Si habuero oẽm fidem/ita ut montes transferam. Ideo ar
bitror/qm̃ omnis fides grano ſinapis cõparatur:qm̃ con
temnitur qdem fides ab hominibus:& modicum aliqd:
& uile apparet:cum uero cõſecutum fuerit bonam aiam:
ideſt recta hois terram:ſemen huiuſmodi fit arbor magna:
ita ut ſine pẽnis qdem nemo:pẽnati autem qui ſunt ſpiri
taliter uolucres cœli:habitent in ramis eius. Sed qm̃ opor
tet & ipſa uerba iterpretari:primum quæramus quare lu/
naticus appellatur/qui a ſpiritu imundo uexatur:& quare
paſſio ipſa/nomen accepit a luna:quæ poſt ſolẽ/magnum
luminare uocatur. Medici ergo loquantur ſibi quæ uo/
lunt/qui nec ĩmundum ſpiritum arbitrantur:ſed corpo/
ralem aliquam paſſionem:& dicũt humida moueri in ca/
pite:ſm aliquam comparationem ad lumẽ lunare quod
humidam habet naturam. Nos aũt qui euangelio ſumus
credentes:dicimus hanc paſſionem inmundum ſpiritum
in hoibus operari. Obſeruat enim quædam ſciſmata lu/
næ:& ſic operatur:ut ab obſeruatione quorũdam ſciſma/
tum lunæ pati hoies mentiatur:& per hoc culpabilem dei
creaturam oſtẽdit:ut oẽs/ſicut diximus/iniqtatem in ex/
celſo loquantur:Qui æſtimãt ex efficientia ſtellaꝝ conſi/
ſtere cauſam oium infirmitatum:ſiue generalium/ſiue ſpe
cialium:criminantes opera dei & quaſdam qdem ſtellas
dicentes maleficas:quaſdam aũt beneficas:cum nulla ſtel
la a deo ſit facta/ut male faciat. Scdm Hieremiam enim ſi/
cut in lamẽtationibus dicit:De ore dñi non procedẽt ma
la & bona. Forſitan aũt ſicut iſte imundus ſpiritus obſer/
uat quædam lunæ ſciſmata ut operetur in eo: qui ꝑpter
aliquas cauſas traditus eſt: ſic & alii dæmones ſm aliqua
ſtellaꝝ ſciſmata inſidiantur eis:qui nõ præbuerunt ſe di/
gnos cuſtodia angeloꝝ ſanctoꝝ:ut nõ ſol/ac luna: ſed ẽt
ſtellæ cæteræ blaſphementur ab hoibus/qui in excelſum
iniquitatem loqui non dubitant:& ponere in cœlos os
ſuum. Poſt hæc uideamus quod loquens ad patrem lu/
natici/dñs dixit. O generatio incredula & peruerſa/quo/
uſq; ero uobiſcum? Vſq; quo patiar uos? Nam qm̃ nõ ꝑo
tuerunt eum ſanare:neq; ipſi diſcipuli Ieſu/quaſi adhuc
modicæ fidei conſtituti:propterea dixit: O generatio in/
credula. Et ſi illis dixit:o generatio incredula:nobis quid
dicet? Et quod ait peruerſa:oſtẽdit qm̃ ex peruerſitate ma/
litiæ eſt introducta extra naturam facta. Puto autem pro/
pter peruerſitatem totius humani generis:quaſi grauatus
malitia eoꝝ & conuerſatione cum eis/dixit. Vſq; quo ero
uobiſcum? quouſq; patiar uos? Videamus etiam illud qđ
dicit. Hoc genus non eiicitur niſi in ieiuniis & orationi/
bus:& ſi aliquando oportuerit nos circa curationem tale

aliquid patientium permanere: non adiuremus/neq; in/
terrogemus/neq; loquamur quaſi audienti ſpiritui im/
mundo:ſed permanentes in orationibus & ieiuniis im/
petremus patienti ſalutem a deo: & abigamus ieiuniis/
& orationibus noſtris ſpiritus malignos.

¶ Conuerſantibus aũt illis in galilea/dixit eis Ieſus. Fu/
turum eſt ut filius hois tradatur in manus hoium:& occi
dent eum:& poſt tertium diem reſurget. Et cõtriſtati ſunt
uehemẽter. Et paulo ſuperius dictum eſt. exinde cœpit Ie/
ſus oſtendere diſcipulis ſuis/qm̃ oportet eum ire in Hie/
roſolyma:& multa pati a ſenioribus & principibus ſacer/
dotum/& ſcribis populi:& occidi:& tertia die reſurgere.
Et uidentur qdem hæc illis ſimilia eſſe:ut facile quis dicat
dñm eadem ipſa repetere:Quod non eſt ita. Nec enim id
ipſum eſt oſtendere diſcipulis:qm̃ oportet eum ire in Hie
roſolyma/& multa pati &c̃. & dicere diſcipulis/in Gali/
læa conſtitutis/quod nõ dicimus ſupra: qm̃ futurum eſt
ut filius hominis tradatur. Tradendum ſuperius non eſt
dictum. Hic aũt non ſolum tradendum:ſed etiam in ma/
nus hoium tradendum audimus. In quo requiramus a
quo eſt tradendus in manus hoium: aut in quoꝝ. Illic
enim docemur a qbus patietur: & in quo loco patietur.
Hic aũt diſcimus ꝙ multa paſſurus eſt a ſupradictis non
ipſis cauſam præbẽtibus/ut multa patiatur:ſed uel eo/uel
eis qui tradiderunt eum in manus hoium. Traditum igit
filium Apoſtolus narrans a deo patre/traditum manife/
ſtat ita. Qui unico filio ſuo nõ pepercit:ſed pro nobis oĩ/
bus tradidit illum. Alius aũt nõ ſolum illud/ſed ẽt conſe/
quentia congregans in idipſm:dicit ipm qdem a deo tra/
ditum filium principi ſæculi huius:cæteriſq; principibus
eius:deinde ab iſtis traditũ in manus hoium q occiderũt
eum. Et exempli cauſa: accipe & illud qđ eſt ſcriptum de
Iob. qui primum traditus eſt a deo in manum diaboli ſi/
cut dicit. Ecce trado tibi oia quæ poſſidet. Iteꝝ. Ecce trado
tibi eum:tm̃ animam eius ſerua. Accipiens autem diabo
lus bona eius in poteſtatem tradidit prædonibus:& equi
tibus qui fecerunt cornua tria. Vide ergo ne forte ſicut bo
na Iob diabolus tradidit in manus prædonum/accepta
prius poteſtate a deo:ſic & aliqua operatione princeps po
teſtatis aeris qui operatur in filiis diffidẽtiæ tradidit eum
in manus hominum:in quibus hominibus erat & Iudas/
in quem poſt panem ingreſſus eſt ſathanas. Conſidera ta
men/qm̃ pater tradens filium cõtrariis poteſtatibus:non
ſimpliciter tradidit eum:ſed ꝑpter miſericordiam ſuam:ut
ſaluaret genus humanum. Contrariæ aũt poteſtates tra/
dentes dñm in manus hominum:nõ pro ſalute aliquoꝝ
tradiderunt eum/ſed quantum ad ſe:quia nemo eoꝝ ſcie
bat ſapientiam dei abſconditam in myſterio: tradiderunt
eum/ut inimica eius mors ſubiiciat eum ſibi:ſicut oẽs ho/
mines qui moriebantur in Adam. Sed & hoies qui occi/
derunt eum:uoluntatem habebant non ſm uoluntatem
dei iam ordinatam:ſed ſm uoluntatem poteſtatum qua
filium dei uolebant fieri ſubditum morti. Non ergo ab
hominibus in manus hominum traditus eſt:ſed a poteſta
tibus quibus eum pro nobis oibus tradidit pater:ut in eo
quod traditur & fit ſub eo cui traditur deſtruat eum qui
mortis habebat impium. Impium aũt mortis itelligẽdum
eſt habere diabolum nõ iſtius mortis cõmunis ſm quam
moriuntur oẽs qui cõpoſiti ſunt ex aĩa & corpore:anima

eorum

eoꝝ a corpore recedente:ſed mortis illius quæ contraria
eſt/& inimica:ei qui dixit:Ego ſum uita.Secūdum quam
aīa quæ peccauerit ipſa morietur.Oſtēditur aūt qm̃ non
deus dn̄m in manus hominum tradidit:ex eo ꝙ ipſe di/
cit.Si de hoc mundo eſſet regnum meum/miniſtri utiq;
mei reſiſterent/ne traderer iudæis.Traditus aūt iudæis in
manus hoīum traditus eſt:non a ſuis miniſtris:nec ab ali
quo eoꝝ qui erant ipſius/ſed a principe ſæculi huius:uel
a principibus de qbus eſt dictum.Aſtiterūt reges terræ/&
principes cōuenerunt in unum aduerſus dn̄m/& aduer/
ſus Chriſtum eius.Et iſti quidem corporales reges aſtite/
runt:ſicut Apoſtoli in actibus docuerunt.Nos autē ex eo
ꝙ traditus eſt a principibus in manus hoīum prodiſica/
ti dicimus hoc quod ait:Dirrumpamus uincula eoꝝ: &
proiiciamus a nobis iugum ipſorum:etiam de inuiſibili/
bus regibus:& principibus ſæculi huius intelligi poſſe.
Nam cum facti fuerimus conformes mortis Chriſti:iam
non ſumus ſub uinculis regum terræ:neq; ſub iugo prin
cipum ſæculi huius: qui aduerſus dn̄m conuenerunt in
unum.Propterea & pater unico filio non pepcit:ſed pro
nobis omnibus tradidit eum:ut ſuſcipientes eum princi/
pes/& tradētes in manus hoīum:ab eo qui habitat in cœ
lis irrideantur:& a dn̄o ſubſanētur:qm̃ in diſſolutionem
proprii regni:& principatus ſui omnia agebant.traden/
tes eum in manus hoīum:qui tertia die reſurgens:& ini/
micam ſuam deſtruens mortem:non ſolum mortis ſuæ
conformes nos fecit:ſed etiam reſurrectionis. Prædicen/
te autem dn̄o qm̃ futurum eſt ut filius hominis tradatur
in manus hoīum:& occidant eum:& tertia die reſurgat:
triſtati ſunt diſcipuli uehementer. Tradendum quidem
in manus hominum : & occidendum intelligentes.non
autem attendētes ad illud quod ait.Et tertia die reſurget:
nec conſiderantes quis eſſet:cui ad deſtruēdam mortem
trium dierum tempus ſufficiebat.

¶ Cum ueniſſent autem in Capharnaum:acceſſerūt qui
didragma exigebant ad Petrum/& dixerunt.Magiſter ue/
ſter non ſoluit didragma.Ait.Etiam. Et cum intraſſet in
domum:præuenit eum Ieſus dicēs.Quid tibi uidetur Si/
mon reges terræ a qbus accipiunt tributum/uel cenſum:
a filiis ſuis:an ab extraneis?Dicit ei Petrus.Ab alienis.Di/
cit ei Ieſus. Ergo liberi ſunt filii.Vt autem non ſcandalize/
mus eos:uadēs ad mare mitte hamum:& eum qui prius
aſcenderit piſcem tolle:& aperiens os eius inuenies ſtate/
rem.Illum accipiens:da eis pro me & te.Sunt ergo aliqui
reges terræ:& eoꝝ filii qui nō dant tributum/uel cenſum:
& alii præter filios eorum extranei a regibus terræ:ex qui/
bus accipiunt reges terræ tributum/uel cēſum:& ſunt fi/
lii quidem eoꝝ liberi apud reges terræ : ſicut apud patres
filii:Extranei autem extra terram quidem liberi ſunt:pro/
pter eos autem qui dominantur eorum:& deprimūt eos
ſicut ægyptii filios Iſrael:ſerui propter quos ſeruiētes:for
mam ſerui ſuſcepit filius dei q nullum opus fecit luteum:
& ſeruile.Quaſi ergo habēs formam ſerui illius tributum
& cenſum dedit:non aliud ab eo quod dedit diſcipulus
eius.Ipſe enim ſtater ſufficiebat:& unum numiſma quod
dabatur pro Ieſu/& pro diſcipulo eius.Hoc aūt numiſma
in domo quidem Ieſu non erat:in mari aūt erat:& erat in
ore piſcis marini:quem ipſum piſcem arbitror adiuratum
aſcendiſſe ad hamum Petri:& compræhenſum ab eo qui
hominum piſcator fuerat factus:in quibus erat qui nunc
moraliter dicitur piſcis:ut tollatur ab eo numiſma/quod
habebat imaginem Cæſaris:& fiat inter eos q piſcati ſunt
eum.Qui ergo habet quæ ſunt Cæſaris:Cæſari ea reddat:
ut poſt hoc ualeat reddere deo quæ ſunt dei:qm̃ Ieſus nō
habuit imaginem Cæſaris:princeps enim ſæculi huius ni
hil habebat in eo.Propterea non ex proprio:ſed ex conue
nienti loco maris imaginem Cæſaris accepit eam : ut det
regibus terræ pro ſe & pro diſcipulo ſuo:ut nec arbitren/
tur qui didragma accipiebant eſſe eum debitorem regum
terræ:reddit enim debitum nō ſuſcipiens eum:neq; poſ/
ſidens:neq; acquirens:neq; faciens eum ſibi poſſeſſionē/
ut ne ſit aliquando imago Cæſaris apud inuiſibilē deum.
Iſta diximus ſm̄ unum modum:qm̃ duplicē ſenſum ha/
bet hic ſermo.Secūdum alterum autem talia dici poſſunt.
Filioꝝ ſunt quidam filii regum terræ:alii autem ꝓpter hoc
ipſum ꝙ alieni ſunt a filiis regum terræ:nullius quidem
eoꝝ quæ ſunt ſuper terram filii ſunt : ſed aut dei/aut filii
dei/aut alicuius filioꝝ dei.Quādo ergo ſaluator interro/
gat Petrum/dicens.Reges terræ a quibus accipiunt tribu/
tum uel cenſum:a filiis ſuis/an ab extraneis:dicente Petro
non a ſuis filiis/ſed ab extraneis : tale aliquid exiſtima di/
ctum:dn̄s dicit de illis q extranei ſunt a regibus terræ : er/
go filii liberi ſunt:qm̃ liberi ſunt/qui filii ſunt dei.Filii aūt
regum terræ liberi nō ſunt:quoniam omnis qui facit pec/
catum/ſeruus eſt peccati.Liberi autem ſunt qui manent in
uerbis Ieſu:& propter hoc cognouerunt ueritatem:& ue/
ritas liberauit eos a ſeruitute peccati.Si ergo in miniſterio
quodam/reges terræ a filiis dei liberis cōſtitutis exigūt di/
dragma cæſaris hn̄tia imaginem:cōſequens eſt intelligere
qm̃ & quotienſcūq; exurgūt quidam qui per iniuſtitiam
tollant noſtra terrena:reges huius terræ eos tranſmittunt
ut exigant a nobis quæ ſunt ipſoꝝ.Quicunq; ergo filius
eſt ſimpliciter:& non filius regum terræ : ille eſt liber.Ta/
men cum ſit liber ſollicite agit ut ne ſcādalizet uel ipſos re/
ges terræ/uel filios eoꝝ:uel eos qui accipiunt didragma.
Ideo ſic dicit.Sed ne ſcandalizemus eos:uadens ad mare
mitte hamum:& c̄.Et quāuis eſſent iniqui:tamen ſollicite
egit Chriſtus/ut nec ſcandalizaret eos:& ſuo exemplo ꝓ/
hibet aliquod ſcandalum fieri etiam huiuſmodi homini/
bus:ſiue ut ne amplius peccent ſcandalizati:ſiue ut ſaluen
tur ſuſcipientes eum qui pepercit eis/quominus ſcandali/
zentur.Et ſicut in agro conſolationis (ſic enim interpre/
tatur capharnaum)conſolatur oēm diſcipulum:& liberꝝ
eum:& filium eſſe pronunciat:& dat ei uirtutem piſcandi
piſcem primum ut aſcendente eo conſolationem accipiat
Petrus ſuper eum/quem piſcatus eſt:et propter hoc ꝙ ab/
latus eſt ſtater de ore ipſius aperto dandus eis quoꝝ pro/
prius eſt ſtater:& exigunt huiuſmodi numiſma qſi ſuum.
Conuenienter potens uti hoc textu aduerſus auaros/qui
nullam habent in ore ſuo loquelam/niſi pecuniæ . Cum
autem uideris huiuſmodi hoīem ab aliquo Petro corre/
ptum:q abſtulit non ſolum de ore eius uerbum pecuniæ:
ſed & de toto affectu cōcupiſcētiam pecuniæ:dices eiuſ/
modi hominem in mari fuiſſe:& in ſalſis rebus huius ui/
tæ : & in fluctibus ſollicitudinum auaritiæ : & habuiſ/
ſe in ore ſuo ſtaterem/quādiu infidelis extitit : & auarus:
aſcendiſſe autem de mari ad hamum rationabilem &
compræhenſum:atq; ſaluatum ab aliquo Petro:qui cum

docuit ueritatem : ut ne habeat aliquando in ore ſuo ſta/
terem: ſed pro eo habeat imaginem dei/eloquia dei . Et ſi/
gna tibi ex numeris: quoniam ꝓ ſanctis ſm̄ legem dei nõ
ſimpliciter didragmum datur: ſed didragmum ſanctum.
Scriptum eſt enim . Et accipies quinq; ciclos ſm̄ didrag/
mum ſanctum. Sed & pro omnibus filiis iſrael ſm̄ caput
datur didragmum ſanctum. Quoniam ergo nõ licet ſan/
ctis dei cum ſanctis didragmis habere didragmum inqui/
natum: ideo accipientibus non ſancta didragma: & inter/
rogantibus Petrum/& dicentibus. Magiſter ueſter nõ ſol/
uit didragmum : præcepit Saluator dari ſtaterem/in quo
erant duo didragma: qui inueniebatur in ore piſcis aſcen/
dentis primum qđ dedit magiſter: & dant ſemꝑ diſcipuli
eius pro ſua ſalute: & gloria chriſti: ut lõge faciant a ſe om/
nia quæ imaginem Cæſaris habent.

¶ Secundum Matthæum. Cap. xviii.

IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum diſcipu/
li eius/dicentes. Quis putas maior eſt in regno
cœloꝝ! Et accipiens puerũ/ſtatuit eum in me/
dio eoꝝ/& dixit. Amen dico uobis: Niſi con/
uerſi fueritis/& facti quẽadmodum pueri/non intrabitis
in regnum cœloꝝ. Siquis ergo humiliauerit ſe ſicut puer
iſte: ipſe eſt maior in regno cœloꝝ . Et qui acceperit pue/
rum talem in nomine meo/me recipit.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione. Homelia. V.

CVm poſſit Mattheus noſtræ eruditionis
cauſa hoc ſolum exponere: qđ acceden/
tes diſcipuli Ieſu interrogauerunt eum:
& quomodo ad interrogationem eoꝝ
reſpondit : addidit ſm̄ quædam qdem
exemplaria : in illa hora accedentes di/
ſcipuli Ieſu: ſm̄ alia autem in illa die . Et
neceſſe eſt ut non indiſcuſſam uoluntatem relinquamus
euangeliſtæ: ꝓpter quod exponentes in primis quod ait
in illa hora/uel in illa die : Videamus ſi neceſſaria eſt adie/
ctio iſta diei/uel horæ. Venerunt enim in capharnaum Ie/
ſus cum diſcipulis ſuis: ubi & didragma exigentes acceſſe
runt ad Petrum: & interrogãtes dixerunt. Magiſter ueſter
non ſoluit didragma: ita Petro reſpondente ad eos: etiam
& faciẽs uerbum de didragmis Ieſus: mittit Petrum cum
hamo comprehendere piſcem: in cuius ore dicebat inue/
niendum eſſe ſtaterem/ut daretur pro ſe & Petro. Ergo ar
bitror qm̄ maximum hunc æſtimantes honorem in Pe/
trum/a Chriſto collatum: quaſi per hoc iudicaſſet eum/cæ
teris diſcipulis meliorem: cupiebant quod ſuſpicabantur
caute cognoſcere. Simul autem & ſperabant/ꝙ & cauſam
ipſam reuelationis interrogantes indicerẽt. Hoc ergo oſtẽ
dere uolens Matthæus adiicit ꝓpter illud quod ait: hunc
accipiens da ꝓpter me & te: in illa die uel hora acceſſerunt
diſcipuli ad Ieſum/dicẽtes. Quis putas maior eſt in regno
cœloꝝ ! Forſitan autem & dubitabant etiam ꝓpter illud
quod ſuperius tres diſcipuli magis erãt dignificati/aſſum
pti in montem cum ipſo/ut uiderent tranſfigurationem
gloriæ eius. Dubitabant aũt quis de tribus illis melior iu/
dicatus eſſet a Chriſto. Diſtrahebatur aũt æſtimatio ſenſus
eoꝝ: per uarias cauſas. Interdum quidem Ioãnem forſitan
meliorem putabant eſſe: eo ꝙ recubuerat ſuper pectus ſal/
uatoris in cœna: & ſecreta conſilia ei præ cæteris fuerant
declarata. Interdum autẽ arbitrabantur Petrum maiorem
in regno cœlorum: uel propter ſtaterem hunc qui datus
eſt pro Chriſto & Petro: uel ꝓpter illud quod Petrus di/
xit ad Ieſum/præ cæteris: Tu es Chriſtus filius dei uiui: &
Chriſtus ad eum. Beatus es Simon bariona : quia caro &
ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in cœlis.
Et ego dico tibi quia tu es petrus: & ſuper hanc petram/
ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferoꝝ non præua
lebunt ei: &c̃. Iterum autem forſitan eoꝝ reuocabatur opi
nio: propter quod dixerat Chriſtus ad Petrum: quod aliis
nõ dixerat diſcipulis: uade poſt me ſathana: ſcandalũ mi/
hi es: quia non ſapis quæ dei ſunt/ſed quæ hoium/ne for
te non eſſet maior Petrus: ſed unus ex filiis Zebedei. Hæc
diximus ꝓpterea ꝙ ait in illa die/uel hora/qñ de ſtatere ſer
mo fuerat factus. Poſt hoc aũt uideamus quod ait: & ac/
ceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: quaſi diſcipuli ad magiſtrum
proponẽtes interrogationem: quis eſſet maior. In his aũt
imitatores diſcipuloꝝ Chriſti eſſe debemus: ſi qñ aliquid
in nobis quaſi dubium quæritur & non inuenit̃: ut cum
omni conſenſu accedamus ad Ieſum ſemper præſentem:
ubicũq; duo uel tres in noie eius fuerint congregati: q po
tens eſt illuminare corda oium: qui ex toto corde diſcere
uolunt ab eo/ad intelligendum ſolutionem oium quæ/
ſtionum. Nõ eſt aũt abſurdum/ut ſm̄ Chriſti exemplum
interrogemus aliquem eoꝝ doctorum/qui præpoſiti ha/
bentur eccleſiis. Quid ergo iam ſciebant diſcipuli ſm̄ hãc
interrogationem: quid aũt adhuc ignorabant/uideamus.
Nam quia nõ eſt æqualitas ſanctoꝝ in regno cœleſti ſcie/
bant: & quia cum nõ ſit æqualitas eſt aliquis maior & mi
nor: ſed quomõ maior/& qualiter uiuens minimus : hoc
diſcere cupiebant/niſi forte cautius eſt dicendum: qm̄ qui
eſſet quidem minimus ſciebãt ex eo quod alibi docuerat
ipſe. Siqs ſoluerit unum ex mandatis iſtis minimis: & do/
cuerit ſic hoies: minimus uocabitur in regno cœlorum. Et
quis eſſet maior ſciebant ex eo qđ ait: ſiqs fecerit/& ſic do
cuerit/hic magnus uocabit̃: ſed ex multis magnis qs eſſet
maior: hoc eis non erat manifeſtũ. Et ꝙ multi qdem ſunt
magni: nõ aũt æqualiter magni: indicat nomẽ magni po
ſitum in ꝑſona Iſaac: q proficiens magnus fiebat : donec
efficeret̃ magnus ualde ualde. Scriptum eſt autẽ idipſum
etiam in Moyſe/& in Ioãne baptiſta: & in ipſo etiam ſal/
uatore. Et omnibus conſtat/qm̄ etſi oẽs hi magni fuerũt
ſm̄ ſcripturas/tñ maior eis erat ſaluator. Ex eo ergo/quod
eſt ꝓpoſitum in Iſaac: donec fieret magnus ualde/ualde:
nõ ſimpliciter/ſed cum additamento duplici ualde ualde
cognoſcere poſſumus: qm̄ differentiæ ſunt magnoꝝ . Et
alius quidem eſt magnus: alius aũt magnus ualde ualde.
Ergo diſcipuli qdem quæſierũt quis eſſet maior . Ipſe aũt
pleniorem facit ſermonem demonſtrans eis: etiam quo/
modo quis actibus maior efficiatur in regno cœloꝝ : ſi/
cut ſubſequens ſermo demonſtrat/dicens . Et uocans Ie/
ſus puerum/ſtatuit eum in medio eoꝝ/& dixit. Amen di
co uobis/niſi conuerſi fueritis/ut efficiamini ſicut pueri
nõ intrabitis in regnum cœloꝝ. Quicũq; ergo humilia/
uerit ſe ſicut paruulus iſte/hic erit maior in regno cœloꝝ.
Et qui acceperit puerum talem in noie meo /me accipit.
Primum ſimpliciter exponamus ꝓpoſitum uerbi: hoc eſt
ſiquis uir conſtitutus uſq; eo mortificauerit uiriles con/
cupiſcentias ſuas in ſpiritu: mortificans corporales actus:
& ſemper mortem Ieſu circumferens in corpore ſuo : ut

puer qui

puer qui muliebria nondum tentarit : nec ſenſit motus
uiriles:iſte talis conuerſus factus eſt ſicut puer. Et quanto
amplius appropinquauerit pueris recedens ab huiuſmo/
di motibus:tanto amplius cæteris continentibus : & ad
perfectum continentiæ aſcendere non ualentibus maior
habetur. Quod autem propter muliebres paſſiones di/
ctum de paruulis eſt:hoc ipſum dicere conuenit: & in cæ/
teris paſſionibus & languoribus : & cæteris infirmitati/
bus animæ:in quas omnes pueri non incurrunt : priuſq̄
incipiant abſolutum proferre ſermonem:utputa ut con/
uerſus quis fiat ſicut paruulus puer i ita:cum ſit uir: & ſi/
cut eſt paruulus puer ad triſtitiam:qui interdum in tem/
pore mortui patris uel matris:uel alicuius amici ridet &
ludit:talis fiat uir habitudinem puerilem circa triſtitias re/
pellendas perfectionis animæ ratione cõmutans. Simili/
ter dices circa extollentias quibus irrationabiliter extollũ/
tur homines qui non ſunt dei:quas pueri non patiũtur:
nec qui conuerſi fuerint ſicut pueri. Et nulla pene paſſio
cadit in pueros anteq̄ abſolute incipiant loqui. Si autem
nulla:manifeſtum eſt:quia nec timor:niſi forte ſm æſtima
tionem cæterarum paſſionum leuis & tranſitorius. Pueri
enim malum timorem non patiuntur:utputa:ſi quis pue
ro cõminetur ne mãmam petat:uel ne ploret:terretur qui
dem:ſed timor eius ſtabilis non eſt. Si quis autem terreat
puerum talem/& dicat:niſi hoc feceris occido te:incendo
te:aut ſimile aliquid:nunquid timet huiuſmodi puer? Si/
cut ergo cæteræ paſſiones non ſunt firmæ in pueris : ſic
neq; timor. Si autem quis & humiliet ſe ſicut puer : nec
enim magnum aliquid ſapere cadit in puerum:neq; iactã
tia generis:uel diuitiarum uel aliarum rerum quæ æſtimã
tur bonæ:non autem ſunt:cadit in puerum : unde uide/
mus infantes uſq; ad tertium:uel quartum annum : licet
fuerint generoſi ſimiles ſe ꝑbent pueris degeneribus nec
amplius diligũt diuites pueros q̄ pauperes. Si qs ergo uir
habitudinem quã habent pueri ex ætate in ſe ratione ſuſce
perit:ex pellẽs ea q̄ mouẽt inſenſatos:factus eſt ſicut puer:
non ſe extollens in honoribus:neq; efferens ſe in diuitiis:
neq; eleuans ſe claritudine generis:iſte talis ſuſcipiẽdus eſt
& honorãdus in noie Ieſu:qm̃ ꝑcipue in talibus eſt Ieſus.
Ideo dicit. Si qs ſuſcepit unũ talẽ i noie meo:me ſuſcipit.
¶ Qui autem ſcandalizauerit unum de puſillis creden/
tibus in me:expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in col
lo eius: & demergatur in profundum maris. Hoc expo/
nere laborioſum eſt ſm conſequentiam prædictorum. Di
cit enim aliquis: quomodo qui conuerſus eſt: & factus eſt
ſicut puer:& humiliauit ſeipſum quemadmodum puer
quem ſtatuit Ieſus in medio diſcipulorum i minimus eſt
& potens ſcandalizari:cum ſit ſcriptum:pax multa diligẽ
tibus legem tuam & non eſt illis ſcandalum? Vide autem
ſi rationabiliter hoc poſſumus explanare. Omnis qui Ieſu
quaſi filio dei credit:& cõuerſatur ſm euangelicos actus:
ad uiuendum recte conuerſus ambulat quemadmodum
puer. Qui autem non conuertitur:ut fiat quẽadmodum
puer:hunc quidem impoſſibile eſt intrare in regnum cœ
lorum. Multi enim conuertuntur ut fiant quẽadmodum
puer:ſed non omnes qui conuertuntur ut fiant quẽad/
modum puer: iam ꝑueniunt uſq; eo:ut fiant ſimiles pue/
ris. Sed unuſquiſq; tanto minus habet de ſimilitudine pue/
rorũ:quantum longe eſt de habitudine puerili erga paſ/
ſiones carnales. In omni ergo credentium multitudine
ſunt quidam quaſi nuper conuerſi:ut fiant quemadmo/
dum pueri. Hi propter hoc ipſum ꝙ ſic conuerſi ſunt:ut
fiant quaſi pueri:nondum autem ſunt facti:ſed uidentur
nuper eſſe conuerſi:puſilli habentur in chriſto:& paruuli
ſunt ſcandali receptores:quibus occaſionem ſcandali nõ
debemus præbere. Alioquin qui ſcandalizauerit unum
de puſillis quos chriſtus oſtendit credentibus in ſe:expe/
dit ei quaſi utile ad medelam peccati:ut ſuſpendatur mo/
la aſinaria ad collum eius: & demergatur in profundum
maris. Sic enim reddens dignam uindictam in mari:ubi
& draco habetur quem formauit deus ad illudendum ei:
& ſic quod expedit paſſus:qui punitus eſt:poſtea erit ex/
tra dolores qui ſunt in profundo maris:quos pertulit tra
ctus ab aſinaria mola. Sunt autem & molarum differen/
tiæ:ut ſint quædam earum:ut ſic appellem humanæ.aliæ
autem aſinariæ. Et humana quidem eſt illa de qua ſcri/
ptum eſt. Duæ erunt molentes ad unam molam:una aſ/
ſumetur:& altera relinquetur. Aſinaria autem quæ impo
nitur ſcandalizanti unum de puſillis in chriſto credenti/
bus:ut demergatur in profundum maris. Aſinaria autem
mola nõ irrationabiliter dici poteſt : corpus grauiſſimum
hominis mali quod ſemper deorſum trahit : quod ſuſci/
piet in reſurrectione unuſquiſq; peccator ut demergatur
in abyſſum quæ dicitur ꝓfundum maris. Introducimus
autem extra eam quam diximus : alteram expoſitionem
ſiue dogmatis cauſa:ſiue exercitationis. Quærimus enim
quem puerum uocans Ieſus conſtituit in medio diſcipu
lorum:& uide ſi poſſumus puerum hunc intelligere ſpi/
ritum ſanctum:qui ſeipſum humiliauit. Hunc Ieſus acce/
pit:& poſuit in medio ſenſus diſcipulorum. Vult ergo Ie/
ſus omnes nos:ut auertamur ab omnibus : & conuerta/
mur ſm exemplum ſpiritusſancti:ut efficiamur ſicut pue/
ri:id eſt Apoſtoli qui & ipſi conuerſi facti ſunt ſimiles ſpi/
ritui ſancto qui poſitus erat in medio ſenſus eorum:quos
pueros chriſto deus pater dedit:ſm quod ſcriptum eſt in
Eſaia dicente. Ecce ego & pueri quos dedit mihi deus. Et
non eſt intrare in regnum cœlorum:niſi qui a rebus ſæ/
cularibus auerſus fuerit:& ſimilis fuerit factus pueris illis
qui ſpiritum ſanctum in ſe habuerũt. Quem ſpiritum ſan
ctum uocans Ieſus a ſua perfectione deſcẽdens ad homi/
nes quaſi puerum:ſtatuit in medio diſcipulorum ſuorũ
ut unuſquiſq; humiliet ſe:non ſimpliciter ſicut puer : ſed
quemadmodum ſcriptum eſt:ſicut puer iſte:ita tamen ut
propter deum quis humiliet ſe ſicut & ſpiritusſanctus:ꝓ/
pter ſalutem hominum ſe humiliauit. Quoniam autem
& Ieſus & ſpiritusſanctus a patre miſſi ſunt in hunc mun
dum propter ſalutem hominum : manifeſtum eſt apud
Eſaiam prophetam ex perſona ſaluatoris ipſius dicen/
tem. Et nunc dominus me miſit:& ſpiritum ſuum. Quo
niam autem in græco ſpiritusſanctus neutri generis eſt:&
non maſculini quemadmodum apud nos : & tres caſus
habet ſimiles:nominatiuum/accuſatiuum/& uocatiuum:
propterea transferentes in latinum ſermonem noiatiuum
pro accuſatiuo uel caſu tranſtulerunt:& dixerunt:& nunc

dominus miſit me:& ſpiritus eius: cum ſit uerius ſic eſſe in græco:& nūc dominus miſit me:& ſpiritum ſanctum. Tamen ſi quis uiolenter contra rationem ueritatis defendere uult:quod ita ſit dictum:& nunc dominus miſit me & ſpiritus eius:ſine dubio ita itelligimus filium dei miſſum a ſpiritu ſancto:quemadmodum & ductum a ſpiritu ſancto in deſertum ſm̄ humanam naturam quam chriſtus ſuſcipiens per omnia imitatus eſt: ut etiam a ſpiritu ſancto agatur:quemadmodum omnes homines dei. Maior ergo eſt in regno cœlorum qui ſe humiliauerit præ omnibus humiliantibus ſe:ſm̄ imitationem illius pueri: & multi ſunt qui nolunt ſe humiliare ſicut puer ille. Sed qui præ omnibus factus fuerit propinquior puero illi:ille erit omnibus maior. Debemus ergo ſuſcipere puerum talem in nomine Ieſu:quoniam in eo habitat Ieſus. Et quemadmodum Ieſum ſuſcipit qui ſuſceperit unum puerum talem in nomine eius:ſic Chriſtum refutat & pellit: qui nō uult ſuſcipere puerum talem in nomine Ieſu:licet ſit minimus:ita ut poſſit ſcandalizari:propter quod non plenius humilitatem imitatus eſt puerilem. Et conferamus euangeliſtarum dicta de capitulo iſto: ſi forte manifeſtior fiat ſenſus propter ſpiritum ſanctum quem diximus puerum illum intelligi poſſe. Et Marcus quidem dicit. Et accipiens puerum ſtatuit in medio diſcipulorum:& cōplexus eum dixit eis. Si quis unum puerum talem receperit in nomine meo. Lucas autē ita. Et accepit puerum: & poſuit eum non ſolum in medio eorum:ſicut ait Matthæus & Marcus:ſed apud ſe:& dixit diſcipulis ſuis non ita:ſi quis acceperit unum puerum talem:uel unum de talibus pueris: ſed ita:ſi quis acceperit puerum hūc in nomine meo. Secundum Matthæum ergo & Marcum poteſt quis dubitare utrum puerum ſpiritum ſanctum dicat:quia ſic dixerunt:ſi quis acceperit unum puerum talem. Secundum Lucam autem quis ambigit poſſe intelligi puerum illum ſpiritum ſanctum:cum dicat.ſi quis acceperit puerum hunc in nomine meo? Secundum Lucam ergo debemus puerum illum:id eſt ſpiritum ſanctum quem accipiens Ieſus poſuit apud ſe:ſuſcipere in nomine Ieſu. Viuit enim puer ille quaſi immortalis:& debemus eum ab ipſo Ieſu cōſtitutum apud Ieſum ſuſcipere in nomine Ieſu: quoniam cum ſit Ieſus nūq̄ recedens a puero illo ſit apud eum qui receperit puerum in nomine eius. Et quoniam nec pater recedit a filio:ſi quis recepit filium:recepit apud ſe ſimul & patrem. Qui aūt recepit & puerum in nomine Ieſu:& Ieſum in nomine patris:in omnibus minorem ſe præbet diſcipulis chriſti ſeipſum minorans. Et quantomagis ſe minorauerit:tanto maior efficitur ab eo qui ei minorationis dedit mandatum.

¶ Væh huic mundo a ſcandalis. Neceſſe eſt enim uenire ſcandala. Veruntamen uæh homini illi:per quem ſcandalum uenit. Digna eſt res quærere in hoc loco: quid dicit eſſe mundum cui promittitur uæh: cui omnia ſcandala afferunt uæh. Intelligere autem aliquid poterimus:ſi congregemus ſcripturarum exempla in quibus nominatur mundus. Arbitror ergo quia non cœli & terræ ſpatium ſm̄ ſcripturas diuinas dicit̄ mundus:ſed terrenus iſte tm̄modo locus:uel homines qui ſunt habitatores loci iſtius. Sic enim intelligitur illud quod ait. In mundo enim erat uerum illud lumen:id eſt in loco terræ noſtræ quam habitamus:& mundus per ipſum factus eſt:id eſt orbis terræ:& mundus eum non cognouit:id eſt homines habitatores terræ iſtius. Incongruum enim eſt:& mundus eum non cognouit:referre ad elementa cœli & terræ: ut dicat aliquis quoniam ſol & luna:& ſtellæ:uel aqua: uel terræ uel angeli qui ſunt in uniuerſo hoc mundo lumen illud uerum non cognouerunt & non cognoſcentes eum cōſeruauerunt ab eo ſibi ordinem conſtitutum. Secundum hunc enim ſenſum:intelligitur etiam illud. Et nunc honorifica me tu pater:eo honore quem habui anteq̄ mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomē tuum hominibus:quos dediſti mihi de mundo. Et poſt pauca. Ego (inquit) pro eis rogo non pro mundo rogo:ſed pro eis quos dediſti mihi. Item poſt pauca. Et hi in mundo ſunt:& ego ad te uenio. Et iam non ſum in mundo,& iſti in mundo ſunt. Item poſt pauca. Et ego ad te uenio:& hæc loquor in mūdo:ut habeant gaudium meum plenum. In ſe ergo mundus dicitur:uel locus iſte terrenus:uel homines qui ſunt in eo. Ex enim mundo dedit filio homines pater: pro q'bus rogat filius patrem ſolis:& non pro omnium hominum mūdo. Nam ubi magis neceſſarium eſt ut ſeruentur a patre:q̄ in mundo:quem dicit Ioannes & mundus totus poſitus eſt in maligno? Item in ſequentibus. Vt mundus credat quia tu me miſiſti. Ergo locus iſte:& homines qui ſunt in eo dicuntur mundus:quibus uæh a ſcādalis: omnibus enim hominibus quos tamen ſcādala uincere poſſunt:uæh eſt a ſcandalis. Quod nō procedit ut de elementis mundi intelligamus. Si autem uæh eſt mundo a ſcandalis:non autem ſunt diſcipuli Ieſu de hoc mundo: ſicut nec magiſter eorum de mundo eſt: nemini diſcipulorum Chriſti poteſt eſſe a ſcandalis uæh: quoniam pax multa diligentibus nomen dei:& non eſt illis ſcādalum. Si autem aliquis uidetur quidem eſſe diſcipulus Chriſti: adhuc autem eſt de mundo:ꝓpterea ꝙ diligit mundum:& q̄ ſunt in eo:id eſt aut uitam iſtam carnalem:aut poſſeſſiones terræ iſtius,aut pecunias:aut ſpeciem qualemcūq; ut non conueniat ei quod dictum eſt de diſcipulis Ieſu. quoniam nō ſunt de mūdo:ſine dubio poſſidebit:quaſi de mundo conſtitutus uæh quod mundo accidere ſolet. Si ergo uolumus declinare hoc uæh:ſuſcipiamus in nobis affectum apoſtoli Pauli dicentis. Mihi autem abſit gloriari:niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti:per quem mihi mundus crucifixus eſt:& ego mūdo. Nemo autem amator corporalium ſpecierum:uel iumentorum:uel aliquarum concupiſcibilium rerum:uel uitæ iſtius carnalis:poteſt uere dicere:mihi mundus crucifixus eſt:& ego mundo. Sancti enim qui ſunt in hac habitatione ingemiſcunt corpore humilitatis grauati:& omnia faciunt:ut digni efficiantur in illo reſurrectionis myſterio inueniri:quando transformabit deus corpus humilitatis non omnium:ſed tātum diſcipulorum fidelium chriſti ut fiat cōforme corporis gloriæ chriſti. Sicut ergo nihil eorum ex q̄bus uæh cōtingere ſolet contingit diſcipulo chriſti:nam & ſi mille ſunt ſcandala nō tangunt eum q non fuerit de hoc mūdo:ſic qui receptor fuerit factus ſcādali:aut propter inconſtantiam fidei ſuæ:aut q̄a non ex toto corde cōſentit ſalutaribus chriſti mandatis:ut iam non uideatur diſcipulus chriſti:tanta

ſcandala

198

ſcandala compræhendent eum quãtis fuerit obligatus in mundo. Neceſſe eſt enim uenire ſcãdala. Aliud enim ſunt ipſa ſcandala:aliud autem homines ꝑ quos ueniunt ſcandala. Ergo uenientia ſcandala ſunt Angeli ſathanæ:& malignus chorus dæmoniorum qui quærunt organa digna per quos operentur. Et plærũq; quidem inueniunt: qui omnino extranei ſunt a cultura dei:interdum autem & eos qui uidentur fideles quibus maius uæh per quos contingit:q̃ mundo cui contingit. Nam multo peius erit qui ſcandalizat:q̃ qui ſcandalizatur. Si quidem uerum eſt eſſe differẽtiam tormentoꝝ:ſm̃ illud quod ait. Remiſſius erit Tyro & Sidoni:q̃ ciuitatibus in quibus fecit uirtutes & correptæ non ſunt. Si enim uæh mundo a ſcandalis:ei quidem qui ſcandalizatur iuſte eſt uæh : quia miſcens ſe mundo:uoluntarie receptor ſcandali factus eſt. Ei autem grauius erit uæh:per quem ſcandalum uenit : quoniam præbuit ſe ſpiritibus imundis ſcandalizãtibus miniſtrum ad ſcandalizandum homines infirmos:& mundiales. Si autem hæc dilegenter intelligeremus quæ dicuntur:uæh per quem ueniunt ſcandala:& qui ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis:expedit ei ut alligetur mola aſinaria collo eius & demergatur in ꝓfundum maris:quoniam ſic uindicat deus eos qui ſcandalizati fuerint ab eis qui ſcandalizauerunt:& quæ intelligeremus timeremus : nunq̃ peccaremus in fratres:nec percuteremus conſcientias eorum infirmas pro quibus chriſtus mortuus eſt : propter quos quaſi in chriſtum peccantes ſubibimus pœnas cum requiſitæ fuerint animæ:quæ propter nos petierunt ex nobis. Deinde uideamus quomodo itelligere debeamus:quod ait. neceſſe eſt ut ueniant ſcandala. Similiter enim exponit etiam Lucas dicens. Impoſſibile eſt ut non ueniant ſcandala. Et ſicut neceſſe eſt mortalem mori:& impoſſibile eſt ut non moriatur:& ſicut neceſſe eſt mãducare hominem in corpore conſtitutum:& impoſſibile eſt ut ſine eſca qui corporalis eſt uiuat:ſic neceſſe eſt uenire ſcandala : & impoſſibile eſt ut non ueniant. Et uide ſi potes accipere ad exemplum maliciam:quæ eſt in cœleſtibus neceſſarie copulatam eſſe uirtutibus. Impoſſibile eſt enim inueniri hominem omnino ſine peccato : & abſq; peccato ſuſcipere poſſe uirtutes:quia nec poteſt eſſe uerum bonum:niſi habeat impugnationem mali. Sicut ergo neceſſe eſt ſuſtinere maliciam cœleſtium:& impoſſibile eſt eam nõ ſuſtinere: ſic neceſſe eſt uenire ſcandala:& impoſſibile eſt ut non ueniant. Maxime ſi itellexeris maliciam malignaꝝ uirtutum principalem eſſe maliciæ iſti quæ in hominibus eſt:& ſemper quærẽtem organa quædam per quæ operetur aduerſus homines mundi. Forſitan aũt & irritantur magis malignæ uirtutes/quantomagis uerbum chriſti in hominibus inualeſcens expellit ab eis malignas uirtutes:quæ priꝰ conſueuerant habitare in animis eoꝝ:& dæmones q delectabantur in ſanguine ſacrificiorum:iraſcũtur dum eoꝝ cultura minuitur:nec offerunt̃ eis ſacrificia conſueta:ideo ſcandala uenire neceſſe eſt. Et ſcandala quidem ipſa uenire neceſſe eſt:nõ tamen per illum neſcio quem uenire neceſſe eſt:ꝓpter qđ ei ꝑ quem uenerit erit uæh:qm̃ dedit locum malignæ operationi in ſe uolenti ſcandalizare. Ne putes in natura aliqua uel in ſubſtãtia eſſe ſcãdala quæ hoies q̃runt ꝑ quos operẽtur. Sicut enim deus mortem nõ fecit: ſic nec ſcãdala creauit/ſed libertas ꝓprii arbitrii ĩ qbuſdam genuit ſcandalum nolens pro uirtute ſuſcipere laborem.

¶ Quod ſi manus tua:uel pes tuus ſcandalizat te excide eum:& proiice abs te. Bonum enim tibi eſt introire in uitam claudum uel debilem:q̃ duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat te erue eum:& proiice abs te. Bonum ẽ tibi unum oculum habentem in uitam intrare:q̃ duos oculos habẽtem mitti in gehennam ignis. Docet nos per parabolam ſermo:quoniam nec proximis noſtris : uel adhærentibus nobis debemus parcere ſcandalizantibus. Superius cum dixiſſet/antiquis dictum eſt:non adulterabis : ego autem dico ſi quis uiderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo:poſt hæc uerba ſtatim ſubiunxit. Si dexter oculus tuus uel manus ſcandalizauerit te:oſtendens quoniam de illis membris ſcandalizantibus loquebatur quæ ſunt intra nos . Propterea uoluntates animæ expoſuimus ibi eſſe ſcandalizantia membra. Hic autem cum dixiſſet:uæh mundo a ſcandalis : neceſſe eſt enim uenire ſcandala:ſed uæh per quem ueniunt (uidelicet hominem)ſtatim ſubiungit. Si manus tua uel pes tuus uel oculus tuus ſcandalizauerit te : oſtẽdens qm̃ non de membris ſcandalizantibus quæ ſunt intra nos loquitur:ſed de hominibus quæ ſunt extra nos pertinentes ad nos:ita ut manus aut pedes aut oculi æſtimentur gratia charitatis coniuncti. Et uere quædam ſcandala ex nobiſipſis naſcuntur:ſicut ait Iacobus in epiſtola ſua. Deus neminem temptat:ſed unuſquiſq; temptatur in concupiſcentiis ſuis. Quædam extrinſecus ueniunt : uel ab extraneis:uel a proximis:de quibus præſens loqtur ſermo. Et bonum quidem erat/ut laudabilis eſſet:& oculus & manus:ut ne poſſit iuſte dicere oculus manui:neceſſaria mihi non es. Si autem aliquis ex toto eccleſiæ corpore uideatur manus propter aliquem actum:conuerſus autem factus fuerit ſcãdalizans:oculus dicat huiuſmodi manui:neceſſaria mihi non es:& dicens præcidat eam & pellat a ſe:ſic bonum eſt:ut ſit & caput beatum:& pedes tali capite digni:ut ne poſſit caput iuſte dicere pedibus:neceſſarii mihi non eſtis. Si autem aliquis fuerit in eccleſia pes ſcãdalum faciens corpori uniuerſo:dicat caput huiuſmodi pedi:neceſſarius mihi nõ es/& præcidẽs repellat eum a ſe. Melius eſt enim ut reſiduum corpus itret in uitam ſine membro ſcandalizanti:q̃ totum corpus eccleſiæ morbo ſcandali ꝑ omnes currente mittatur in gehennam. Sic bonum quidem erat:ut & ille qui factus eſt oculus dignus eſſet capiti Chriſto:& toti eccleſiaſtico corpori. Si autem cõuerſus oculus ille factus fuerit ſcandalum corpori uniuerſo : eiiciatur oculus ſcandalizans & extra omne corpus expellatur:ut ſine illo oculo reſiduum corpus ſaluetur:q̃ cum illo oculo debilitato totam eccleſiam mittat in gehennam intenebratum uidelicet per oculum malum. Chriſtum autem eccleſiæ caput eſſe:non ego ſed Apoſtolus intellexit. Sacerdotes autem rationabiliter poſſunt dici eccleſiæ oculus:quoniam & ſpeculatores habentur . Diaconi autem cæteriq; miniſtri manus:quoniam per eos opera ſpiritalia uniuerſa geruntur. Populum aũt eſſe pedes eccleſiæ:qbus omnibus parcere non oportet ſi ſcandalum eccleſiæ fuerint facti. Poſſumus autem hoc textu uti etiam de domeſticis nr̃is:& quaſi membris ita nobis dilectione coniunctis:ſiue parentibus:ſiue amicis quadam familiaritate di-

lectis:quibus parcere non oportet animæ noſtræ nocentibus. Præcidamus ergo a nobis quaſi manum:uel pedẽ:uel oculum:patrem aut matrem uolentes nos agere contraria pietati:aut filium uel filiam:qui quantum ad ſe faciunt nos recedere ab eccleſia dei:& a Chriſto dilectione. Sed & ſi uxor gremii noſtri:uel amici unanimes:facti fuerint ſcandala nobis:præcidamus eos ab anima nr̃a:quaſi non amicos:ſed aduerſarios noſtræ ſalutis. Qui enim nõ oderit patrem & matrem:& cætera quando tempus fuerit eos odire:quaſi aduerſarios & inſidiatores:ut chriſtum lucremur:hic non eſt dignus filio dei:et iſtis eſt dicere:q̃m claudus ſaluatur/qui perdiderit pedem:id eſt fratrem:& ſolus hæreditans regnum dei ſaluatur. Et ſicut ſine manu quis ſaluatur perdens patrem uel matrem:ut illis parentibus ſolus ſaluetur:ſic & ſine oculo quis ſaluatur præcidens oculum ſuum a ſe:id eſt coniugem fornicantem:ut ne cum tali oculo duos oculos habens intret in ignem. Poteſt autem & ſic intelligi ut actus animæ peccans manus intelligatur:& inceſſus animæ peccans/pes:& uiſus animæ peccans/oculus:quos oportet præcidere ſi ſcandalum faciunt. Frequenter enim ipſa opera membrorum pro membris in ſcriptura ponũtur:quale eſt illud. Et tuli manus meas ad mandata tua. Non ipſas manus:ſed opera manuum tollimus ad mandata dei:quando facimus opera digna deo. Et ad te leuaui oculos meos. Non oculos iſtos:ſed mentem quæ per oculos uidet. Item. Cõuerti pedes meos in teſtimonia tua. Non pedes:ſed motus animæ conuertuntur ad teſtimonia dei:quando cœperimus uelle conuerſari ſm deum. Quos omnes:id eſt uel uiſum:uel actum:uel inceſſum:oportet abſcindere ſi fuerint mali:ut ſine illis intremus in uitam non facientes qđ uolumus:q̃ ut intremus in ignem:facientes proprias uoluntates. Et primum qdem beata eſt res ab omni ſcandalo abſtinere:ut nulla uirtus animæ comprehendatur in malo:ſed omnibus utamur bonis. Sic enim cum duobus pedibus & duabus manibus & duobus oculis animæ corporiſq; intrabimus in uitam æternam. Si autem futurũ eſt male utentes quadam uirtute animæ perire ꝓpter illam:melius eſt ꝑcidere:id eſt repellere uſum uirtutis illiꝰ ſcādalizātis:q̃ ut cum reliq̃s uirtutibꝰ pereamꝰ in toto.

¶ Videte ne contemnatis unum de puſillis iſtis. Dico enim uobis:quoniam angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Primum uideamꝰ qui ſunt puſilli:quos non oportet contemnere. Arbitror autem q̃m ſicut in corporibus differentia eſt:ut quidam eorum ſint puſilli. alii autem magni. alii uero mediocres:ſic in animabus ſunt q̃dam puſillæ:aliæ autem magnæ ſm ſpiritalem menſuram:ſm quam uidet ſolus deus:& iudicat. Sed in corporibus non culpa hominis:ſed ꝓpter rationes aliquas ſeminis eſt:alius breuis:alius magnus:alius uero mediocris. In animabus autem ex nobis eſt eſſe aliquem uel paruum uel magnum:aut ſm opera:aut ſm fidem:aut ſm aliquos motus:& arbitrii noſtri eſt ſi proficere uolumus in ſtatu animæ:& fieri magni:aut nõ proficere:& paruuli remanere. Sic audio & chriſto ſuſcipienti naturam humanam:& ſm naturalia incremẽta creſcenti quod ſcribitur Ieſus aũt creſcebat ſapientia:& ætate:& gratia coram deo & hominibus. Vnde conſequẽter Apoſtolus ait. Donec occurramus omnes in uirum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Occurrere enim in uirum & hoc ꝑfectum:ſm interiorem hoiem intelligendus eſt ille:qui tranſcenderit quæ paruuli ſunt:& euacuans ea peruenerit in uirum ꝑfectum. Hoc modo intelligenda eſt eſſe menſura ſpiritalis ætatis in ſingulis animabus per quam proficit anima unaquæq;:& ex eo ꝙ magnificat deum:magnificatur a deo. Secundum hãc magnitudinem ſpiritalis ætatis:& ſpiritalium incrementorum:& Moyſes dicitur fuiſſe magnus:& Ioãnes:& ipſe dominus Ieſus:de quo Gabriel ꝓteſtatur:& erit magnus. Puſilli aũt ſunt qui nuper in Chriſto ſunt nati:aut tales ꝑmanent ſine profectu:quaſi nuper nati quibus rationabile lac neceſſarium eſt:qui adhuc carnales ſunt:ſicut ait Apoſtolus:& paruuli ſunt in Chriſto:nec capere poſſunt eſcam uirilem. Puſilli enim q̃uis ſint hæredes:tamen quia puſilli ſunt quaſi nihil differẽtes a ſeruis:q̃diu puſilli ſunt:ſeruitutis habent ſpiritum in timore. Qui aũt per dilectionem dei ꝑfectam miſerit foras timorem:iam nõ habet ſeruitutis ſpiritum in timore:ſed ſpiritum adoptionis filiorũ in dilectione dei. Item requires puſillorũ iſtorum angeli q̃ præſunt eis quando incipiunt curam eorũ habere:utrum ex quo per lauacrum regenerationis geniti ſunt in Chriſto:quaſi tunc naſcentes infantes:& ultra nõ ſubiecti cuidam aduerſariæ poteſtati:aut ex tempore natiuitatis eorũ carnalis:ſm præſcientiam dei & præordinationem ipſiꝰ:quos præſciuit:& prædeſtinauit:ut ſint conformes gloriæ chriſti. Vides quoniam qui caute utrũq; diſcuſſerit illius eſt affirmare utrum eorũ ſit uerum:& ad teſtimonium proferre ſcripturam uni ex duobus cõſentiẽtem. In utraq; enim parte multus quidem ſermo fieri poteſt:tamen ex multo parum aliq̃d proferamus. Qui enim uolunt mox ut quis fuerit natus eorum:qui præcogniti ſunt a deo:accipere angelum propoſitum ſibi utẽtur apoſtoli uoce dicentis. Qui me ſegregauit ab utero matris meæ ut reuelaret filium ſuum in me:quaſi ex eo neceſſarium habeat angelum ſe regẽtem qui ſegregatus eſt ſm præſciẽtiam dei. Item in epiſtola Iudæ ſcriptum ẽ ita. In deo patre dilectis:& Ieſu Chriſto conſeruatis uocalis. A quo cõſeruatis niſi ab angelis quibus traditi fuerãt:ut cõſeruentur:& eruantur ab omni malo:q̃ præcogniti & præordinati habebantur. Item profert & illud qđ in pſalmis eſt dictum:de uentre matris meæ tu es meus protector:ut ſit ꝓtector præcognitorum deus per angelos ad hoc ipſum miniſterium deputatos. Sic & illud accipiet. Suſcepiſti me de utero matris meæ. Item. Ad te proiectus ſum ex utero:& alia mille huiuſmodi habẽtia ſenſum. Qui autem uult ex eo hominibus dari angelum adiutorem ex quo ꝑ lauachrum regenerationis facti ſunt:tunc nati infantes in chriſto dicet non eſſe credibile inſenſatis & incredulis & errantibus:& ſeruientibus deſideriis uariis:& immundis in malitia & inuidia degentibus:odibilibus/& odiẽtibus inuicem fornicariis/& adulteris:interdum autem & maſculorũ concubitoribus:latronibus:et ebrioſis:atq; rapacibus præeſſe angelum ſanctum:ut maculetur in huiuſmodi actibus hominis cui datus eſt cuſtos. Sed eſt homo q̃dem in tẽpore infidelitatis ſuæ:& peccatorũ ſuorũ ex infidelitate naſcentium ſub angelis ſathanæ:& ſpiritibus malignis & inmundis dæmoniis. Cum autem ſuſceperit fidem:tunc Chriſtus qui eſt redemptor:qui pretio ſui ſanguinis eum redemit a malignis

mit a malignis dominis: credētem in deum tradidit eum Angelo ſancto: & propter munditiam ſemper uidenti faciem patris. Secundum ea quæ ſumus interpretati de puſillis diſcipulis conueniens eſt dicere: quoniam non habuit neceſſarium Chriſtus mandare de magnis & perfectionibus fidelibus non contemnendis: ſed de puſillis. ꝓpterea non ſimpliciter dictum eſt ne contemnatis unum de iſtis omnibus diſcipulis quos uidetis: ſed ita unum de puſillis iſtis quos cognoſcebat eſſe puſillos q uidere poterat modicitatem & magnitudinem inuiſibilium animarum. Talia & ſuperius diximus. Si quis ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis credentibus in me. Alius autem forſitan dicit puſillum hic dici perfectum: ſm illud quod alibi ait. Qui autem minor fuerit in omnibus uobis: hic erit maior. Qui enim humiliauerit ſe imitator exiſtens illius q ſemetipſum humiliauit pro ſalute humana in medio omnium credentium: ſiue ille Apoſtolus fuerit: ſiue Epiſcopus ipſe eſt puſillus quem Chriſtus oſtendit. Talem ſe puſillum etiam Paulus oſtendit dicens. Mihi minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hæc. Sed huiuſmodi expoſitioni illud quod dicit: ſi quis ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis: &c̄. non uidetur cōuenire uel illud quod dicitur: ſic non eſt uoluntas patris mei qui in cœlis eſt ut pereat unus de puſillis iſtis: q̄m talis puſillus qui uere perfectus eſt non ſcandalizatur: nec perit: pax enim multa diligentibus legem dei: & non eſt illis ſcandalum. Et q̄m non perit puſillus huiuſmodi dicere poteſt. quis nos ſeparabit a charitate dei: quæ eſt in Chriſto Ieſu? &c̄. Sed q hanc expoſitionem æſtimat ueram: dicit quoniam & iuſti hominis anima uertibilis eſt: & ſcandalizatur aliquando: & ſi non facile ſicut teſtatur Ezechiel dicens: etiam iuſtum a mandatis dei poſſe recedere: ita ut non imputetur ei iuſtitia prior. Propterea dicit. Si qs ſcādalizauerit unum de puſillis iſtis: & quia non eſt uoluntas patris mei ut pereat unus de puſillis iſtis. Qualis autem expoſitio ſit uerior & tu ſicut potueris iudicabis.

¶ Poſt hanc parabolam ſequitur de ouibus centum: & una ex eis errata pariter & inuenta. Hanc ſicut potuimus tractauimus: exponentes euangelium: qđ eſt ſm Lucam: quoniam & ille memor fuit parabolæ huius. Ne ergo repetere uideamur: hic prætermittentes tranſmittimus ad expoſitionem Euangelii ſm Lucam: omnem uolentem cognoſcere quid ſenſerimus in iſta parabola.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus Petro. Si peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit: adhibe tecum adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſiæ. Si autem eccleſiam nō audierit: ſit tibi ſicut æthnicus/& publicanus.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione
Et eſt Homelia. VI.

VIdeamus ne forte ſententia hæc non de quocunq; peccato poſita ſit. Quod ſi aliquis qui nominatur frater peccauerit aliquid eorum peccatorum quæ ſunt ad mortem: utputa maſculorum cōcubitores factus autem adulter/aut homicida/aut mollis: numquid & iſtum talem ſicut aliquem modica peccantem: rationis eſt ut arguat ſolus ad ſolum: & ſi quidem audierit qui talia illa peccauit ſtatim eum dicere lucrifactum: & ſi non audierit nō prius eum expelli de eccleſia: niſi priuſq̄ & coram teſtibus argutus & ab eccleſia: perſtiterit in actu priori. Nō autem ignoramus quoniam ſequens alius uerba: & aſpiciens ad imenſam miſericordiam Chriſti dicere poteſt: quoniam cum uerba ipſa Chriſti nullam differentiam faciant peccatorum: ſuperfluum faciunt: & contra Chriſti miſericordiam: qui hæc ad minima tantum pertinere diſtinguunt. Sed eum qui taliter ſentit: non arbitror ad utilitatem cōmunem iſta ſentire. Alius autem ipſa uerba caute conſiderans: & nihil extrinſecus ſubaudire uolens: non de omni peccato hæc dicta defendit: quoniam qui grandia illa peccat: nec eſt frater: niſi forte nominetur frater. Differentia enim eſt inter fratrem: & eum qui nominatur frater. Et quoniam diſtant a ſe: propterea dicit Apoſtolus. Si quis frater nominatur in uobis: ſi autem fornicarius aut auarus: aut idolorum cultor: &c̄. cum talibus nec cibum ſumere. Nemo enim idolorum cultor: aut fornicator: aut auarus frater eſt. Et q̄uis nomē baiulet Chriſti: tamē frater nominetur: non aūt & proprie frater eſt. Sicut ergo æſtimatione eminentis miſericordiæ Chriſti: negligentibus peccandi occaſionem dat: qui ad omne peccatum generaliter hæc pertinere exponit: ſic econtra qui docet in minimis & humanis peccatis peccantem: & poſt argutionem teſtium: uel eccleſiæ fieri oportere ſicut publicanum & æthnicum in peccatis quæ non ſunt ad mortem: aut ſicut lex appellat in numeris: non mortiferis: aliquid crudelitatis uidetur inducere. Nec enim æſtimo cito aliquem inueniri in eccleſia: qui non iam ter in eadem culpa argutus ſit: utputa in detractione qua inuicem homines detrahunt proximis ſuis: aut in inflatione: aut in epulatione: aut in uerbo mendacii uel ocioſo: aut in tali aliqua culpa leui quæ etiam in illis qui uidentur proficere in eccleſia frequenter inueniuntur. Conſidera ergo ne forte & illos qui æſtimationem immenſæ miſericordiæ Chriſti: etiam ad peccata maiora hæc pertinere interpretātur. prærterit intellectus loci: & iſtos qui hæc ad minima peccata aſſerunt pertinere: & propterea peccatorem minimorum peccatorum niſi bis uel ter argutus emendauerit ſe: ſtatim ſicut æthnicum & publicanum fieri arbitrantur. Quid ergo is qui ter argutus quaſi æthnicus & publicanus factus fuerit argumenti/utrum omnino pereat: aut aliquid patiatur: deus ſcit. Nos autem pronuntiare non poſſumus: ſm quod ſcriptum eſt. Nolite iudicare: ut non iudicemini. Item. Nolite ante tempus quid iudicare: donec ueniat dominus qui illuminabit occulta tenebrarum: & manifeſtabit conſilia cordium. Primum quidem quoniam licet ei qui ter argutus non obaudiuit: in quarto audire: ut iam non ſit ſicut æthnicus: & publicanus. Memores enim eſſe debemus eius qđ dictum eſt. Sic nō eſt uolūtas pr̄is mei: ut unus ex minimis iſtis pereat. Sic enim oportet nos oēs p̄ſentari ante tribunal Chriſti: ut reportet unuſqſq; propria corporis prout geſſit ſiue bonum: ſiue malum. Deīde q̄a ſcriptum eſt ſm opa manuum ueſtrarum

continget uobis:& non multipliciter:aut dupliciter : aut
ſeptupliciter recipient de manu domini peccatores.Ali/
quando autem non ſm opera manuū hominis redditur
ei:ſed amplius q̃ peccauit.Hieruſalem enim ſicut docuit
Eſaias:duplicia recepit de manu domini ſua peccata.Vici
ni autem iſrael quicunq; ſunt illi:ſeptuplum recipiunt ſm
quod ait in pſalmo.Redde uicinis noſtris ſeptuplum in
ſinibus eorum.Et alii inueniūtur redditionis modi:quos
ſi intelligamus ſciemus quoniam expedit recipere in hoc
mundo.Nouiſſime autem quia non puriter dixit ſicut
æthnicus & publicanus:ſed ita ſit tibi.Qui ergo in pecca
to leui correptus ter:ſm quod diximus non ſe emendat:
nos quidem ſic eum debemus habere:quaſi publicanum
& æthnicum:abſtinentes ab eo:ut confundat̃.An autem
etiam a deo quaſi publicanus & æthnicus iudicetur:non
eſt noſtrum pronuntiare ſed eſt in iudicio dei.Conueniē/
ter autem adiunxit poſt tres arguitiones:facto aliquo ſi/
cut publicano & æthnico.Quæcūq; ligaueritis ſuper ter/
ram erunt ligata & in coelo:& quæcunq; ſolueritis ſuper
terram erunt ſoluta & in coelo.Iuſte enim ligauit qui ter
arguit:& non eſt auditus eum qui factus eſt ſicut publica
nus & æthnicus.Propterea ille talis alligatus eſt : & con/
demnatus eſt apud omnes qui ſunt in coelo.Ita & ſi argu
tus emendauerit ſe:ut iam funiculis peccatorum ſuorum
non ſit ligatus:iuſte ſolutus eſt:etiam ab eis q ſunt in coe/
lo.Tamen & illa quæ ſuperius ſoli Petro ſunt dicta:uidē/
tur etiam iſtis omnibus dicta:qui ter peccantes arguerint:
ſi auditi non fuerint:& alligauerint ſuper terram iudican
tes peccatorem:ſicut publicanum & æthnicum.Sed qm̃
oportebat aliquid maius habere Petrum præ illis qui ter
arguerant:ideo illi quidem ſic dicit.Et tibi dabo claues re
gni coelorum:& quæcunq; ſolueris ſuper terram : erunt
ſoluta & in coelis:& quæcunq; ligaueris ſup̱ terram:erunt
ligata & in coelis.Non ergo modica differentia eſt q̱ Pe/
tro quidem datæ ſunt claues:non unius coeli:ſed multo/
rum coelorum:ut quæcunq; ligauerit ſuper terram ſint li
gata:non tantum in uno coelo:ſed in omnibus coelis : &
quæ ſoluerit ſuper terram ſint ſoluta : non ſolum in uno
coelo:ſed in omnibus coelis.Ad eos autem q multi ſunt
ligatores & ſolutores in terra:ſic dicit:ut ſoluant / & alli/
gent:nō in coelis ſicut Petrus:ſed in uno coelo:quia non
ſunt in tanta perfectione ſicut Petrus : ut alligent uel ſol/
uant in omnibus coelis.Quanto ergo melior fuerit qui
ligat:tantum qui alligatur amplius q̃ in uno coelo alliga/
tur:& quanto melior fuerit qui ſoluit/tanto beatior erit q
ſoluitur/quoniam in omnibus ſolutus eſt coelis.Iterum
amen dico uobis quia ſi duo ueſtrum conſenſerint ſuper
terram de omni re quacūq; petierint/fiet illis a patre meo
qui in coelis eſt.Vbi enim duo uel tres fuerint congregati
in nomine meo:ibi ſum in medio eoꝝ.In primis uidea/
mus ſapienter ſi poteſt iſte conſenſus eſſe in multis:uel in
toto conuentu:ut in medio eorum ſit chriſtus qui angu/
ſta & tribulata uia eſt quæ ducit ad uitam:& pauci ſunt q
inueniunt eam.Forſitan autem hoc tali cōſenſu nec pau/
ci cōſentiunt ſibi p̱ omnia:ſed duo forte uel tres ſicut Pe/
trus/& Iacobus/& Ioannes quibus quaſi conſentienti/
bus ſibi per omnia oſtendit uerbum dei gloriam ſuam:ex
eo q̱ non habebat ſpeciem:neq; decorem : uertens ſe ad
gloriam ſuam:ut ueſtimenta ſua oſtenderet eis ſplenden/
tia ſicut lumen.Conſenſerunt autem & duo / Paulus &
Soſthenes ſcribentes corinthiis epiſtolam primam.Item
Paulus & Timotheus mittentes ſecundam.Et tres con/
ſenſerunt:ut eſſet chriſtus in medio eorum/Paulus & Sil
uanus & Timotheus ſcribentes theſſalonicenſibus.Item
in ueteri teſtamento inuenimus conſentientes tres ſuper
terram:ut eſſet in medio eorum uerbum dei : ſicut oſten/
dit ſuprascriptio pſalmi quadrageſimi primi continens
ita in fine in cōſenſu filiis chore.Cum eſſent tres filii cho/
re:quorum nomina inuenimus in exodo:Aſir:qui inter/
pretatur eruditio:ſecundi Helcana/quod intelligitur dei
creatura:tertii Abiaſaph quod interpretatur congregatio
patris:prophetiæ ergo non ſunt diuiſæ:ſed quaſi ex uno
ſpiritu:quaſi ex una anima:& ex una uoce:cōſenſu uide/
licet operāte in eis ſunt dictæ & ſcriptæ & locuti ſunt tres
quaſi unus dicētes.Sicut ceruus deſiderat ad fontes aqua
rum:ita deſiderat anima mea ad te deus.Dixerunt autem
& pluraliter in quadrageſimo tertio : Deus auribus no/
ſtris audiuimus.Ideo & Apoſtolus præcipit dicēs : ut ſi/
tis perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſentētia.Et in acti/
bus de conſentientibus dicit.Erat autem credentium cor
unum & anima una/quoniam facti fuerant unum : ſi ta/
men poſſibile eſt ſicut diximus in multis inueniri per om
nia unum ſentientes:ut nec modica ſit diſſenſio inter eos.
Non autem conſentiebant corinthii dicentes.Ego qdem
ſum Pauli:ego autem appollo:ego uero cephæ : & ego
chriſti:ſed erat in illis ſciſma:quo ſoluto congregabantur
cum ſpiritu Pauli:& uirtute domini Ieſu:ut iam nō eſſent
alius alium ſe mordentes:& comedentes:ut conſumeren
tur ab inuicem.Conſumit enim diſſenſus : ſicut congre/
gat conſenſus:& ſeparat Ieſum qui in medio conſentien/
tium ſibi ſolūmodo inuenitur.Et proprie qdem in duo/
bus iſtis generibus fit cōſenſus in fide:ſicut ait Apoſto/
lus:ut ſitis perfecti in eodem ſenſu:id eſt ſm eadem dog/
mata:& in eadem ſententia:id eſt ut ſimiliter conuerſen/
tur.Ideo dicit ſi duo ueſtrum conuenerint ſuper terram
de omni re quicquid petierint fiet eis.Manifeſtum eſt au/
tem quoniam ubi non ſit de omni re conſenſus:nec duo
conuenerunt ſuper terram.Et iſta eſt cauſa propter quam
non exaudimur orantes:quia non cōſentimus nobis per
omnia ſuper terram:neq; dogmate : neq; conuerſatione.
Adhuc autem ſi corpus ſimus chriſti:& poſuit deus ſin/
gula membra in corpore ut idipſum ſapiant membra : &
conſentiant/& ſollicita ſint:ut patiente membro uno cō/
patiantur omnia:& glorificato congaudeant omnia.De/
bemus in nobis muſicum iſtum ſeruare concentum.Si/
cut enim in muſicis niſi fuerit conuenientia uocum non
delectat audientem:ſic & eccleſia:niſi conſenſum habue/
rit non delectatur deus in ea:nec audit uoces eorum.Cō/
ſentiamus ergo ut congregatis nobis in nomine Ieſu : ſit
Ieſus in medio noſtrum:uerbum ſcilicet dei & ſapientia:
& uirtus ipſius.Eſt & alia expoſitio uerborum iſtorum
quam expoſuit aliquis ante nos exhortans ad caſtitatem
cōiuges.Si duo (inquit) ueſtrum cōuenerint:id eſt uir &
uxor ex conſenſu ſemetipſos ab inuicem ſeparātes a cor/
porali coniunctione:ut uacent orōni.Tunc enim orātes
de oi re quācunq; petierint cōſeqꝰntur p̱ſtante eis deo per
talem caſtitatis cōſenſum.Et iſte cōſenſus nō uidetur cō/
iugium ſoluere:ſed uirtutem cōtinētiæ exercere.Si autem
alter uoluerit

alter uoluerit caſte agere: alter uero noluerit/aut non potuerit:& propterea ille uolens & potens non condeſcenderit nolenti/& nõ potenti:nõ erit in eis quod dicitur de omni re quãcunq; petierint fiet eis. Scio & aliam expoſitionem. In malis enim hoĩbus peccatũ carnis aĩæ dñatur ad obediẽdum ei in deſideriis eius. In his aũt q expulerũt quaſi de throno corporis ſui pctm̃ qđ regnauerat prius in eis:& certant aduerſus eum:caro qdẽ cõcupiſcit aduerſus ſpiritum:ſpũs aũt aduerſus carnẽ. In uiris aũt perfectis obtinuit ſpiritus/& opera carnis mortificauit/& cõmendauit uitam ſuam carni:ut uiuificet mortalia corpora ſua: propter inhabitantem ſpiritum in eis:& fit cõſenſus duorum:ſpiritus:& carnis ſuper terram quo cõſenſu expleto:& oratio tranſmittitur corde qdem credenti ad iuſtitiam: ore aũt confitenti ad ſalutem:ut cor non ſit longe a deo: ſed cum eo:ut iam nõ labiis appropiet ei:& ſic fiunt duo congregati in nomine Ieſu. Adhuc aũt beatus eſt ſi tres cõuenerint in noĩe Ieſu:ut impleatur apoſtolicum illud uotum. Deus aũt ſanctificet uos ad perfectum:& integer ſpiritus ueſter/& anima/& corpus ſine macula ſeruet in aduentum dñi noſtri Ieſu Chriſti. Poteſt aũt fieri/ut duo cõueniant ſine tertio. Iucundum eſt aũt iſtum cõſenſum intelligere etiam circa conuenientia duorum teſtamentoꝝ: in quo enim teſtamenta duo cõueniunt ſibi:ut nullus ſit inter ea diſſenſus eoꝝ:inuenitur oratio de omni re acceptabilis deo. Si autem & tertium congregatorem duoꝝ requiris:non te pigeat dicere ſpiritum eſſe ſanctum:qm̃ ſermones ſapientium ſiue ante aduentum/ſiue in ipſo aduẽtu/ſiue poſt aduẽtum ſunt quaſi ſtimuli:ſunt quaſi fixorum implãtati/dati ab uno paſtore. Sicut enim duos boues altercantes ſtimulus cogit in unum uenire:ita & ſermo ſapientium duo teſtamenta conuenientia reddit:etiam ſi in quibuſdam incõuenientia uideant̃ apud eos q non pñt attingere ꝓfundum conſenſum eoꝝ. Nec illud ꝑtereas:qm̃ non dixit in medio eoꝝ ero:ſed in medio eoꝝ ſum. Ergo nõ medius futurus ẽ:neq; medius eẽ tardabit:ſed mox ut cõſenſerint inuenit̃ Chriſtus in eis:qm̃ & chriſtus cõſeſſus eſt ipſe. Tunc accedens Petrus dixit ei. Dñe/quotiens peccauerit in me frater meus/dimittam ei uſq; ſepties? Dicit ei Ieſus/nõ dico tibi ſepties:ſed uſq; ſeptuagieſſepties. Quod putatur ſimpliciter dictum a Petro: quaſi putanti ſeptem peccata fratri dimittere peccanti in ſe:octauum autem nequaq̃:a ſaluatore aũt quaſi docente proximi in ſe peccata non ſolum in ſe dimittere oportere:ſed etiam ſeptuaginta ſeptem:poſt ſeptuaginta autem ſeptem iam neq; fratri dimittere:ſatis mihi uidetur contemptibile & indignum:& quantum ad Petri profectum in Chriſto:& quantum ad Chriſti eminentiſſimum intellectum. Ergo ne forte etiam hæc uerba habent aliquem ſimilem ĩtellectum eis quæ dicuntur in Geneſi. Numerus ergo ſextus uidetur eſſe operis & laboris. Septimus aũt repauſationis. Et uide ſi potes intelligere/eum qdem qui diligit mũdum:& ea quæ ſunt in mũdo operat̃:& ſæcularia agit dicere ſepties peccare:et finem ei peccatorum eſſe numerum ſeptimum. Tale ergo aliquid intellexit Petrus ſeptem peccata æſtimans indulgere proximi ſui in ſe. Quoniam autem decades & hecatontades aliquem ſermonem cõmunem habent: ad numerum qui in monadibus eſt:& ſciebat Chriſtus extẽdere aliquos peccata ſua etiam ulterius:ꝑpterea æſtimo chriſtum iuxta ſeptẽnarium numerum:etiam ſeptuaginta addidiſſe:ut dicat remiſſionem fieri oportere fratribus ĩ hoc mundo degentibus:& ſm res huius mundi peccantibus. Si autem aliquis ſupergrediens ea peccata quæ fieri ſolẽt in rebus mundialibus/& ſæcularibus ultra peccauerit:ſi tamen & hoc poſſibile fuerit:iam non habebit iuſtam remiſſionẽ peccatorum ſuorum:quoniam remiſſio in iſtis rebus locum habet:& in iſtis peccatis iuſte præſtatur/ſiue tardius fiat remiſſio/ſiue cito. Non eſt ergo remiſſio/neq; fratri qui ſupra ſeptuagies ſepties peccat. Conſidera autem ſi potes & in natura omnium peccatorum ubicunq; /uel quandocũq; factorum/uel fieri potentium/quoniam eſt differentia cogitationem aliquam habens ad numeros:ut dicas omnium peccatoꝝ peſſima eſſe quæ ſunt ſupra numerum ſeptuaginta ſeptem:quando nec Ieſus conſiliatur Petro ſuo remittere ſupra numerum illum peccata:& ſi a fratre fiant in eum. Adhuc autem cõſidera ſi potes ſm ea quæ de Petro tradidimus:cui portæ non præualent inferorum. & hic intelligere eum: ut quaſi in Petrum aliquis peccet qui in talem peccauerit qualis fuit Petrus. Et ſm huiuſmodi quidem peccata eſſe eum in minori numero nõ habenti peccatorum remiſſionem.

Evangelium ſm Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cœloꝝ homini regi/qui uoluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cũ cœpiſſet rõnem ponere/oblatus eſt ei unus q debebat decem milia talenta: Et reliqua.

Homelia Origenis de eadem lectione. Numero. VII.

PRopoſitum quidem parabolæ uult docere faciles nos eſſe ad indulgendum eis qui nocuerint nobis: maxime ſi poſtq̃ nocuerint ſatiſfaciant nocitis nobis:& deprecẽtur dari ſibi ueniam eorum quæ offenderunt. Illud quoq; nos inſtruit quod etiam eorum peccatorum quæ iam nobis a deo ĩdulta ſunt reuocationẽ faciet deus/ etiam poſt indulgentiam:niſi indulſerimus offendẽtibus nos:ita ex corde:ut nec modicam aliquã memoriam offenſionum earum apud nos reſeruemus. Poſt hanc parabolæ uolũtatem:eſt quidem & ſimpliciter per ſingula uerba eam diſcutere uniuerſam:ut negociet̃ quis ex ipſa diſſenſione dictorum qui ſingula diligenter inquirit. Eſt et ſublimior expoſitio & miniſterialior ſm quã rõuis eſt quærere quis eſt rex & qui ſerui:& quod principium ponendi rationem cum ſeruis:& quis eſt debitor talentoꝝ multorum:& quæ uxor eius/& filii eius: & quæ omnia eius quæ rex uendi præcepit:ut reddatur debitum de facultatibus eius. Quid eſt egredi eum qui accepit indulgentiam talentorum multoꝝ: uel quis eſt ille conſeruus unus qui non patriſfamilias:ſed ſeruo indulgentiam debitoꝝ ſuorum conſecuto debebat:& qđ ſibi uult numerus centum denariorum:& quid eſt effocare/et dicere:redde quod debes:& quis eſt ille carcer in quem conſeruum ſuum detruſit indulgentiam conſecutus talentorum multorum:& q conſerui qui ſunt contriſtati:& domino nunciantes omnia facta:& qui ſunt tortores:quibus traditus eſt is q conſeruum ſuũ detruſit in carcerem:& quõ reddit tortoribus traditus omne quod debuit:ut iam nihil deberet. Iam nũc propoſitam expoſitionem tangamus. Simile eſt (inquit)

regnum coelorum homini regi. Si regnum coelorum aſſimilatum eſt cuidā homini regi. Videamus imprimis quid ſit hocipſum regnum coelorum quod aſſimilatum eſt homini regi: niſi filius dei: Ipſe eſt enim regnum coelorum. Et ſicut ipſe eſt ſapiētia: ipſe eſt iuſtitia: ipſe ueritas: ita ipſe eſt regnū. Regnum autem non alicuius eoꝝ qui ſunt deorſum: nec quorūdam eorum qui ſurſum habētur: ſed omnium qui ſunt ſurſum: qui appellati ſunt coeli. Secundum hoc dicere potes: qm̄ ipſorum eſt chriſtus ſm ꝙ ipſe eſt regnum/ regnans quotidie in ſenſibus eorum: ſicut eſt regnans & iuſtitia/ & ſapientia/ & ueritas: cæteræqꝫ uirtutes in eo qui factus eſt coelum per hoc ꝙ portauit coeleſtis imaginem. Hoc ergo regnum coelorum qm̄ factum eſt in ſimilitudine carnis peccati: ut de peccato dānaret peccatum: tūc ſimilis factus eſt homini regi uniens eum ſibi: & per omnia faciens eum ſibi unum: & ſm hoc myſterium ſuſcepti hominis: factus eſt Ieſus chriſtus: qm̄ qui coniungit ſe dn̄s: ſit ſpiritus unus cum eo. Hoc itaqꝫ regnum coelorum quod aſſimilatum eſt homini regi per anticipationem dicitur: quia uoluit ponere rōnem cum ſeruis ſuis. Nondum enim ponit. Poſiturus eſt aūt: ut appareat quō unuſquiſqꝫ domini ſui & regis probabilibus/ & intelligibilibus pecuniis uſus eſt. Quas quidam qdem amplius: alius autem accipit minus: ſm enim uirtutē uniuſcuiuſqꝫ alii quidem dantur quinqꝫ talenta quaſi tantum ſufficienti tractare: alii aūt duo quaſi minus potēti: alii autem unū: quaſi adhuc impotentiori. Et ſi quis conſideret uarietatē humanaꝝ aīarum/ & ingenia hominum diſtātia inter ſe: qm̄ iſte quidem facit ad plures uirtutes: ille autem ad pauciores: alius uero ad iſtas facit: ad illas autem non facit: forſitan intelligere poteſt quō unaquæqꝫ anima uenit cum aliquibus dominicis pecuniis in hunc mundum. Adhuc autē quæres utrum oēs homines ſerui ſunt regis huius: aut quidam quidem ſerui quos præſciuit & prædeſtinauit: alii autem non ſerui: ſed qui negociantur cum ſeruis. De quibus & dicitur cuidam ſeruo. Num oportebat te dare pecuniam meam ad menſam: ut ego ueniens cum uſuris recepiſſem eam? Et ſic requires utrum extra ſeruos habētur a qbus cum uſuris promittit ſe recepturꝫ dominus: non ſolum qui ſunt alieni a fide ſed etiam credentiū qdā: ſerui autem hi ſoli quantum ad iſtas parabolas qui diſpēſatores uerbi habentur: & quibus hoc eſt cōmiſſum: ut negocientur & fœnerent: nec enim omnibus cōſequens eſt intelligere dictum: negociamini donec redeo. Et ſequitur: ut cum poſita fuerit ratio cū ſeruis: requiratur etiam quæcunqꝫ fecerunt ſerui ad eos qui extra domum fuerant regis. Nec enim conſeruus inuenitur fuiſſe uillico illi iniquitatis qui centum tritici choros debebat: aut cētum olei batos: ſm ꝙ ipſe uillicus manifeſtat dicens. Quantū debes domino meo. Et non dixit dn̄o noſtro. Intellige autem mihi oēm quidem actum bonum lucrum dici: malū aūt diſpendium. Et ſicut eſt differentia inter lucrum: & lucrū pecuniarum: ſic & in bonis operibus differentia eſt inter bonum opus & bonū: ſic differētia eſt inter malum opus & malum. Quorum differentiam ſolus deus ſcit: qui poteſt talia iſta diſcutere: & ex ipſo affectu uerboꝝ/ uel actuū uidet quæ noſtra ex nobis uidentur: ſed non ſunt ex nobis. Et quod eſt opus magnū lucrū/ uel quod mediocre/ uel quod exiguum. Econtrario quod peccatum magnū diſpendium inuenitur cum ratio ponitur: uel quod minimum uel quod eſt damnum nouiſſimi quadrātis. Oīs ergo uitæ noſtræ ratio eſt ponēda a rege/ quādo oēs nos ꝓſentari oportuerit ante tribunal chriſti: ut reportet unuſquiſqꝫ propria corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malum: & adducetur ad ratiōem etiam omne uerbum ocioſum quod locuti fuerint homines: uel ſi quis aliqn̄ portauerit aliquem calicem aquæ frigidæ tantum in noīe diſcipuli. Hæc autem non ſic dici putamus quaſi opus habentia multo tempore: ut ponatur nobis ratio de oībus actibus uitæ noſtræ: ut ſuſpitio ſit rege ponēte ſingulis in tāta ſeruorum multitudine rationem: ne forte res ipſa neceſſarium habeat longum tempus: quoaduſqꝫ ad finem perueniant oīa: quæ ab initio mundi uſqꝫ ad conſumationē ſæculi non unius: ſed multoꝝ ſæculoꝝ ſunt geſta ab omnibus. Sed non eſt ita. Volens enim deus uentilare oīum mentes: ut unuſquiſqꝫ ſentiat proprios actus bonos uel malos/ cito oīa ab omnibus omni tempore geſta ſingulis quibuſqꝫ faciet in mēte ineffabiliter quadam uirtute. Nec enim ſicut uos uolentes in mentem facere alicui ea quæ fecit/ opus habemus tēpore ſufficienti ad cōſumatiōem eorum quæ dicuntur a nobis: & in memoriam rediguntur: ſic & deus opus habet tēpus uolens nobis in mente facere oīa quæ geſſimus in uita: ut cognoſcētes uniuerſa quæ fecimus: intelligamus propter quæ aut punimur: aut honoramur. Si quis autē celeritati diuinæ uirtutis circa hæc oīa conſumanda non credit: hic nōdum intellexit deum qui oīa fecit: & non indiguit ſpacio temporis alicuius ad faciendam coeli & terræ & oīum quæ in eis ſunt creaturā. Nam & ſi uidetur in ſex diebus feciſſe omnia deus: maxime quia dicit: hic eſt liber generationis coeli & terræ: qua die facta ſunt coelum & terra: audendum eſt tamen/ & dicendum: qm̄ tempus futuri iudicii non opus habebit ſpatio temporis: ſed ſicut reſurrectio dicitur futura in momēto/ in ictu: oculi ſic puto & iudicium fore. Poſt hæc uideamus quid eſt quod ait: incipiente eo ponere rōnem oblatus eſt ei debitor unus multorum talentoꝝ: Initium iudicii eſt incipiens a domo dei qui dixit ſicut ſcriptum eſt in Ezechiele angelis qui conſtituti fuerant ſuꝑ poenas. A ſanctis meis incipite. Quod initium ictui oculi ſimile eſt qm̄ in ictu oculi oīum ſanctoꝝ acta conſiderans iudicat eos: ſic & tempus ponendæ rationis erit quod concipitur mēte. Nec enim obliti ſimus quæ dicta ſunt ſupra de debētibus plura. Propter quod non quidem ſcriptum eſt: ponēte autem eo rationē ſed ita. Incipiēte aūt ponere rōnē: oblatus eſt in principio ponendæ rationis debitor multoꝝ talentorum qui ad milia multa fecerat damna/ & magna quidem ei erant iniuncta. Et creditus multa nullum dn̄o attulit lucrum: ita ut debitor efficeretur multoꝝ talentorum. Et forſitan ideo multoꝝ talentorum factus eſt debitor: qm̄ ſecutus eſt mulierem ſuper talentum plumbi ſedētem: cuius nomen iniquitas. Intellige autem unūquodqꝫ maximū peccatum dici talentū dāni dn̄ici: qualia peccant fornicatores: adulteri: molles: maſculorum concubitores: idolatræ: homicidæ: ſicut & iſte nihil modicum: ſed oīa magna & peſſima peccauit: q oblatus eſt regi. Qui forſitā tot talenta perdidit: quātos perdidit hoīes qui receperunt eum in ſe talia operantem peccata: grāde eſt enim homo/ & honorabile uir miſericors/ & honorabile quaſi talentū

dignum

dignum ſiue aureum qualis fuit lucerna illa talenti aurei
ſiue argenteum talentum : aut cuiuſlibet alterius metalli
intelligibilis : quorum myſteria in uerbis dierum ſcripta
habentur:ſicut & Dauid ditatus talentis multis:quoꝝ &
numerus eſt oſtenſus in talentis aureis tantis:& argenti tā
tis:& reliquoꝝ metallorum quæ illic noiantur:ex quibus
fabricatum eſt templum. Et cum non haberet unde redde
ret:iuſſit eum uendi/& uxorem eius:& filios eius : & oia
eius:& reddi debitum. Opus eſt ergo dicere ſm uolunta/
tem Chriſti:quis eſt debitor talentoꝝ multorum : & quæ
uxor eius:& qui filii eius:& oia eius:& quis eſt debitor q
ipſi debitori debebat:& qui cōſerui uidentes hunc qdem
effocantem:illum autem effocari. Et ſicut eſt quidem uere
confiteor neminem exponere poſſe:niſi ſolum chriſtum/
qui diſcipulis ſuis oia ſecrete ſoluit:ueniēs in ſenſum eo/
rum:& aperiens eis parabolarum theſauros/obſcuros/ſe/
cretos/inuiſibiles:& confirmans demonſtrationibus idu
bitabilibus:aut eum quem uoluerit illuminare ſcientiæ lu
mine:ut intelligat oia parabolæ huius:ſiue autem poteſt
eſſe diabolus:ſiue homo peccati:ſiue & neuter eorum:aut
alius aliquis eorum qui ſub diabolo ſunt. Eſt enim ſapien
tiæ hoc opus. Quādo autē ſm parabolam homo rex uo/
luit ponere rationem? Videre eſt dignum:& ad quod tem
pus quæ dicuntur referre debemus. Si enim poſt conſu/
mationem aut ſub ipſa conſumatione ſm tempus ſperati
iudicii:quō quis ſoluet quod dicitur de eo qui denarios
centum debebat:& effocabatur ab eo qui multoꝝ talēto/
rum ueniam fuerat cōſecutus? Si autem ante iudicium qs
poteſt oſtendere poſitam rōnem ab homine rege cum ſer
uis ſuis? Dicimus igitur qm̄ uidetur de temporibus iudi/
cii prædictis hoc fore. Probatio autē huius eſt una qdem
parabola iſtius ipſius euangelii poſita in extremo. Altera
autem ſm Lucam. Sed ne exponētes eam prolongemus
ſermonem. Breuiter dicimus qm̄ parabola quidem ſm
Matthæum:homo quidā peregre profectus uocauit ſer/
uos ſuos:& tradidit eis ſubſtantiā ſuā. Et alii qdem qnq;:
alii autē duo:alii autem talentum unū. Et poſt multum tē
pus reuerſus eſt dominus ſeruorum eoꝝ. Et hiſ ipſis ſer/
monibus ſcriptum eſt qm̄ poſuit rationem cū ſeruis ſuis.
Conſidera ergo quod ait:& poſuit rationem cū eis & cō/
fer cum iſto quod dictum eſt:incipiente autem eo ponere
rōnem:& uidebis qm̄ peregrinationem quidem patriſfa/
milias appellauit tempus ſm quod donec ſumus in cor/
pore peregrinamur a deo aduentum eius:qn̄ poſt multū
tempus uenit dn̄s ſeruorum eorum tempus eſſe iudicii cū
uenerit in conſumationem. Secundū Lucam autem cla/
rius manifeſtat:qm̄ homo quidam nobilis profectus eſt
in regiōem longinquā accipere ſibi regnū:& reuerti. Pro/
ficiſcens autem uocauit decem ſeruos ſuos : & dedit illis
dēcē mnas:& dixit eis. Negociamini dum uenio. Iſte aūt
nobilis uir qui odiebatur a ciuibus ſuis qui miſerant lega
tionem poſt eum:nolentes eum regnare ſuper ſe:reuerſus
eſt regno accepto:& uocauit ſeruos quibus dederat pecu
niam ut uideret quæ eſſet negociatio eoꝝ. Quis ergo nō
dicat qm̄ nobilis ille homo qui abierat in regionem lon/
ginquam accipere ſibi regnum & reuerti : chriſtus eſt qui
abiit accipe regnum & mundi:& omniū quæ in eis ſunt?
Qui autem decem acceperant mnas:ſunt qbus diſpenſa/
tio uerbi credita eſt. Ciues autem eius ſm ꝙ natus fuerat
in hoc mundo:& ſuſceperat humanam naturam qui no/
luerunt eum regnare:iudæi ſunt qui ei credere noluerūt:
& cæteri infideles. Hæc retulimus ex eis uolentes oſtende
re:qm̄ & hoc quod dicit qui uoluit ponere rōnem cum
ſeruis ſuis/ad tempus conſumationis refertur qn̄ etiam
rex eſt regno accepto:quo accepto uoluit ponere rōnem
cū ſeruis ſuis:& incipiente eo ponere oblatus eſt ei unus
debitor talentoꝝ multoꝝ. Oblatus eſt autem quaſi regi a
ſuis miniſtris uidelicet angelis. Et forſitan unus eſt iſte cui
cōmiſſa fuit quædam uillicatio magna:& quia non bene
uillicauit:ſed diſperſit oia ſibi cōmiſſa:quaſi factus debi/
tor talentorum multorū : hic non habens unde redderet
iubetur uænūdari a rege:cum uxore:cui cōicās factus eſt
pater multoꝝ natorum. Opus eſt autem non mediocre ui
deri in intelligibilibus patrem/& matrem/& filios. Sicut
enim Hieruſalem quæ ſurſum eſt Pauli:& omnium ſimi/
lium ei ſic mater eſt quorūdam quidem ſyene ægypti:uel
mēphis:alioꝝ autem tyrus & ſydon/& cæteræ ciuitates
quæ noiatæ ſunt in ſcripturis gentium impiaꝝ. Et ſicut
hieruſalem ſpōſa eſt ornata uiro ſuo chriſto:ſic & illæ ma
tres uiroꝝ quorūdam poſſidentiū eas coniuges ſunt:uel
ſponſæ. Et ſicut ſunt quidā filii hieruſalem quaſi matris:
& chriſti quaſi patris:ſic ſunt quidam filii ſyenes uel mē/
phitis:uel tyri:uel ſydonis:& præpoſitorum eis principū
quaſi patrum. Et forſitan & iſte unus qui oblatus eſt ho/
mini regi habet uxorem:& filios quos primum quidem
iuſſit rex uænundari. Poſtea autem miſertus dimiſit ei om
ne debitum non ignorās futura:ſed ut nos diſcamus qd
actum eſt. Vnuſquiſq; ergo habētium ſm quod diximus
uxorem/uel ſponſam/uel filios : daturus eſt rationem cū
uenerit rex ponere rationem. Et ſi in initio ponendæ ra/
tionis oblatus eſt:unuſqſq; enim eoꝝ habet & debitores
quaſi princeps alicuius uel ſyenes:uel memphitis:uel tyri:
uel ſydonis:uel alicuius huiuſmodi. Iſte ergo dimiſſus eſt
& indulgentiam conſecutus exiens a rege inuenit unū:de
cōſeruis ſuis q debebat ei denarios cētū:& effocabat eū di
cens. Redde ſi qd debes. Ideo arbitror effocabat eum:qm̄
a rege exierat. nec enim effocaret cōſeruum ſuum:niſi ex/
ceſſiſſet a Rege. Adhuc conſidera ſubtilitatem ſcripturæ:
qm̄ ſeruus quidam multoꝝ talentorum debitor : proci/
dens adorauit regem quaſi regem:qui acceperat regnum:
& uenerat ad rationem ponendam. Qui autem centum
denarios debebat:procidens nō adorauit:ſed rogauit cō/
ſeruum dicens:patiētiam habe in me: & oia reddam tibi.
Et rex quidem miſertus dimiſit eum cum debito uniuer/
ſo. Iſte autem nec miſereri uoluit ſuo conſeruo. Et ille qui/
dem & priuſq̄ dimitteret non miſit in carcerem debitorē
talentorum multoꝝ:ſed iuſſit eum uænundari/& uxorē/
& filios eius:& reddi debitum. Iſte autem uadens in car/
cerem miſit cōſeruū:donec redderet quod debebat. Sunt
autem & conſerui quidam eius qui indulgentiam eſt cō/
ſecutus talentorum multorū qui uidentes quæ facta ſunt
a ſeruo immiſericorde habentes uidelicet miſericordiam
ſimilem regis contriſtati ſunt ualde ſuper eum qui centū
debebat denarios:& in carcerem fuerat miſſus:& uolētes
iuuare miſſum in carcerem enarrauerūt domino quæ fue
rant acta. Et uide quia non eſt ſcriptum:detraxerūt/uel di/
xerunt:ſed enarrauerunt. Et tunc uocās eū dominus eius:
dixit ei quod non dixerat prius. Sicut enim pius/& miſe/

ricors rex non dixit in primis ſibi ei oblato quaſi debitori
talentorum multorꝫ:ſerue neq̃/& male:hoc enim reſerua/
uit:ut non de pecuniis/ſed de conſeruo in carcerem miſſo
diceret. Tunc autem/& ĩproperauit ei de indulgentia de/
bitorꝫ donata propter petitionem. Vide autem & humi/
litatem regis:qm̄ aliud qdem fecit debitor talentorꝫ mul/
torum:aliud aũt noiat rex. Debitor enim ille ꝓcidens ado
rauit eum dicens. Dñs aũt eius:& rex uocãs eum nõ dixit/
oẽ debitũ dimiſi tibi qm̄ adoraſti me:ſed qm̄ rogaſti me.
Et iratus tradidit eum tortoribus: donec redderet omne
debitũ. Et iam non iuſſit eum uænum dari/& uxorem eius
& filios eius:qa peius eum oportuerat pati:propter mali/
tiam ſuam traditum tortoribus:donec redderet omne de/
bitum tortus ab eis. Qui autem ſunt iſti tortores:qui con
ſtituti ſunt ſuper poenas. Et factum eſt cum conſumaſſet
Ieſus ſermones iſtos/tranſiit inde/& uenit in fines iudææ
& reliqua. Non ad mediam iudæam/ſed ad fines ubi erat
Iordanis diuidens uſqꝫ trans illum ſequutæ ſunt eum tur
bæ multæ: quos & ſanauit in ipſis finibus iudææ trans
Iordanem ubi baptiſmum dabatur hominibus. Et forſi/
tan ideo dicitur de turbis ſequẽtibus dñm ad baptiſmum
Iordanis:& ſanauit eos ibi. Vere enim omnes ab infirmita
tibus ſuis ſpiritalibus ſaluantur in baptiſmo. Qui autem
in Iordane fuerit baptizati q eſt in myſterio chriſti ex duo/
bus finibus factus.diuinitatis & carnis. Cõſidera autem
differentiam turbarum:& Petri q omnia reliquerat & ſe/
cutus fuerat eum. Turbæ enim nõ dixerunt ei quod dixit
Petrus:ecce nos omnia reliqmus/& ſecuti ſumus te:quid
utiqꝫ erit nobis? Et in turba qdem ſcriptum eſt. Et ſecutæ
ſunt eum turbæ multæ. Matthæus autem dicente dño ſi/
bi ſequere me non ſimpliciter ſecutus eſt:ſed ſurgens ſecu
tus eſt. Magnum enim eſt ſurgere/& ſic ſequi Chriſtũ. Er/
go multi qdem ſequuntur Chriſtum ſicut turbæ ſecutæ
ſunt:tñ non ſurgentes/ut ſequant̃:neqꝫ relinquentes om/
nia ſua propria. Pauci ſunt autem q ſurgentes ſequuntur:
& omnia relinquentes. Acceſſerunt aũt ad Ieſum ſcribæ et
phariſei/tentantes eum & dicentes. Si licet homini dimit/
tere uxorem ſuam quacũqꝫ ex cauſa? Ergo accedentium/et
interrogantium Chriſtum:erant qdam tentantes. Tenta/
to autem dño tali quis diſcipulorum eius grauiter ferat:q
poſitus eſt ad docendum:ſi tẽtatus fuerit a qbuſdam? Ta
men tentatoribus reſpondit dogmata pietatis. Quidam
ergo dicebãt. Si licet homini dimittere uxorẽ ſuam qua/
cũqꝫ ex cauſa? Quibus reſpõdens dixit. Num legiſtis:qm̄
qui fecit ab initio maſculum & foeminam fecit eos. Et di/
xit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ & iun/
getur uxori ſuæ:& erunt duo in carne una. Itaqꝫ iam non
ſunt duo/ſed caro una. Quod ergo deus cõiunxit/homo
non ſeparet. Et puto ꝙ phariſei q dicebant:ſi licet homini
dimittere uxorem ſuam quacũqꝫ ex cauſa:ideo ꝓpoſuerũt
hoc uerbum:uolentes eum reprehendere quicqd dixiſſet:
ut ſi qdem dixiſſet:licet dimittere:culparẽt eum quaſi ſol/
uentem coniugia:ſi autem dixiſſet nõ licet:iterum culpa/
rent eũ quaſi iubentem uiros conuiuere mulieribus etiam
cum peccatis. Non autem uidebant qũo eis manifeſte &
irrepræhenſibiliter fuerat reſponſurus. Sic & alibi interro
gauerũt eum. Si licet dare tributum Cæſari? ut ſi qdem di/
xiſſet date/culparent eum quaſi ſubdẽtem hominibus po
pulum dei:& addicentem eum Romanis/& non legibus
dei. Si autem dixiſſet non licet dare:iterum culparent eum
quaſi ſeditiones/& proelia concitantem:& facientem po/
pulum diſcedere a Cæſare/q mundum tenebat. Vide aũt
qũo irrepræhenſibiliter reſpondit. Primum qdem interro
gantibus ſi licet dimittere uxorem quacunqꝫ ex cauſa/di/
cens. Num legiſtis qm̄ qui fecit maſculum & foeminam
fecit eos &c̄. Ad illud autẽ quod obiecerũt dicentes:qũo
Moyſes præcepit dare libellum repudii/ait. Propter duri/
tiam cordis ueſtri. Vidit enim quia non omnis cauſa iuſte
ſoluit coniugium. Sed qm̄ oportet uirum cohabitare mu
lieri quaſi uaſi infirmiori/& reddere ei honorem: & ſuſti/
nere onera uitiorꝫ eius:eos qui in littera legis gloriabãtur:
ex ipſis Moyſi ſcripturis cõuicit dicens. Num legiſtis qm̄
qui fecit ab initio maſculum & foeminam fecit eos? Et cæ
tera. Tamen qm̄ tetigimus iſtum locum ubi & illud ſcri/
ptum dicitur:hæc uocabitur mulier/qa de uiro ſuo aſſum
pta eſt:ſciẽdum qa nihil proprium habet quãtum ad græ
cum/uel ad latinum ſermonem/ut ideo uocetur mulier:
qa de uiro ſuo aſſumpta eſt. Propterea legentes hebraica i/
uenimus originationem iſtam cõuenienter poſitã in hæ/
breo. Habet autem hæbraicum ita quod intelligitur
& mulier et aſſumpta. Apud hæbreos enim mulier aſſum
pta uocatur. Item quod eſt a uiro. Vides qũo
iunctum eſt iuxta id eſt a uiro ſumpta. Vnde
Theodocion ſic poſuit. Hæc uocabitur mulier ſumptio:
quia de uiro ſuo ſumpta eſt. Symmachus aũt ita:hæc uo/
cabitur quod eſt mulier a uiro. Et quod debet
eſſe inter eos qui ex deo iunguntur dignum deo:qui iun/
xit addidit/dicens. Itaqꝫ iam non ſunt duo. Vbi enim con
cordia eſt/& cõſenſus uiri ad mulierem/& mulieris ad ui/
rum:huius qdem quaſi principis:illius autem quaſi obſe
quentis:ſm quod dictum eſt:& ipſe tui dominabitur:ue/
re de eis dicitur iam non ſunt duo. Ergo deus eſt qui cõ/
iunxit duos in unum/ut iam non ſint duo:ubi ex deo cõ/
paratur uxor uiro. Et qm̄ deus cõiunxit/ideo gratia eſt in
eis:quos deus coniunxit. Quod Paulus ſciens caſtam cõ/
iunctionem gratiam appellauit/dicens. Volo omnes eſſe
ſicut meipſum:ſed unuſqſqꝫ propriam habet gratiam ex
deo. Alius qdem ſic:alius autẽ ſic. Qui enim ex deo ſunt
iuncti/& ſapiunt/& faciunt quod mandat Apoſtolus ui/
ri diligite uxores ueſtras ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã. Item
mulier ut timeat uirum ſicut eccleſia Chriſtum:eorꝫ con/
iunctio gratia dei eſt. Sed qm̄ Apoſtolus profert:& erunt
duo in carne una:ſacramentum hoc magnum eſt:ego aũt
puto in Chriſto/& in eccleſia:dicendum eſt qm̄ nõ dimi/
ſit Chriſtus primam uxorem ſuam:id eſt primam ſynago
gam:ſm aliam ſpẽm ſpiritalem ſeruans quod dictum eſt:
qd᷑ deus coniunxit homo non ſeparet:niſi quando adul/
tera eſt uxor illa:corrupta ab adultero inimico:cuius con/
ſilio & inſidiata eſt uiro:& interficere eum uoluit dicens.
Tolle de terra huiuſmodi:& crucifige/crucifige eum. Illa
ergo potius abſtinuit:q̃ uir eius eam dimiſit. Et reliqt pro/
pter eccleſiam Chriſtus uir patrem cum quo erat/cum in
forma dei eſſet. Reliquit etiam matrem cum eſſet et ipſe fi/
lius hieruſalem quæ erat ſurſum ſm corpus:& cõiunctus
eſt uxori ſuæ:iſti quæ ceciderat huc:et facti ſunt duo in car
ne una. Propterea enim & ipſe caro eſt factus, cum eẽt uer
bum:& habitauit in nobis/& ſunt una caro:qm̄ de mulie
re eccleſia dicitur. Vos eſtis corpus Chriſti: & membra ex
membro.

membro.Nec eſt aliud corpus chriſti a corpore eccleſiae: ſed unum ſunt corpus:Et deus illos uniuit mandans:ut homo non ſeparet eccleſiam a chriſto:quos deus coniuxit.Vnde omnis anima quae cognoſcit ſe inſeparabilem eſſe a chriſto:ſic dicit.Quis nos ſeparabit a charitate chriſti:tribulatio an anguſtia?& caetera.Et confido:quia neq; mors neq; uita neq; aliquid eorum quae ſequuntur poterit nos ſeparare a charitate dei quae eſt in Chriſto Ieſu. Poſt haec accedamus ad uerbum phariſeorum quod dixerunt ad Ieſum.Quid ergo moyſes praecepit dare libellum repudii:& dimittere?Quoniam moyſes legem ſcribens non tantum aſpexit quae ſit uera iuſtitia:ſed ſm infirmitatem eorum propter quos lex ponebatur cōdeſcendens plura mandauit ſicut eſt & lex dandi repudii.Quoniam autem ſm infirmitatem eorum dabatur:& non ſm iuſtitiam ſubiectus ſermo demonſtrat:dicens.Ab initio autem non fuit ſic.Et in nouo quoq; teſtamento ſunt q̃dam nō ſm ueram iuſtitiam:ſed ſm duritiam cordis hominum carnalium conſtituta:utputa ꝓpter duritiam cordis ueſtri lex data eſt dicens.Bonum eſt mulierem nō tangere.Propter fornicationem autem unuſquiſq; propriam habeat uxorem:& unaquaeq; proprium uirum:& caetera. Si autem hoc propter duritiam cordis noſtri mandatum eſt:quantomagis illud propter duritiam cordis noſtri eſt quod alibi dicit:de uiduis uolētibus iterum nubere:ꝙ ſi non ſe continent,nubant:melius eſt enim nubere q̃ uri. Scio enim quoſdam qui praeſunt eccleſiis:extra ſcripturam permiſiſſe aliquam nubere uiro priori uiuente:& cōtra ſcripturam quidem fecerunt dicentem:mulier ligata eſt quanto tempore uiuit uir eius.Item uiuente uiro adultera uocabitur:ſi facta fuerit alteri uiro:non tamen omnino ſine cauſa hoc permiſerunt:forſitan enim propter huiuſmodi infirmitatem incontinentium hominum peiorum comparatione quae mala ſunt permiſerunt aduerſus ea quae ab initio fuerant ſcripta.Dico autem uobis:quoniam quicunq; dimiſerit uxorem ſuam:niſi ob cauſam fornicationis:& aliam duxerit,moechatur. Forſitā audax aliquis:& iudaicus uir aduerſans doctrinae ſaluatoris noſtri dicet quoniā & Ieſus dicens:quicunq; dimiſerit uxorem ſuam excepta cauſa fornicationis facit eam moechari: permiſit uxorem dimittere quemadmodū moyſes quem retulit propter duritiam cordis iudaeorꝫ hoc praecepiſſe: & hāc ipſam inquiet eſſe cauſam fornicationis per quam iuſte uxor a uiro dimittitur:ſm quam & moyſes praecepit dimittere uxorem:ſi inuenta fuerit res turpis in ea.Sed ad hoc ita eſt reſpōdendum:quoniam ſi ſm legem adultera lapidat̃:manifeſtum eſt quoniam non ſm hoc intelligitur res turpis.Nec enim in cauſa adulterii oportet dare libellum repudii.Sed forſitan Moyſes omnem culpam mulieris:turpem rem appellauit.Quae ſi inuenta fuerit in uxore non inueniēti gratiam coram uiro ſuo:ſcribitur ei libellus repudii:& dimittitur de domo mariti.Quod ab initio non ſic fuit.Poſt hoc autem dominus non permittit:propter aliam aliquam culpam uxorem dimittere:niſi propter ſolam cauſam fornicationis:dicens.Quicūq; dimiſerit uxorem excepta cauſa fornicationis:facit eam moechari.Quaerēdum eſt autem:ſi propter ſolam cauſam fornicationis dimittere iubet uxorem:quid ſit ſi mulier non quidem fuerit fornicata:ſed aliud quid grauius fecerit:utputa uenefica inueniatur:aut interfectrix cōmunis infantis nati:aut in quocunq; homicidio:aut exportans domum,& male diſpergens ſubſtantiam uiri:aut furta uiro faciens:ſi iuſte huiuſmodi mulier dimittatur cum dominus excepta cauſa fornicationis dimittere uetet:ex utraq; enim parte aliquid inhoneſtum uidetur.Neſcio autem ſi uere inhoneſtum. Talia enim mulieris ſuſtinere peccata quae peiora ſunt adulteriis:& fornicationibus irrationabile eſſe uidebitur.Item facere contra uoluntatem doctrinae ſaluatoris:omnis confitebitur impium eſſe.Diſputo ergo quia non praeceptiue mandauit:ut nemo dimittat uxorem excepta cauſa fornicationis:ſed quaſi exponens rem dixit.Qui dimiſerit uxorē excepta cauſa fornicationis facit eam moechari.Et uere quidem quantum ad ſe facit eam moechari:dimittens eā non moechātem.Si enim uiuente uiro adultera uocatur:ſi facta fuerit altera uiro:ſine dubio qui dimittit dat ei occaſionem ſecūdarꝫ nuptiarum.Et propter hoc facit eam moechari.Sed uir qui quātum ad ſe uxorem dimittens fecit moechari:utputa ueneficam,uel homicidam,aut aliquid huiuſmodi conſtitutam:ſi iuſtam excuſationem habet apud deum tractabis. Poteſt autem & citra dimiſſionem propter alias cauſas facere uir:ut uxor eius moechetur:utputa qui ſupra menſuram permittit uxorem ſuam agere quod uult:& in amicitiam deſcendere uirorum quorꝫ uult:frequenter enim ex ſimplicitate uirorum huiuſmodi uitia nutriūtur in mulieribus.Sed ſi eſt excuſationis locus uiris talibus i huiuſmodi caſibus diligenter requirens pronūcia:Item & qui abſtinet ſe a muliere ſua frequēter facit eam moechari non adimplens auiditatem ipſius:forſitan ſpe irrationabili ſanctitatis,& caſtitatis ductus.Et forſitan iſte amplius reprachenſionis dignus q̃ ille qui quantum ad ſe facit eam moechari dimittens non q̃dem fornicantem:in ueneficio autem:uel in homicidio:uel in quibuſcunq; aliis grauioribus peccatis inuētam.Qua enim ratione adultera eſt mulier q̃uis legitime nubere uideatur uiro uiuente:eadem ratione & uir q̃uis legitime accipere uideatur dimiſſam ab aliquo uiro non accipit legitime ſm ſententiam Chriſti: ſed magis moechatur:quaſi alienam accipiens.Poſt haec intelligētes apoſtoli quanti ſint caſus inter cōiuges quos debet uir ſuſtinere:& propterea tenere quidem interitum eſſe:dimittere autem peccatum eſſe in domino:reſponderunt ei quaſi ad rem facilem refugientes ad caſtitatem:& magis utilem:& dixerunt.Ergo non oportet nubere ſi ita eſt cauſa uiri cum muliere.Ad haec autem chriſtus reſpōdit dicens:gratiam eſſe donatam a deo continentibus ſe omnino.Quae gratiam non ſolum per continētiam apprachēditur:ſed multis orationibus a deo praeſtatur.Hoc enim ſignificat dicens,non omnes capiunt hoc uerbum: ſed quibus datum eſt.Quoniam autem quidam calumniantur ꝙ chriſtus ait:quibus datum eſt:quaſi excuſationem habentes:& uolentes quidem eſſe in caſtitate:nō autem praeualentes.Quibus eſt reſpondendum.Si quidem accipimus ſimpliciter quod dictum eſt:ſed q̃bus datum eſt:non autem attendimus quod alibi dicit:petite & dabitur uobis:& omnis qui petit,accipit:aut fideles non ſumus:aut ſcientes ſcripturas:qui enim uult capax eſſe uerbi quod de caſtitate poſitum eſt:petat credens dicenti & accipiet non dubitans de illo quod dictum eſt.omnis qui

petit accipit. Quis eſt ergo qui petit? Qui credit chriſto dicenti. Si ſteteritis orantes: credite quoniam accipietis. Debet autem qui petit omnia facere quantum ad ſe: ut oret ſpiritu/oret & mente memor apoſtolici uerbi quod ait: ſine intermiſſione orantes. Vtile eſt autem & ſcire quid debeat petere quis: ut mereatur accipere. Et quod ait: dico uobis: & ſi non dabit ei ſurgens propterea ꝙ amicus eſt eius: tamen propter importunitatem eius dabit ei quantos uoluerit. Et addit. Et ego uobis dico. Petite & dabitur uobis: quærite & inuenietis: pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui quærit inuenit: & pulſanti aperietur. Sunt eunuchi: qui ex utero matris ſuæ nati ſunt ſic. Et ſunt eunuchi: qui ab hominibus facti ſunt. Et ſunt eunuchi: qui ſeipſos eunuchos ſecerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat. Priuſq̃ exponamus quæ nobis uidentur in loco: notum facimus duas eſſe expoſitiones lico iſtius. Quorũdam qdem duas eunuchizationes carnales aſpicientes: quaſi conſequenter dicere æſtimantes: auſi ſunt etiam tertiam eunuchizationem dicere corporalem: utputa qui propter timorem dei corporaliter eunuchizant: & obiecerunt ſe obprobriis: & confuſionibus nõ ſolum apud alienos fidei: ſed etiam apud eos qui ignorantiæ hominum ignoſcere ſolent. Alii autem: & plærīq; ſic intellexerunt non diſcutientes modum conſequentiæ uerborum: duas quidem eunuchizationes priores ſimiliter prioribus expoſitoribus carnales eſſe dixerunt: & nihil ſpiritaliter intelligendum in eis. Tertiam autem eunuchizationem dixerunt ex uerbo: non corporalem quãdo ſpe regni cœleſtis a ſeueriſſimo uerbo præcidunt cõcupiſcentiæ paſſionem. Et primi quidem facti amatores euangelicæ litteræ: & non intelligentes quod etiam hæc in parabolis loquutus eſt Ieſus: conſequenter prioribus eunuchizationibus duabus corporalibus intellexerunt & tertiam: non quidem peccantes quantum ad cõſequẽtiam. Neceſſariæ autem peccauerunt: quoniam ab initio duas illas eunuchizationes corporaliter tantum intelligi putauerunt. Conſequens enim erat poſtq̃ priores corporaliter intellexerunt: ut tertiam quoq; corporalem æſtimarent. Secundi autem interpretatores tertiam quidem eunuchizationem ſalubriter expoſuerunt fieri uerbi præciſione. Non autem conſiderauerunt quoniam talis expoſitio cõueniens erat etiam in prioribus eunuchizationibus duabus: ſm̃ ſimilitudinem illius tertiæ. Quibus autem diſplicet qm̃ eſt & euangelica littera occidens: audiat (exempli gratia) quod dicit ad Apoſtolos ſuos. Quando miſi uos ſine ſacculo & pera & calciamentis: an ne aliquid uobis defuit? Qui dixerunt. Nihil. Reſpondit Ieſus. Sed nunc q habet ſacculum accipiat ſimiliter & peram: & qui non habet uendat ueſtimentum ſuum: & emat gladium. Si quis ergo litteram uolens aſpicere: & non intelligens uoluntatem uerborum uendiderit ueſtimentum ſuum corporale: & emerit gladium talem: contra uoluntatem Chriſti ſuſcipiens uerbum eius: peribit. Forſitã & in gladio peribit. De quo autem gladio dicat: non eſt loci huius exponere. Sed & illud aſpiciat: neminem in uia ſalutaueritis. Si quis non diſcutiens quid uolens Ieſus hoc loco præcepit: quaſi zelans uitam Apoſtolorum: neminem in uia ſalutaueritis: quaſi inhumanus & ſtultus uidebitur omnibus & ſic docebit odire omnes uerba Chriſti: quaſi agreſtes & inhumanos docentia homines eſſe. Forſitan autem & morietur in odium cunctorum deductus: littera ſe occidente. Si autem & dextrum quis oculum eiciat: aut manum: aut pedem: poſt obprobrium iſaniæ: infructuoſum patietur interitum: nos autem ſi ſpiritales ſumus: uerba ſpiritus ſpiritaliter accipiamus: & de tribus iſtis eunuchizationibus ædificationem introducentes moralem. Eunuchi nunc moraliter abſtinentes ſe a ueneris ſunt appellandi. Eorum autem qui ſe cõtinent: differentiæ tres ſunt. Et quidam qdem ſunt natura frigidiores præ cæteris uiris de quibus recte dicitur. Sunt quidam eunuchi: qui de utero matris ſuæ naſcuntur ſic. Quidam autem cõtinentes ſunt propter uerba hominum: quorum concupiſcentiam uirilem præcidit nõ uerbum diuinum: ſed uerba humana: utputa q philoſophati ſunt apud antiquos in gentibus: aut apud eos qui prohibent nubere apud hæreſes: iſti ſunt eunuchi qui ab hominibus fiunt. Qui autem ſuſcipit uerbum uiuum: & efficax: & acutius ſuper omnem gladium bis acutum & gladium ſpiritus ſicut ait Apoſtolus: & præciderit concupiſcentiam ſuam: corpus ſuum non tangens: & hoc fecerit non incitatus propter timorem hominum: neq; propter laudem humanam: ſed ꝓpter ſolam ſpem regni cœleſtis: iſti ſunt qui eunuchizauerunt ſeipſos propter regnum dei. Magna ergo res eſt propter regnum dei ſuſcipere eunuchizationem quod non capiunt omnes: ſed quibus datum eſt. Datum eſt autem omnibus qui huiuſmodi gladium petunt ſibi ex deo. Si autem oportet ſm̃ hiſtorias moraliter itelligere eunuchos dicimus quoniam ſunt quidam eunuchi pharaonis non generantes bonum: ut ſunt eunuchi illius eſcam ei offerẽtes. Eunuchizati ſunt autem & homines dei. Propter hoc ipſum eunuchi nunq̃ generantes malum ut reædificent caſus Hieruſalem. Et de primis qdem in Geneſi ſcriptum eſt. De ſecundis autem in libro ſecundo Eſdræ qui dixit. Et ego eram eunuchus regis. Et tu ergo conſiderans inuenies quare ad reſtaurandum templum dei principari eunuchus electus eſt dignus. Dicunt enim filii hebræorum Danielem: & pueros tres in Babylonia fuiſſe eunuchizatos: ut impleatur uerbum dei dicentis ad Ezechiam: quoniam ex ſemine tuo accipient & facient ſpadones in domo regis babylonis. Dicunt & quod de eis prophetauit etiam Eſaias dicens: ne dicat eunuchus quia ego ſum lignum aridum. Hæc dicit dominus eunuchis. Si cuſtodierint mandata mea & elegerint quæ uolo: ego dabo eis in domo mea locum electum & nominatum: & meliorem filiis & filiabus. Bonum eſt ergo ſm̃ myſterialem locum nec generare in babylonia: ſed ſine ſemine eſſe quantum ad babyloniam ſicut Daniel: ut generemus de ſpiritu ſancto ſicut & ille: & qui cum eo fuerunt uiſiones & prophetias: & cætera opa bona. Tũc oblati ſunt ei pueri: ut manus eis imponeret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus aũt dixit: Sinite pueros & nolite prohibere. Talium eſt enim regnum cœloꝝ. Et imponens eis manus abiit inde. Sciendum quoniam non eſt quando non offeruntur pueri Ieſu de quibus dicit: quaſi depoſitum ſuſcipiens eos a deo: ecce ego et pueri quos dedit mihi deus. Puerorum autem iſtorum quidam quidem ſunt infantes: alii autem dicuntur lactentes: quaſi inferiores infantibus. Et dominus noſter ex ore utrorũq; percipit laudem: ut cognoſcentes alia beneficia

beneficia eius in pueris:dicamus ex ore infantium & la/
ctentium perfeciſti laudem.Pueros autem dicimus qui in
Chriſto adhuc carnales ſunt & infantes quales eſſe corin
thios Apoſtolus ſciens dicebat.Et ego non potui uobis
loqui quaſi ſpiritualibus:ſed quaſi carnalibus:quaſi par/
uulis in Chriſto.Tales autem pueri & tunc oblati ſunt:&
quotidie offeruntur Ieſu.Signum autem oblationis pue
rorum ſunt multi qui in Chriſto paruuli cõſtituti:atq; la/
ctentes:& lacte opus habentes non eſca perfecta:accedunt
ad fidem de quibus dicit:qui dixit:Quemadmodum nu
trix foueat filios ſuos nutriens eos:lac uobis potum dedi:
non eſcam.Nondum enim poteratis:ſed nec uſq; adhuc
poteſtis.Exponentes autem euangeliſtæ hunc locum qm̄
quidem oblati ſunt pueri Ieſu retulerunt:non autem ma/
nifeſtauerunt a quibus oblati ſunt : nobis uidelicet relin/
quentes:ut quæramus quod ab illis eſt prætermiſſum:
utrum euangeliſtæ omnes euentu prætermiſerint cum
poſſint conſcribere utrum a parentibus ſint oblati : an a
matribus:an ratione diuina & ſapientia hoc fecerunt ut
oſtendant quoniam qui offerunt pueros Ieſu angeli ſunt
qui accedunt & miniſtrant ei:quoniam ipſi ſapienter co/
gnoſcunt differentiam puerorum : uel infantiam quales
Chriſto oportet offerri.Voluntas autem offerentium pue
ros eſt:ut manus eis imponat Ieſus:& oret.Oratio enim
Ieſu Chriſti & tactus eius:pueris & infantibus qui non
poſſunt audire quæ audiunt iam ſpirituales:ſufficit ad au
xilium eruditionis eorum.Appræhendit enim eos uirtus
Ieſu Chriſti cum manus ſuæ ſpeculationis poſuerit ſuper
eos:& iam nullum malum eos contingit.Forſitan autem
quãtum ad textum etiam offerentium ei pueros & infan
tes/uoluntas huiuſmodi erat conſiderantium quoniam
ĩpoſſibile eſt ut poſtq̃ dominus tetigerit pueros uel infan
tes:& per tactum dederit in eis diuinam uirtutem:ut rui/
na aut dæmonium aliquod tangere eos poſſit.Exiſtimo
autem quoniam multæ malignæ uirtutes circa animam
hominis ab initio uacantis iugiter ei inſidiantes:ideo of/
ferebant ut tangeret eos quaſi iam ex præcedentibus uir/
tutem eius experti qui offerebant pueros:uel infantes ſal/
uatori:quoniam per impoſitionem manuum eius & per
orationem eius pro pueris & infantibus factam:& per ta
ctum eius repelluntur mala.Virtus enim facta in eis non
ſolum ad præſens ſufficiens eſt cuſtodire:uerum etiam in
poſterum quaſi ꝓhibitoria conſtituta tactum contrarium
repellet ab eis.Et ſaluator ergo non quaſi ſuperfluum ali/
quid ſciens hoc eſſe ſed ſalutare omnibus qui impoſitio/
nem manuum eius acceperint:dicit ad diſcipulos ſuos ꝓ/
hibentes pueros uel infantes offerri.Sinite pueros uenire
ad me:& nolite prohibere eos.Si quidem habent ratio/
nem quæ ſupra diximus de offerẽtibus qui erant qui of/
ferebant conſequenter cum eis.Diſcipuli Ieſu egregiæ in/
telliguntur uirtutes:& doctæ a filio dei.Poteſt enim & ad
illas nomen diſcipulorum Ieſu peruenire : ut non ſolum
homines diſcipuli eius ſint:ſed etiam angeli.Si qs autem
hoc quod dicimus putauerit uiolentum:& uoluerit diſci
pulorum nomen non aliis niſi tantum hominibus appli
care:diſcipulis eis qui prohibent offerri pueros Ieſu & in/
fantes:ſit intelligendus eſt hic locus:ut eorum qui profi/
tentur uerbi doctrinam ſimpliciores qdem:& quaſi pue/
rilem ſermonem habentes & ſimilem lacti quo nutriun/
tur adhuc nouicii quibus lac opus eſt & non ſolida eſca
intelligantur eſſe doctores qui offerunt ſaluatori pueros
& infantes.Nec enim poſſunt magis ſpecialiori ſermone
eos nutrire q̃ poſtulat ſtatus anguſti ſenſus eorum qui di/
cere poſſunt ſicut ille qui dixit.Græcis ac barbaris:ſapien
tibus & inſipientibus debitor ſum.His ergo offerẽtibus
ſaluator huiuſmodi pueros & infantes:id eſt nouicios fi/
dei & minus eruditos adhuc:qui uidentur eſſe perfectio/
res doctoribus illis ſimplicioribus:& ideo ſunt diſcipuli
Ieſu priuſq̃ diſcant rationem iuſtitiæ de pueris & infanti/
bus talibus repræhendunt eos qui ſimpliciter docent:&
per ſimplicem doctrinam pueros & infantes offerũt chri
ſto.Manifeſte autem intelligere poteris hoc:ſi conſidera/
ueris quod ait Apoſtolus.Videte uocationem ueſtram fra
tres:quia non multi ſapientes ſm̃ carnem:non multi for/
tes:non multi nobiles:ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit
deus:& quæ infirma:& quæ ignobilia:& quæ non ſunt:
ut ea quæ ſunt deſtrueret.Si uideat ergo quis eorum qui
doctrinam eccleſiaſticam profitentur offerẽtem aliquem
quoſdam ſtultos mundi:& ignobiles:& infirmos qui ꝓ/
pter hoc appellati ſunt pueri & infantes:uidens aũt non
prohibeat quaſi ſine iudicio facientem eum qui offert ta/
les ſaluatori:atq; magiſtro pueros & infantes . Et uide ſi
non conuenit referre qui tractamus ad diſcipulos quoſ/
dam quidem offerentes pueros ut manus eis imponat Ie
ſus & oret:alios autem prohibentes eos:ut dicat ad eos q
prohibent offerentes pueros Chriſto magiſter & ſaluator
& dominus.Sinite pueros:& nolite prohibere eos uenire
ad me.Poſt hoc cohortans diſcipulos ſuos iam uiros cõ/
ſtitutos condeſcendere utilitatibus puerorꝫ ut fiant pue/
ris quaſi pueri ut pueros lucrentur:dicit Ieſus.Talium eſt
enim regnum coelorꝫ.Nam cum & ipſe in forma dei eſ/
ſet:non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo:ſed fa
ctus eſt puer ut dicat de eo Matthæus . Quoniam ſtella
quam uiderant in oriente præcedebat eos donec ueniens
ſtetit ubi erat puer.Non ſolum Matthæus ſed etiam ipſe
Angelus qui apparuit Ioſeph talem & tãtum ſaluatorem
noſtrum:puerum appellauit:dicens.Surgens accipe pue/
rum:& matrem eius:& uade in ægyptum.Humilians er/
go ſe factus eſt quaſi puer:ut recte dicat.Sinite : & nolite
prohibere pueros uenire ad me:talium eſt enim regnum
coelorum.Hæc ergo debemus diligenter attendere : ut ne
æſtimatione ſapientiæ excellentioris:& profectus ſpirita/
lioris contemnamus quaſi magni puſillos eccleſiæ ; ſed
ſcientes quod dictum eſt:talium eſt enim regnum coelo/
rum tales efficiamur:ut etiam paruuli ſenſu ſaluentur per
nos:non ſolum non prohibẽtes pueros ad Ieſum ire:ſed
etiam ipſi cum pueris effecti pueri in humilitate uolunta/
tem domini adimpleamus:ut exaltemur a deo.Scito au/
tem quoniam pueri huiuſmodi q̃uis non omnia quæ di
cuntur ſequi poſſunt quaſi pueri/tamen impoſuit eis ma/
nus Ieſus.Ponens autem abiit inde:& uirtutem relinquẽs
in pueris per actum abiit a pueris:uidelicet pueris non po
tentibus ſequi Chriſtum ſicut & cæteri diſcipuli eius per/
fecti.Si quidem autem eloquia domini euangelica eloqa
ſunt caſta:& argentum igne examinatum:argẽtum pro/
babile:tranſmiſſum terræ:& ualde mundatum : & ſepties
mundatum:ſine dubio debet eſſe aliqua idonea cauſa ꝓ/
pter quam Matthæus exponens hũc locum:duas qdem

cauſas oſtendit offerendi pueros:non autem ad duas p̃cedentes cauſas intulit quæ ſequuntur. Oblati ſunt enim pueri nõ ſolum ut manus eis imponat:ſed etiam ut oret. Scriptum eſt autem poſt hoc:quoniam imponẽs eis manus abiit inde:& non addit:& orans:potuit enim dicere & imponẽs eis manus:& orans abiit inde. Et uide ſi potes dicere quoniam maioribus quidem puerorum ſeruatur oratio Chriſti:qui poſſunt capere non ſolum impoſitionem manuum eius ſuper ſe:ſed etiam orationem eius ad patrem pro ſe. Minoribus autem pueris ſufficit impoſitio manuum eius. Dicens aũt:talium eſt enim regnum coeloꝝ:hortatur ut nemo q̃uis ſit ſapiens in eccleſia glorietur aduerſus paruulos Chriſti:quoniam non eorum talium puerorum eſt regnum coelorum:ſed eorum qui per humilitatem facti ſunt ſicut pueri cum eſſent ſenſu perfecti. Hanc autem expoſitionem cõmẽdat apud Lucam poſitus ſermo:quoniam cum dixiſſet offerebant ei pueros:& infantes ut tangeret eos:uidentes autem diſcipuli ꝓhibebant eos:Ieſus aũt dixit. Sinite pueros uenire ad me:talium eſt enim regnum coeloꝝ:& ſtatim quaſi cõueniẽtia ſenſui præcedenti addidit:dicens. Amen dico uobis: qui non receperit regnum dei ſicut puer/nõ intrabit in illud.

¶ Secundum Matthæum.

INterrogauit Ieſum unus de turba dicens. Magiſter bone quid boni faciam ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi unus deus.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione. VIII.

CVm ſcriptum ſit & de homine bono: bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona:& de angelis bonis:& de ſpiritu ſancto bono:& de filio dei bono:hic ſaluator ad eum qui dixit:q̃d boni faciam ut habeam uitã æternam:ita reſpondit ut proprie nulli conueniat eſſe bonum: niſi tm̃modo deo dicens. Quid me dicis bonum? Vnus eſt enim bonus deus. Scire autem oportet quoniam hic q̃dem proprie bonum ſoli cõuenire dicitur deo:in aliis autem abuſiue. Quod ergo inuenitur in aliis appellatio boni non eſt contrarium huic dicto quod ait:nemo bonus niſi unus deus:quoniam omnes (ſicut diximus) abuſiue dicuntur boni:unus autem proprie:ipſe quoq; dominus qui eſt imago dei inuiſibilis ſic & bonitatis illius imago eſt:& ſicut ipſe diſtat a bonitate patris quaſi imago bonitatis a principali bonitate:ſic & omnes in quibus bonitatis nomẽ poſitum inuenitur:diſtant a bonitate filii. Plus autem diſtant omnes boni a bonitate filii:q̃ bonitas filii a bonitate paterna:qm̃ plus filius propinquus eſt patri in omnibus bonis:q̃ omnes filio. Forſitan autem & ꝓpter eum qui dixit quid boni faciam ut habeam uitam æternam:hoc Chriſtus reſpondit ad eum. Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi unus deus:ut illud cõfirmet qđ alibi dicit cum omnia feceritis quæ præcepta ſunt uobis: debetis dicere ſerui inutiles ſumus:quod debuimus facere fecimus. Nam & ſi omnia fecerimus quæ præcepta ſũt nobis:nec ſic quantum ad hæc uerba bonum aliquid fecimus. Nec enim ſi uere bona eſſent q̃ facimus ſcriptum fuiſſet:ut facientes ea dicamus eſſe nos inutiles ſeruos: ſi proprie:conueniret hominibus appellatio bonitatis:qm̃ omne bonum noſtrum:abuſiue & non ꝓprie dicitur bonum. Vere enim quando declinamus a malo & facimus bonum quantum ad comparationem cæterorum hominum nolentium declinare a malo & facere bonum dicũtur bona quæ agimus:quantum autem ad ueritatem ſm̃ quod dicitur in hoc loco:quia unus eſt bonus: bonum noſtrum non eſt bonum. Et ſicut non iuſtificatur in conſpectu dei omnis uiuens:quoniam quantum ad comparationem iuſtitiæ dei:omnis iuſtitia hominum inuenitur neq; iuſtitia eſſe/ſic nec bonus inuenitur quiſq̃ in conſpectu dei quãtum ad comparationem bonitatis illius:q̃uis quantum ad comparationem cæterorum hominum bonus quis appelletur. Dicere autem poterit quis:quoniam ſciens dominus propoſitum interrogantis:ſatis abeſſe ut faciat uel humanum bonum:dixit ei interroganti: quid boni faciam:quid me interrogas de bono: tanq̃ ſi dicat: cum ſis imparatus ad ea quæ dicuntur bona:quid me interrogas de bono:quid boni faciens uitam æternam poſſidebis? Et ſic docet quoniam uere unus eſt bonus. Conſidera autem quomodo bonitatem eius omnia ſperant: etiam ea quæ uidentur contraria eſſe:quale eſt:ego percutiam:& ego occidam:non minus q̃ quod dicit: & uiuere faciam:& ego ſanabo. Et ſi ipſe facit dolorem ſcire debemus:quoniam & medicus frequenter facit dolorem. Faciens enim deus dolorem iterum reſtituit. Sic & ex bonitate quos percutit:percutit quaſi filios. Qui enim eſt filꝰ quem non corripit pater? Sed & omnis diſciplina ad præſens non uidetur eſſe gaudii: ſed mœroris: poſtmodum autem fructum pacificum reddet eis qui per eam exercitãtur. Propterea ſicut percutit deus: ſic & ſanat. Verum eſt enim quod ſcribitur:percuſſit & manus eius ſanauerunt. Et ſi nouum uidetur quod dicere uolo:tamen dico:boni dei eſt:ipſe quoq; qui dicitur furor eius: quoniam opus ſalutis operatur arguens:et quæ dicitur ira eius:quoniam eſt boni dei:corripit ut emendet. Et multa poſſunt dici de bonitate eius ad ædificationem hominum ut non conturbentur de bonitate ipſius. Multa enim iuſte abſcondit a timentibus ſe ut ne diuitias bonitatis eius:& longanimitatis contemnentes:ſm̃ duritiam cordis ſui:& ſine penitentia cor theſaurizans ſibi iram:quam nõ theſaurizabũt ſi abſcõſa fuerit multitudo bonitatis eius ab eis. Poſt hoc autem dicit. Si uis ad uitam intrare:ſerua mãdata. Vbi cõſidera quoniam adhuc quaſi extra uitam cõſtituto ei qui interrogabat de bono:ita reſpõdit:ſi uis intrare in uitam. Hic autem requiro quomodo q̃s ſit extra uitam: & quomodo intret in uitam:& ne forte ſm̃ unum quidem modum ſit homo extra uitam qui eſt extra eum qui dixit:ego ſum uita. Alias autem omnis qui ſuper terram eſt:q̃uis iuſtiſſimus eſſe uideatur:poteſt quidem in umbra eſſe uitæ:non autem in ipſa uita:cum ſit corpore mortis circundatus:& dicens:quis me liberabit de corpore mortis huius? & ſedens in regione:& in umbra mortis eo ꝙ nondum uenit in terram uiuorum. Introibit autem quis in uitam abſtinens quidem ſe ab operibus mortuis: appetens autem opera uiua:etiam nunq̃ quidem mortua loquens: ſed ſm̃ uerbum dei uiuum uiua/& non habens iam cogitationes mortuas in corde: ſed uiuas: ſicut enim ſunt opera mortua & opera uiua:& uerba mortua & uerba uiua:ita ſunt & cogitationes mortuæ et cogitationes uiuæ.

De quibus

De quibus dicit Apoſtolus. Cogitationibus inuicem accuſantibus: aut etiam defendentibus in die cum iudicauerit dominus occulta hominum: & ſaluabitur quidem ille cuius cogitationes fuerint defendentes: periet autem cuius fuerint accuſantes. Si ergo & nos uolumus introire in uitam: audiamus dicente Ieſu: ſi uis introire in uitam ſerua mandata: & ſm menſuram obſeruationis mandatorum ingredienur in uitam: aut in interiora eius: & beatiora aut in mediocria: ut ad quãcũq; partem uitæ illius ad quam induxerit nos obſeruantia mandatorum. Ille autem audiens: ſerua mandata: reſpondit quæ? ut diſcamus qualia maxime mandata uult nos Ieſus obſeruare. Ad quam interrogationem dixit. Non occides: non adulterabis: non furtum facies: non falſum teſtimonium dices: honora patrem tuum & matrem: & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et forſitan iſta ſufficiunt ut in principium / ut ita dicam / ingrediatur quis: non autem ſufficiũt hæc uel alia ſimilia iſtis ad interiora uitæ introducere quenq̃. Qui autem præterierit unum mandatorum iſtorum: nec in principium uitæ intrauit. Abſtinendum eſt ergo omni uolenti: uel in principium uitæ intrare: ab adulterio: ab homicidio: a furto. Sicut enim adulter & homicida non intrant in uitam: ſic nec fur. In hoc enim peccato multi etiam eorum qui uidentur credidiſſe Chriſto incurrunt negocia huius mundi agentes: & pecuniarios actus qui credũtur eis: & qui operantur artes iſtas mediocres: qui omnes nõ ſunt mundi a furto. Non ſolum autem fures non intrant in uitam: ſed nec ſocii eorum: nec qui cõſentiunt eis. Scriptum eſt enim in Eſaia. Socii furum: diligentes munera. Item in pſalmo quadrageſimonono prohibetur enarrare iuſtitias domini: & aſſumere in ore ſuo teſtamẽtum eius: conſentiens furibus: ita. Si uidebas furem concurrebas ei: quod primum dictum eſt. In ſecũdo autem loco: & cum adulteris partem tuam ponebas. Et uide quia nec ipſum furem: nec ipſum adulterum dicit: ſed concurrẽtem furibus: & cum adulteris partem ſuam ponentem. Qui uult intrare in uitam: nec falſum teſtimonium dicer̃ debet. Expellitur autem a uita: & qui non honorabit patrem ſuum & matrem. Sed forſitan hæc ſeruare mandata: non ſatis difficile eſt. Opus autem eſt omnibus qui per mandata p̃cedentia inducuntur quaſi maius & utilius quod mãdat implere: diliges proximum tuum ſicut teipſum: quoniam & ſm quod ait non occides: & non furtum facies: non adulterabis: & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc uerbo recapitulatur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et ſi omne mandatum in hoc nerbo recapitulatur: diliges ꝓximum tuum ſicut teipſum: perfectus eſt qui impleuerit omne mãdatum. Qui impleuerit & hoc quod eſt diliges proximum tuum. Si autem iſte eſt perfectus qui diligit ꝓximum ſuum ſicut ſe: quære modo dicenti adoleſcenti: hæc omnia ſeruaui a iuuentute mea: qui adhuc mihi reſtat? reſpondit dominus: quaſi adhuc nondum perfecto conſtituto qui hæc omnia fecit: & quaſi conſentiens ei q dixit: hæc omnia feci: reſpondit. Si uis perfectus eſſe: uade & uende omnia quæ poſſides: & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlis: & ueni: ſequere me. Vide ergo ſi poſſumus ad propoſitam quæſtionem ſm unum q̃dem modum taliter reſpondere quia ne forte quod ait: diliges proximum tuum ſicut teipſum: ſuſpicari poteſt non a domino poſitum in hoc loco: ſed ab aliquo neſcio quo nõ intelligente ſubtilitatem dictorum iſtorum additum eſſe. Hoc autem adiectum eſſe cõmendat ꝙ ipſum locum Marcus & Lucas exponentes: neuter addidit diliges ꝓximum tuum ſicut teipſum. Dicet autem qui adiectum hoc eſſe defendere uult: ſi eadem ipſa diuerſis ſermonibus a tribus ſunt expoſita: nunq̃ dixiſſet dominus: adhuc unum tibi reſtat: aut unum tibi deeſt ei qui profeſſus eſt ſe impleuiſſe mandatum: quod ait diliges proximum tuum ſicut teipſum: maxime ſi ſm Apoſtolum: quod dicit̃ nõ occides: & cætera: & ſi quid aliud eſt mandatum in hoc uerbo recapitulatur diliges proximum tuum ſicut teipſum. Nam ſm Marcum ſic dicit intendens in eum qui dixerat: omnia hæc ſeruaui a iuuẽtute mea. Dilexit eum uel oſculatus eſt eum. Videtur enim affirmaſſe profeſſionem eius qui dixit ſe omnia ea impleſſe. Intendens enim in eum mente uidit hominem ex bona conſcientia confitẽtem ſe propoſita impleuiſſe mandata. Nunq̃ enim ſi extra cætera mandata etiam illud ſe impleuiſſe dixiſſet: diliges proximum tuum ſicut teipſum: capitale: & maximum Marcus & Lucas prætermiſiſſent mandatum: niſi forte quis ſimilia quidem dicat ſcripta: non autem de eodem ipſo dicta eſſe. Quomodo autem quaſi nondum perfecto ei qui extra cætera etiam hoc impleuit mandatum: diliges proximum tuum ſicut teipſum: Ieſus reſponderet: ſi uis perfectus eſſe uade uende omnia quæ poſſides: & da pauperibus? Multam enim differentiam inter exemplaria inuenimus: ſiue ꝑ negligentiam ſcribentium: ſiue ex temeritate quorũdam: ſiue propter eos qui negligunt emendare ſcripturas: uel propter eos qui quod ipſis uidetur in emendationibus / uel adiciunt uel ſubducunt. Et in exemplaris quidem ueteris teſtamenti quæcũq; fuerunt inconſonantia deo præſtante coaptare potuimus: utentes iudicio cæterarum editionum: ea enim quæ uidebantur apud ſeptuaginta dubia eſſe propter inconſonantiam exemplariorum facientes iudicium ex editionibus reliquis conuenientia ſeruauimus: & quædam quidem notauimus quaſi non poſita in hæbreo: non audẽtes ea omnino auferre. Quædam autem cum aſteteriſcis addidimus: ut ſit manifeſtum quoniam quæ nõ fuerunt poſita apud ſeptuaginta ex editionibus cæteris: addidimus conuenienter hebræo. In exẽplaris autem noui teſtamenti hoc ipſum me poſſe facere ſine periculo non putaui. Tantum ſuſpitiones exponere me debere: rationes cauſaſq; ſuſpitionum non eſſe irrationabile æſtimaui: ſicut in hoc loco quod dicitur: diliges proximum tuum ſicut teipſum: quoniam apud Marcum & Lucam poſitum non eſt. Iudicent aũt qui poſſunt utrum uera ſint q̃ tractamus: an falſa. Tamen quaſi poſito etiam hoc diliges proximum tuum ſicut teipſum: age aliter tractemus hunc locum. Scriptum eſt in euangelio quodam quod dicitur ſm hebræos: ſi tamen placet alicui ſuſcipere illud: non ad auctoritatem: ſed ad manifeſtationem propoſitæ quæſtionis. Dixit (inquit) ad eum alter diuitum: Magiſter quid bonum faciens uiuam? dixit ei. Homo leges & prophetas fac. Reſpondit ad eum. Feci. dixit ei: Vade uende omnia quæ poſſides: & diuide pauperibus & ueni ſequere me. Cœpit aũt diues ſcalpere caput ſuum: & non placuit ei. Et dixit ad eum dominus. Quomodo dicis legem feci: & prophetas quoniam ſcriptum eſt in lege:

diliges proximum tuum ſicut teipſum?Et ecce multi fra/
tres tui filii Abrahæ amicti ſunt ſtercore morientes præ fa
me:& domus tua plena eſt multis bonis:& nõ egreditur
omnino aliquid ex ea ad eos?Et conuerſus dixit Simoni
diſcipulo ſuo ſedenti apud ſe.Simon fili Ioãnæ/facilius
eſt camelum itrare p foramen acus:q̃ diuitem in regnum
cœlorum.Verum eſt ergo quia non impleuit diues man/
datum Diliges proximum tuum ſicut teipſum: qui mul/
tos deſpexit pauperes & non eſt eis partitus aliquid de tã/
tis facultatibus ſuis.Impoſſibile eſt enim & implere man/
datum quod dicit:diliges proximum tuum ſicut teipſu:
& eſſe diuitem:& maxime tãtas poſſeſſiones habere.Qui
ergo non æſtimat eſſe abiiciendum uerbum hoc quaſi fal
ſum:diliges proximum tuum ſicut teipſum:ſed recipien/
dum quaſi uerum a domino dictum:dicet non ſatis ar/
guitione reperta.Sed quoniam ſtrictim:& non ſatis odi/
biliter uolẽs arguere diuitem illum dominus noſter qua/
ſi non uera dicentem:qđ ait ſe impleuiſſe etiam illud man
datum:diliges proximum tuum ſicut teipſum: dixit ad
eum.Si uis perfectus eſſe uade:uende omnia quæ poſſi/
des:& da pauperibus.Sic enim apparebis dicere uerum ſi
dilexiſti:aut diligis proximum tuum ſicut teipſum.Si qs
autem aſpiciens humanam infirmitatem: & difficile hoc
putans hominem poſſe implere:diſpiciat uerba:& ad alle
goricum ſe intellectum conuertat:audiat etiam hiſtoriam
quorũdam gentilium in qua propter ſapientiam mundi
referunt quod hic dominus diuiti facere mandat: quen/
dam thebæum feciſſe propter libertatem animæ ſuæ: &
exemplum uitæ facilioris:& uolens ſe beatum demõſtra/
re gentibus:& nihil mundi iſtius opus habentem: tradi/
diſſe omnem ſubſtantiam ſuam populo thebanorum.Si
ergo propter ſapientiam gentium:& dogmata liberantia
animam ſicut illi putabant:hoc facere potuit homo gen/
tilis:quomodo non facilius poteſt facere qui concupiſcit
in ſe ſuſcipere Chriſti perfectionem?Si autem & de diui/
nis ſcripturis placari quis uult:quoniam poſſibile eſt qđ
præcepit Chriſtus:audiat hiſtoriam de actibus Apoſtolo/
rum ita conſcriptam.Omnes autem qui crediderant in
idipſum habebãt omnia cõmunia:& poſſeſſiones:et ſub/
ſtantias uendebant:& diuidebant prout quiſq; opus ha/
bebat.Quotidie autem permanentes in idipſum in tem/
plo:& frangentes in domibus panem:percipiebãt cibum
cum lætitia & ſimplicitate cordis:laudantes deum & ha/
bẽtes gratiam ad uniuerſum populum.Et poſt modicum
iterum dicit.Multitudinis aũt credentium erat cor unum
& anima una:& nemo eorum dicebat aliquid ſuum eſſe:
ſed erant illis omnia cõmunia:&c̃.In quo loco introdu/
citur de Anania & Saphira coniuge eius qui uendiderũt
prædium ſuum:et de precio prædii partem aliquam ſub/
traxerũt:& ideo paſſi ſunt quæ paſſi ſunt:digni erãt enim
in hoc ſæculo recipere peccatum ſuum:ut mundiores ex/
eant ab hac uita mundati caſtigatione ſibi illata per mor/
tem cõmunem quoniam credentes erant in Chriſtum.
Puto autem quoniam audiens Ananias hæc uerba ideo
cadens expirauit:quoniam non ſuſtinuit arguitionem Pe
tri:ſed cruciatus in ſe adeo eſt punitus ut etiam expiraret:
uerbis uidelicet Petri cathecizantibus animam eius. Nec
Petrum hic æſtimare debemus interfeciſſe Ananiam: ſed
illum non ſuſtinuiſſe acritudinem uerborum Petri dicen/
tis ad ſe.Vt quid repleuit ſathanas cor tuum:ut mentireris
ſpiritui ſancto:& fraudares de precio prædii?Nonne ma/
nens tibi manebat:& uẽdiium i tua erat poteſtate? Quid
quoniam poſuiſti in corde tuo facere rem talem?Non es
mentitus hominibus:ſed deo. Audiens autem(inquit)
Ananias uerba hæc:cecidit & expirauit.Conuenienter ali
quis quærere poteſt quoniam ſi perfectus eſt qui omnes
habet uirtutes:ut iam ex malitia nihil agat:quomodo ſit
perfectus qui uẽdidit omnia ſua:& pauperibus dedit.Po
namus eum aliquem hocipſum feciſſe.Quomodo fiet
ſtatim & ſine ira?Et ſi contigerit eum eſſe ſine ira:quomo
do fiet ſtatim & ſine triſtitia?Quomodo fiet etiam extra
timorem/ut non timeat:aut dolorem:aut mortem:uel q̃/
libet alia quæ poſſunt animam imperfectiorem turbare?
Quomodo qui erogauit ſubſtãtiam ſuam pauperibus:
erit abſq; omni concupiſcentia?Deinde quoniam poſſi/
bile eſt ex hocipſo quod tradidit omnia ſua patiens aliqđ
humanum ex paupertate pœniteat eum facti:deſideret au
tem ſimilia poſſidere.Si autem & quæ dicitur uoluptas
irrationabilis cõſtituta eleuatio animæ paſſio eſt:quomo
do quis mox ut tradiderit omnia ſua pauperibus ſtatim
liberabitur a paſſione iactantiæ uanæ?Adhuc autem adii/
ciens aliquis dicat.Quomodo poteſt ex eo ꝙ tradiderit
bona ſua pauperibus etiam ſapiens fieri:& ſuſcipere ſapiẽ
tiam dei:ut poſſit reddere rationem omni homini inter/
roganti ſe de fide:uel de omnibus quæ in ſcripturis ab/
ſconſe ſunt dicta?Siue enim ex hocipſo dicimus quemq̃
fieri perfectum & ſi habuerit ea quæ diximus: ad irratio/
nabilitatem uenimus dicentes aliquem & perfectum eſſe
ſimul:& peccatorem.Peccator eſt enim:omnis qui iraſci/
tur ſine cauſa.Et ſi quis ſæculi triſtitia contriſtatur:& qui
dolores timet:aut mortem:& qui deſiderat quod non ha
bet:& qui ſine ratione extollitur quaſi in bonis quæ non
ſunt bona:ſiue ſimul ut tradiderit bona ſua pauperibus:
dicimus eum quaſi receptaculum dei factum:ſuſcipe om/
nes uirtutes:& deponere malitiam uniuerſam:fideliter q̃/
dem ut cõmuniter neminem dicimus:neſcio autem ſi ue/
re.Et forſitan deridebunt nos quaſi non ſapienter dicen/
tes:qui audierint ſolutionem huiuſmodi.Sapienter ergo
uidebitur forſitan dicere quis ſeruans ſimplicitatem uer/
borum:& non moraliter aliquid dicens de eis:ſi ſic reſpõ
derit quaſi fidelis/dicens:quoniam qui pauperibus tradit
bona ſua:ipſorum orationibus adiuuatur: accipiens ad
ſuam ſpiritalem inopiam ſpiritalem abundantiam eo/
rum qui patiuntur inopiam carnalem: ſicut ait Apoſto/
lus ad corinthios ſcribẽs:& fit hoc modo perfectus:q̃uis
aliquas(quod humanum eſt)habuerit paſſiones:& ſi qs
alius hanc inopiam paſſus fuerit:& magno adiutorio fue
rit adiuuatus:deo exaudiente tantorum pauperum refri/
geratorum preces.Qui tamen ſimiles ſunt apoſtolis: aut
Paulo inferiores pauperes quidem in corporalibus ſicut
illi:diuites autem in ſpiritalibus.Aut ita.Iſte qui mutauit
pro diuitiis paupertatem:ut fiat perfectus credens ſermo/
nibus Chriſti adiuuabitur ſtatim ſicut apoſtoli Chriſti:ut
ſapiens fiat in chriſto:ut magnanimis:ut iuſtus:ut caſtus:
& abſq; omni omnimodo paſſione.Non tamen ſic de/
bemus intelligere ut in ipſa die:uel in ipſo tempore quo
tradiderit bona ſua pauperibus efficiatur omnino perfe/
ctus.Sed conſequenter ex illa quidem die incipiet ſpecu/
latio dei

latio dei adducere eum ad omnes uirtutes: ut incipiat ex eo proficere ſicut Iſaac propter adiutorium dei collatum in ſe: & magis atq; magis creſcet per ſingulos dies donec additus ſicut Iſaac magnus efficiatur ualde: in omni uirtute: omni uidelicet malitia auulſa de anima eius. Et ſic q hanc expoſitionem defendere uult: dicere non cogetur perfectum fieri hominem per hocipſum ꝙ tradident bona ſua pauperibus alias delinquentem. Aliter autem forſitan abundans fide & ſtudio tranſeundi ad ſubtiliora: & ad magnitudinem aliquam intellectuum eminẽtium & dignioꝝ Chriſto relinquens uerbi ſimplicitatem ad expoſitionem moralem tranſibit: dicens ſubſtantiam eſſe uniuſcuiuſq; animæ actus ipſius poſt exitum: ut ſit ſubſtantia quidem iuſtorum boni actus: ipſoꝝ autem malorum mali. Hic ergo dicit eum qui multas habebat poſſeſſiones diuitem fuiſſe in myſterio eius qui multa poſſidet opera mala: in qbus poteſt eſſe & amor pecuniaꝝ: & concupiſcentia gloriæ: & aliæ res terrenæ replentes animam eius. Quoniam ergo poteſt aliquãdo qui hoc modo diues eſt abſtinere quidem ſe a malis quibuſdam: utputa ab homicidio: ab adulterio: a furto: a falſo teſtimonio: & quæ conueniunt parentibus reddere cum quodam honore: poteſt etiam eſſe aliquis & miſericors ad proximos non tamen & perfectus: ideo conſilians huiuſmodi uiro imperat Chriſtus uendere oẽm ſubſtãtiam malam: & quaſi tradere eam uirtutibus operãtibus eam: quæ ab omni bono pauperes ſunt: & propter hoc nõ ſufferunt minas ſm quod ſcriptum eſt. Pauper autem non ſuffert minas. Sed ſcio quia ualde uiolenta uidebitur expoſitio iſta: ſoluens quidem honeſtæ quæ de pfectione ſunt dicta: non autem ualde perſuadens: ut deponens quis quæ malitiæ ſunt: uendere intelligatur ſubſtantiam & dare paupibus. Quaſi in tali autem præuentus loco dicam: qui hanc expoſitionem defendit dicere poteſt qm̃ plenus eſt peccator ſpiritibus ſm menſuram peccatorum ſuorum: utputa fornicarius: ſm quod dicitur in ſcripturis: ſpiritu fornicationis: furibundus: ſpiritu furoris: & maliloquax: ſpiritu criminationis: iſtam ſubſtantiam acquiſiuit qui malus fuit: & factus eſt participatione malorum ſpirituum abundantior & multiplicior in ipſis malis. Sicut autem acquiſiuit quis eam emens arbitrio proprio complacens malis: ſic uendit eam: & dat talibus pauperibus de qualibus loquitur ſermo: per hoc ꝙ credidit uerbis Chriſti: & reliquit eam. Sicut enim pax apoſtolorum reuertitur ad ipſos niſi fuerit filius pacis: ſic fornicatio: & uniuerſa peccata reuertuntur ad pauperes qui auctores ſunt peccatorum, cum non fuerit utens malis eorum. Et ſic neq; dubitatio erit quin ſtatim fiat perfectus qui ſic uendidit omnes ſicut tradidimus proprias facultates & dedit pauperibus. Si autem & tempore multo huiuſmodi facultates uenduntur: & multum tempus neceſſarium eſt ut tradantur quibus dixi pauperibus: nihil contrarium eſt: ſed ſm æſtimationem traditorum malorum pauperibus per tempora fit perfectus qui talia fecit. Manifeſtum eſt autem ut qui talia egit habeat theſauꝝ in coelo: & ipſe factus coeleſtis. Qualis enim terrenus hoc eſt malignus: tales & terreni. Et qualis coeleſtis: id eſt Chriſtus: tales & coeleſtes. In parte ergo ſui coeli habebit theſaurum qui uoluerit eſſe perfectus: & uendiderit omnes facultates ſuas: & dederit pauperibus. Sed ne æſtimes huiuſmodi uirum inueniri iter diuites huiuſmodi quales ſunt modo. Quis enim horum deponit amorem diuitiarum: & ut ita dicam mundi amorem? Quis ad plenum depoſuit ſpiritum gloriæ uanæ ut ſuſcipiat i ſuo coelo theſaurum gloriæ dei: & diuitias quæ ſunt in omni uerbo: & in omni ſapientia dei? Quis enim depoſuit ſpiritum concupiſcentiæ: & timoris: aut iræ: aut uoluptatis propriæ? Ergo qui uult ſm ſubtilitatem diſcutere ueritatis: pronũciabit hoc in apoſtolis eſſe & qui ſimiles fuerint eis. Iſte autem talis & poterit ſequi Chriſtum qui ſicut diximus uẽdidit uniuerſa: & habuit theſaurum in coelo. Nec enim diſtrahitur huiuſmodi uir ab aliqua mala poſſeſſione quo minus Chriſtum ſequatur. Audiens aũt uerbum adoleſcens: abiit triſtis. Erat enim habẽs poſſeſſiones multas. Et cõſidera ſm conuerſationem humanam qũo cum difficultate diuellimur a bonis terrenaꝝ diuitiarum: uel a concupiſcentia gloriæ uanæ. Magis enim uolumus adipiſci etiam ea quæ male deſideramus: q̃ liberari a deſideriis malis. Et magis uolumus ut nõ incidamus in ea quæ arbitramur eſſe timenda: q̃ deponere inimicum timori dei timorem. Sed uide qa non ſenior aliquis introducitur in hoc loco: neq; uir q euacuauerit quæ puuli erant: ſed adoleſcens qui audiens uerbum abiit triſtis. Adoleſcens enim erat ſm animam: & propterea relinquens Chriſtum abiit. Ad uituperationem enim dictum eſt eius: & abiit triſtis: triſtatus triſtitia ſæculi quæ mortem opatur. Erat enim habens poſſeſſiones multas quas diligebat: diligens iraſci: diligens triſtari. Propter qd' & abiit triſtis. Et quantacunq; ei naſcebantur ex malo quæ tenebant animam eius. Si autem intelligere uis hiſtoriam ſm expoſitionem aliquoꝝ quam ſuperius ex parte tetigimus: in dimidio inuenis hunc adoleſcentem laudabilem: in dimidio autem uituperabilem. Laudabilem quidem: quia nec occidit: nec adulteratus eſt: nec aliquid eorum fecit quæ prohibet lex: ſed adhuc adoleſcens conſtitutus honorauit patrem: & matrem. Vituperabilem autem: quia triſtatus eſt in uerbis Chriſti uocantibus eum ad perfectionem: & promittentibus ei ut ſi tradidiſſet omnia quæ habebat: magnus efficeretur. Abeunte autem eo: dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico uobis: quoniam diues difficile intrabit in regnum coelorum. Ex quo conſiderandus eſt ſermo Chriſti cautiſſimus: quoniam non ſimpliciter dixit: diues nõ intrabit in regnum coelorum. Quod ſi dixiſſet: excluſiſſet utiq; diuites a regno coelorum. Nũc autem dicit diues difficile introibit: difficultatem quidem ſalutis diuitum manifeſtans: non autem impoſſibilitatem ſuæ potentiæ damnans. Quod ex hocipſo textu manifeſtiſſime declaratur: poſſe diuitem cum difficultate quidem reſiſtere paſſionibus ſuis: atq; peccatis: tamẽ poſſe. Si autem moraliter intelligamus diuitem ſm quod ſupradiximus: eum qui multorum malorum habet ſubſtantiam congregatam: quæres quomodo uel cum difficultate introibit diues in regnum coeloꝝ. Difficultatem autem introitus utriuſq; diuitis ad ſalutem manifeſtat ſubiecta parabola: dicens. Facilius eſt camelum per foramen acus intrare: q̃ diuitem in regnum coeloꝝ. In qua parabola diues comparatur camelo: non ſolum propter immunditiam ani-

ſtalis:ſicut docuit lex : ſed etiam propter totius corporis
eius tortuoſitatem. Regnum autem cœlorum foramini
acus aſſimilatur:ut demonſtretur ex eo quoniam ſatis ar/
ctus eſt:& ſuper modum contribulatus regni cœleſtis in/
troitus. Oſtendit autem quoniam ex ſeipſo impoſſibile eſt
camelum per foramen acus intrare:poſſibile autem quan
tum ad deum. Sic & diuitem quantum ad ipſum perti/
net:impoſſibile eſt intrare in regnum cœlorum : poſſibile
autem quantum ad deum qui potēs eſt ineffabili ſua uir/
tute:aut groſſitudinem malorum mali hominis ſubtilia/
re:aut anguſtiam introitus facere ei capacem. Quoniam
autem propter difficultatem introitus:& non propter im
poſſibilitatem accepit ad exemplum foramen : & came/
lum:declaret ex eo ꝙ ad diſcipulos dicentes : quis ergo po/
teſt fieri ſaluus:reſpondet. Apud homines hoc impoſſi/
le eſt:apud deum autem omnia poſſibilia. Ergo poſſibile
eſt & camelum per foramen acus intrare:non tamē apud
homines:ſed apud deum. Quomodo autem faciat hæc
poſſibilia deus:ipſe ſcit:& Chriſtus eius:& cui reuelauerit
Chriſtus. Qui autem proficit in ſapientia & ſermone:au/
debit forſitan abundantius & de acu/& de foramine eius
exponere. Nos autē hoc adiicimus ſolum/quoniam ſunt
quædam quæ fiunt in lege artificio conſutili:neceſſariam
habentia acum:ut ſm ſapientiam dei faciat opera quis ar/
tificii quod ſuſcepit. Qualitercunq; ergo intellecta fuerint
opera conſutilia ipſa conſutura dabit intelligere quæ in/
telligi debeant in hoc loco. Quæ nunc dicere & manife/
ſtare forſitan quidem & ſupra nos eſt : forſitan autem &
ſciēti multum:& importunum exitum habere uidebitur.
Duobus ergo propoſitis camelum per foramen acus in/
trare:& diuitem in regnum cœlorum:facilius eē dixit pri
mum. Quære autem inter homines:alium quidem came
lum conſtitutum per foramen acus intrantem : alium aūt
diuitem impoſſibiliter qdem quantum ad homines:poſ/
ſibiliter autem quantum ad deum intrantem in regnum
cœlorum. Quicunq; ergo inuentus fuerit eſſe camelus:&
quodcūq; intellectum fuerit acus foramen intrabit per il/
lud:puto gentium introitum in regnum cœlorum faci/
liorem oſtendere uolens:ꝙ̄ iudæorum diuitum : hanc ſi/
militudinem introduxit. In quibus autem gentes dicebā/
tur pauperes:in his iudæi diuites erant. Vtrum autem ma
nifeſtent hæc fines aliquos ſm myſteria quædam addu/
centes ad fines aliquos per quaſdam uias deo ſoli poſſi/
biles/necne:diſcutiat qui diſcutere poteſt.

℄ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Simon petrus ad Ieſum.
Ecce nos reliquimus omnia:& ſecuti ſumus te.
Quid ergo erit nobis?

℄ Homelia Origenis preſbyteri lectionis eiuſdem.
Et eſt. IX.

HOc poterit qs ſimpliciter iterpretari:& mo/
raliter. Qui ergo ſimpliciter uult itelligere:
talia dicet. Sicut eni in datis nō ipm datum
ſed affectum dantis aſpiciens deus iuſtifi/
cat : & melius ſuſcipit parua dantem cum
magno affectu:ꝙ̄ magna ex affectu modico:ſicut manife/
ſtum eſt ex his quæ ſcribuntur propter data diuitis ma/
gna:& duo minuta uiduæ:ſic & in his qui propter dei di
lectionem dimittūt quæ poſſident ut inſeparabiliter Chri
ſtum ſequantur:oia ſm uerbum eius agentes non magis
acceptabilis erit qui plura reliquerit eo qui parua dimiſe/
rit. Ergo & ſi minima et cōtēptibilia Petrus cum fratre ſuo
reliquit: quando audientes:uenite poſt me & faciam uos
piſcatores hoium : ſtatim relictis rætibus ſecuti ſunt eum:
ſed non minima ſunt æſtimata apud deum/conſideran/
tem/qm̄ ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reli/
querit:ut etiam ſi multas habuiſſent poſſeſſiones:omnia
ſine dubio reliquiſſent:nec ab eis ullo modo retenti fuiſ/
ſent:aut impediti ab impetu dilectionis huiuſmodi. Et pu
to ꝙ magis cōfidens Petrus de affectu ſuo:ꝙ̄ de ipſa quā/
titate rerum relictarum fiducialiter dixit. Ecce nos reliqui/
mus omnia/& ſecuti ſumus te:Quid ergo erit nobis? Cō
ſequens eſt autem ſentire:qm̄ non ſolum rætia/ſed etiam
domum:& uxorem forte reliquit:& filios : & poſſeſſio/
nes quaſdam & ſi paruas. Magnum ergo aliquid de/
monſtratur de Petro : & de fratre ipſius : quoniam au/
dientes : uenite poſt me & faciam uos piſcatores homi/
num : nihil cogitantes / ſtatim relictis rætibus/ſecuti ſunt
eum:nec ſunt imitati eum qui dixit : ſed primum permit/
te mihi ire & renunciare eis qui ſunt in domo/nec ſimile
aliquid fecerunt ei qui dixit:permitte mihi primum ut ſe/
peliam patrem meum. Et diligenter attende quoniam ho
neſtiſſime percuſſi Chriſti præcepto : & promiſſionibus
eius:& credentes quoniam modicam capturam piſcium
relinquentes:homines piſcaturi fuerant ad ſalutem:ſtatim
relictis rætibus/& quaſi obliti ſuorum omnium /ſecuti
ſunt eum:ut digni efficiántur hac interrogatione quam fe
cit/dicens:ecce nos reliquimus omnia/& ſecuti ſumus te.
Obſerua ſimul & hoc qm̄ occaſio interrogationis huiuſ/
modi ex illo facta eſt Petro:ꝙ uerbum chriſti audiuit dicē
tis. Si uis ꝑfectus eſſe/uade/uende oia quæ poſſides/& da
pauperibus:& habebis theſaurum in cœlis:& ueni ſeque/
re me. Deinde qa conſiderauit adoleſcentem cum triſtitia
abeuntem : qm̄ præpoſuit multas poſſeſſiones habere in
terris/ꝙ̄ eſſe perfectus in deo:conſiderās quoq; & difficul
tatem diuitum ingrediendi in regnum cœloꝝ:ideo qua/
ſi qui ipſe nū facilem rem conſumauerit in eo ꝙ uniuerſa
reliqt:& ſecutus eſt Ieſum/dixit. Ecce nos reliqmus oia:&
ſecuti ſumus te. Propterea Petro fiducialiter iſta dicenti re/
ſpondit,ꝓmiſſionem iſtam maximam chriſtus:ut ſit unus
de iudicibus illis. Quoniam autem uerbi ſimplicitas non
eſt ſatis idonea auditorem ingenii eminentioris placare
honeſtatem ſenſus in moralibus expoſitionibus conſi/
ſtētem:etiam hunc locum ita tradamus:quoniam hoc ip
ſum quod ait:Ecce nos reliqmus omnia/& ſecuti ſumus
te. Rætia cōtemptibilia reliquiſſe uel pauperem domum:
& uitam in paupertate/doloribus plenam/non adeo ma/
gnum eſt:neq; dignum tali diſcipulo :cui non caro & ſan
guis reuelauerat eſſe Ieſum chriſtum filium dei uiui : ſed
pater cœleſtis:cui etiam fuerat dictum. Tu es Petrus:& ſu
per hanc petram ædificabo eccleſiam meam:& portæ in/
ferorum non præualebunt ei. Ergo ne forte ea quæ tradi/
ta ſunt ſupius de uerbis chriſti dicētis. Vade & uende oia
quæ poſſides/& da paupibus:& habebis theſauꝝ in cœ/
lis/& ueni ſequere me:utilia & uera ſunt in præſenti. Pe/
trus enim omnia reliquit:in qbus erat peccator. Propter

quæ & dixerat. Exi a me domine: quoniam homo peccator ſum ego: Et magna laus erat eius confidentis: ut de cætero non peccaret qui dixit. Ecce nos reliquimus omnia & non ſolum mala reliquimus: ſed & te ſecuti ſumus. Quod autem dicit & ſecuti ſumus te: poteſt dici ſm omnia quæ pater reuelauit Petro eſſe filium ſuum: ſecuti ſumus te iuſtitiam ſm ꝙ iuſtitia es: ſecuti ſumus te ſanctificationem: ſm ꝙ ſanctificatio es: & ſapientia: & pax: & ueritas: & uia ducens ad deum: & uita uera. Propter quod quaſi uictor athleta poſt luctamen agonithetam interrogat quæ ſint proemia certaminis huiuſmodi quæ adhuc neſciebat. Quid utiq; erit nobis? Et nos ſi uolumus percipere quæ ſunt Petro promiſſa ſimiliter omnia relinquamus: ut de cætero nulla teneamur malitia: neq; aliquibus operibus eius / ſed uerbum dei ſequamur: ut dicatur & nobis & omnibus ſequentibus eum: quæ in ſequentibus dicit Amen dico uobis ꝙ uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis ſup ſedem maieſtatis ſuæ ſedebitis & uos ſuper duodecim thronos iudicantes duodecim tribus iſrael. Quod & ipſum & ſimplicem habet interpretationem exhortantem relinquere bona ſæculi propter chriſtum: & ſpiritalem & altiorem. Qui ergo ſm litteram uult intelligere: talia dicet. Non omnes dicit ſequi chriſtum ſermo ſed eos qui tunc fuerunt apoſtoli: & qui ſimiliter eis ſecuti fuerant eum: ſecutos ſe appellauit. Poſteriores autem manifeſtauit per illud quod dixit. Et omnis qui reliquerit fratres: aut ſorores: &c̄. Qui ergo ſecuti ſunt Chriſtum: nō quædam: ſed omnia relinquentes: ſedebunt ſuper duodecim thronos: iudicantes duodecim tribus iſrael. Et hanc poteſtatem accipiēt: in reſurrectione mortuoꝝ. Ipſa eſt enim generatio: & noua quædam natiuitas conſtituta: quando & coelum nouum: & terra noua creatur his: q ſeipſos renouauerunt: & nouum traditur teſtamentum: & calix ipſius. Illius autem regenerationis proemium eſt: quod apud Paulum uocatur lauacrum regenerationis: & illius nouitatis myſterium eſt hæc renouatio ſpiritus. Et forſitan quidem ſm hanc natiuitatem nemo eſt mundus a ſorde: & ſi unius diei ſit uita eius: ꝓpter natiuitatis noſtræ carnalis myſterium ſm qđ ait Dauid ex perſona omnium naſcentium ex carne & ſanguine. Quoniam in iniquitatibus conceptus ſum: & in delictis concepit me mater mea. Secundum regenerationem autem baptiſmatis: omnis quidem eſt mūdus a ſorde: qui renatus fuerit ex aqua & ſpiritu. Vt audacter autem dicam: mundus eſt per ſpeculum in ænigmate. Secūdum tertiam aūt regenerationem qn̄ ſederit filius hois in ſede gloriæ ſuæ: oīs q in illam regenerationem uenerit quæ eſt in chriſto mūdiſſimus erit a ſorde: & facie in faciem uidebit / & ipſe ꝑ lauacrum regenerationis ueniens ad ipſam regenerationē. Si aūt uis intelligere illud lauacrum: intellige quomodo Ioannes in aqua baptizans in poenitentia dicit de ſaluatore. Quoniam ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & in igne. In iſta ergo regeneratione baptiſmatis cōſepulti ſumus chriſto ſm Apoſtolum per baptiſmum: in illius autem regeneratione baptiſmatis quod erit in ſpiritu: & in igne conformes efficiemur corpori gloriæ Chriſti ſedentes in ſede gloriæ ſuæ: & ipſi ſedentes ſuper duodecim thronos: ſi tamen relinquentes omnia ſm utranq; interpretationem ſuperius factam: magis autem iuxta ſecundam: ſecuti ſumus chriſtum. Tunc autem cum filius hominis ſederit in ſede gloriæ ſuæ: implebitur prophetia quæ dicit. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorum. Et tunc oportet eum regnare donec ponat deus omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: donec nouiſſima inimica mors deſtruatur. Qua deſtructa iam non erit mors ante faciem ſaluatorum: ſed ſola credita uita. Morte enim conſtituta ante faciem hominum: nō creditur uita ab his qui tenentur a morte. Deſtructa uero morte: ab omnibus uita credetur. Tale aliquid poſitum eſt in lege ita Poſui ante faciem tuam uitam & mortem. Item. Erit uita ueſtra ſuſpenſa ante oculos ueſtros: & non credetis uitæ ueſtræ. Sedebit autem filius hominis ſup ſedem gloriæ ſuæ: cum nullus contemptibils & inglorius fuerit in regno eius: omnes enim tunc qui gloriam ab hominibus non acceperunt: nec fecerunt aliquid ut ab hominibus glorificarentur: ſed gloriam ſolam quæ ex deo eſt quæſierunt: regenerabuntur ab eo qui ſederit ſuper ſedem gloriæ ſuæ. Tunc implebitur oratio chriſti: quam orauit & dixit. Pater glorifica me ea gloria quam habui priuſq̄ mundus fieret apud te: Si autem potes intelligere uerbum reſtitutum poſtq̄ factus fuerat caro: & omnia quæcūq; factus eſt: ſm ꝙ unuſquiſq; neceſſarium fieri habuit eum ſibi ut omnes lucretur: & poſtea reſtitutum: ut fiat qualis fuit in principio apud deum: deus enim erat uerbū in gloria ſua: quaſi uerbum uidebis eum ſedentem ſuper ſedem gloriæ ſuæ: quando non alium ab eo intellexeris filium hominis qui ſm corpus homo æſtimabatur. Tunc autem cum hæc in reſtitutione ſaluatoris fuerint facta: & qui reliquerunt omnia: & ſecuti ſunt eum: ſedebunt quaſi cōformes facti corporis & ſedis gloriæ eius ſuper duodecim thronos iudicātes duodecim tribus iſrael. Omnis enim uita iuſtorum iudicabit tribus iſrael quæ non crediderunt: & iudicabūt apoſtoli: & qui apoſtolorum imitati ſunt uitam: & iudicabunt generoſos quidem propter ꝙ ſunt iſrael: non autem egerunt digna genere ſuo. Forſitan autem quod dicit Apoſtolus in uobis iudicabitur mūdus: dicitur ad eos qui uenerunt ex gentibus. Quod autem dicit ſedebitis & uos ſuper duodecim thronos iudicantes duodecim tribus iſrael. dicitur ad apoſtolos & ad eos qui apoſtolicam imitati ſunt uitam iudicaturos iſrael: qui generoſiores toto mundo habentur. Si quis ergo reliquerit omnia & ſecutus fuerit Ieſum: quæ Petro promiſſa ſunt & ipſe recipiet. Si autem non omnia reliquit: ſed quædam quæ ſpecialiter inferius referūtur: hic multiplicia recipiet: & uitam æternam poſſidebit: ſm quod ait. Omnis qui reliquerit fratres aut ſorores aut parentes aut filios aut agrum aut domum propter nomen meum: centuplum accipiet: et in futuro uitam æternam poſſidebit. Et hoc quidem quoniam habet non contemptibilem rationem: & ſm ſimplicem traditionem exhortatoriam ad contemnendam omnem carnalem cognationem: & omnem ſubſtātiam mūdialem: oīs homo fatetur: qm̄ multi credentium chriſto odio habiti ſunt a parētibus ſuis: & elegerunt eos: & oēm ſubſtātiam ſpernere: ut uitam æternam poſſiderēt: credētes quia omnis q reliquerit fratres ſm carnem: & ſorores corporis: & parentes carnales: aut filios carnis: & in terra maledicta agros: & domos in ea: & reliquerit propter

aliud nihil niſi propter nomen Chriſti : multiplicia re/
cipiet. Et ſi oportet ſic nominare inæſtimabiliter multipli
cia ſpiritalia magis q̄ carnalia. Et adhuc ſupra quod mul/
tiplicia recipit non in uita hac tẽporali: ſed in illa uita æter
na factus: recipiet ea. Et multiplices quidem fratres: & ſo/
rores exponere facile eſt. Nam & in hoc ſæculo pro fra/
tribus carnalibus quos ꝓpter infidelitatem reliquit: mul/
tos inuenit fratres ſm fidem. Sic & parentes omnes irre/
præhenſibiles epiſcopos: & preſbyteros ſine crimine cõ/
ſtitutos inuenit quis patres pro eo quod reliquit infide/
les parentes. Similiter & filios omnes ætatem habentes.
Quomodo autem intelligatur multiplices agros uel do/
mos quæ reliquerit inuenire: non ſimiliter tradere poſſu/
mus. Sunt ergo ſicut æſtimo & angelis patres: & ſorores
omnes qui exhibuerũt ſe chriſto caſtas uirgines : tam iſtæ
quæ adhuc in terris habentur: q̄ illæ quæ iam uiuunt in
coelis. Parentes aũt quales dicti ſunt Abrahæ. Tu ibis ad
patres tuos in pace: nutritus in ſenecta bona. Si aũt facti
fuerint aliquando ſm illos patres iſti aliorum patres: mul
tipliciter recipiunt etiam natos. Agros aũt & domos mul
tiplices intellige mihi in requie paradiſi: & ciuitate dei de
qua dicta ſunt glorioſa: i cuius gradibus dinoſcitur deus
cum ſuſcipiet eam: ut dicatur ad eos qui illic poſſident do
mos. Sicut audiuimus ita: & uidimus in ciuitate domini
uirtutum: in ciuitate dei noſtri. De qua dicitur. Diſtribuite
gradus eius. Super hæc aũt omnia uitam æternam poſſi/
debit. Multi erunt primi nouiſſimi: & nouiſſimi primi. Et
hoc habet aliqua & ſm ſimplicem ſenſum exhortari po/
tentia eos qui nuper accedunt ad uerbum diuinum: ut ſe
ſtinent per ea quæ conſtituta ſunt hominibus ad profe/
ctum aſcendere præ multis qui uidentur ſenuiſſe in fide
ad uerbum & uitam quæ eſt ſuper illos: cum neq; tẽpus:
neq; parentes infideles impediant eos qui nuper accedũt.
Poteſt etiam huiuſmodi ſenſus & deſtruere & extollere q
gloriantur: eo ꝙ a chriſtianis parentibus ſunt enutriti in
ipſa chriſtianitate: maxime ſi fuerint ex patribus ſacerdota
li ſede dignificatis: id eſt epiſcopatus : aut preſbyteratus:
aut diaconatus in populo dei. Audiẽtes enim quia mul/
ti erunt primi nouiſſimi: & nouiſſimi primi: recordabun/
tur ut non glorientur in eo quod uidentur priores/neq;
humilientur: & puſillanimes fiant quaſi minus aliquid
prioribus poſſidentes pro eo ꝙ chriſtianitatis dogmata
nouiſſimi receperunt. Habet etiam alterum intellectum ut
ſint quidem primi iſraelitæ qui facti ſunt nouiſſimi pro/
pter infidelitatem ſuam & proditionem in chriſto. gentes
autem nouiſſimi facti ſunt primi : ſi tamen permanſerint
in fide non alta ſapientes: ſed humilibus conſentientes: &
ſi cõmunicantes radici patriarcharum: & pinguedini uer
bi patrum: in qua plantati fuerint ſm propoſitum ſpiri/
tualis legis & ſm uoluntatem prophetarum/ſi tamen &
ipſi intelligantur ſpiritualiter: ſicut lex illis uidelicet a bo/
na oliua propter infidelitatem præciſis. Chriſto enim in
iudicio ueniente in iſtum mundum/ut gentes quæ non
uidebant uiderent: iſraelitæ aũt uidentes ut propter infi/
delitatem fierent cæci: nos proſeliti aſcendẽtes per fidem:
facti ſumus ſurſum & primi: iſraelitæ aũt qui fuerũt prio/
res: ſunt facti nouiſſimi per infidelitatem cadentes. Sic in/
telligitur & quod ait: ſi quis uult primus eſſe: erit nouiſſi/
mus. Tanq̄ ſi dicat. Quoniam nunc primatum accipient

qui ex gentibus credunt in me: qui æſtimantur nouiſſimi
eſſe apud iſraelitas: nouiſſimi autem iudicabuntur a deo
omnes iſraelitæ: & ſi uidentur propter tempora primi. Si
quis ergo uult fieri uere primus: fiat in iſtis qui nunc no/
uiſſimi æſtimantur ab iſraelitis. Quicunq; autem uoluerit
eſſe in illis q primi eſſe uidentur: primatu ad gentes trãſla/
to computabitur inter nouiſſimos. Vide autem caute q̄d
loquatur ſermo. Multi inquit erunt primi nouiſſimi. Nõ
omnes primi erunt nouiſſimi: nec omnes nouiſſimi erũt
primi. Sunt enim qui primi fuerunt: & nihilominus per/
manent primi ſicut apoſtoli Chriſti qui iſraelitæ fuerunt
de ſemine Abrahæ: q etiam nunc primi habentur. Et ſunt
nouiſſimi nihilominus permanentes: qui male ſe tractant
de populo chriſtiano: & uidentur de eccleſia eſſe cum non
ſint. Adhuc autem uide ſi potes dicere primũ genus eſſe
angelorum quaſi honorabilius qui nouiſſimi præ ange/
lis eſſe uidentur. Nam ſicut ſcriptum eſt in Iob : quando
factæ ſunt ſtellæ laudauerunt deum omnes angeli eius:
quaſi antiquiores non ſolum homine poſt creato : ſed &
omni creatura propter eum creata. Et ſic audebit aliquis
dicere: ꝙ multi angelorum qui priores fuerunt homini/
bus/efficiuntur inferiores quibuſdam hominibus. Multi
autem hominum qui natura nouiſſimi ſunt : efficiuntur
per uitam angelicam & uerbum dei quibuſdam angelis
ſuperiores qui primi quidem fuerunt conſtituti: facti ſunt
autem nouiſſimi propter aliquas culpas. Accipe autem
ad hæc ſcripturam Apoſtoli dicẽtis. An neſcitis quoniam
angelos iudicabimus? Nunquid ſæcularia? Sed & Iudas
dicit. Quoniam angelos dei qui non cuſtodierunt prin/
cipatum ſuum: ſed reliquerunt ſuam habitationem: deus
in iudicio magnæ diei uinculis grauibus ſub caligine cõ/
ſeruabit. Vide ergo niſi iſti quidem q̄diu cuſtodierũt prin/
cipatum ſuum : & non reliquerunt propriam habitatio/
nem: multo fuerunt hominibus meliores: & erant homi/
num primi: quorum anima humiliata erat in puluerem
qui facti fuerant in corpore humilitatis: ut uix dicerẽt ali/
quando. Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore
mortis huius? Homines autem qui angelorum compa/
ratione nouiſſimi erant: angelorum primi efficiuntur: eo/
rum qui non conſeruauerunt principatum ſuum: ſed re/
liquerunt propriam habitationem: accipientes principa/
tum ſm ꝙ ſcriptum eſt: eſto poteſtatem habens ſuper de/
cem ciuitates: aut ſuper quinq; ciuitates. Facti ergo in ha/
bitatione quidam angelorum derelinquunt eam. Efficiũ/
tur autem homines primi ſi quãdo prædicato ſibi regno
coelorũ fecerint: quæ poſſunt eos ſubleuare ad illam habi/
tationem quam angeli reliquerunt. Et multi ex nouiſſi/
mis & natiuitatem habentibus ſuper terram aſcendentes:
ut fiducialiter dicere poſſint noſtra autem conuerſatio in
coelis eſt: efficiuntur primi. Et ipſe quoq; ſicut fulgur cor/
ruit de coelo. Primus fuit quãdo incedebat imaculatus in
oibus uiis ſuis donec iniquitas inueniretur in eo: & factus
eſt nouiſſimus in infernũ deſcẽdens: ut admirent̃ uidẽtes
eum: & dicant. Et tu cõſumptus es ſicut & nos. In nobis
aũt æſtimatus es: & deſcẽdit ad iferos honor tuus: & mul
ta gloria tua. Sic cum nouiſſimus eſſet omnis qui inſi/
piens & incredulus erat: ſeruiens uoluptatibus uariis: &
deſideriis in malicia: & inuidia odibilis & odiens ſed fa/
ctus eſt primus quando benignitas apparuit domini ſal/
uatoris per

uatoris per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus:et ſuſcepit eum q dixit:Qui me ſuſcipit:ſuſcipit eum qui me miſit. Sed ſm hæc quidem primos eſſe tradidimus eos qui ſaluantur:nouiſſimos autem qui non ſunt digni tali ordine ſaluatorum:ſed pœna:& ut relinquãtur ſiue donec intrauerit gentium plenitudo:ſiue donec compleantur quæ peccatis propriis meruerunt. Parabola autem quæ ſubſequitur iſtos ſermones ſignificat eſſe ſaluãdos etiam nouiſſimos:qui primi qdem ſunt operati:nouiſſimi autem acceperunt mercedem. Et ideo cum primi fuiſſent:nouiſſimi ſunt æſtimati. Meliores autem eis dicit: qui nouiſſimi quidem ad opera ſunt uocati: receperunt autem mercedem:non ſolum primi/ſed etiam æqualem eis qui aduerſus patremfamilias murmurauerunt / & dixerunt. Iſti nouiſſimi unam horam fecerunt: & æquales feciſti eos nobis qui portauimus pondus diei & æſtum? Et primi uocantur qui ad opera nouiſſimi ſunt uocati:ex eo ꝙ primi acceperunt mercedem.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias:qui exiit primo mane conducere operarios in uineam ſuam.

¶ Homelia Origenis preſbyteri de eadem lectione. Et eſt numero decima.

VIdetur quidem omnis parabola hæc propter hoc eſſe ſuſcepta:ut diſcamus quomodo nouiſſimi uenientes ad opera quaſi primi uocati primi acceperunt mercedem: & quomodo qui uocati fuerant primi:in nouiſſimo loco a patrefamilias ſunt ſtatuti:ꝓpterea ꝙ & nouiſſimi acceperunt mercedem:Scire autem debemus q̃m ſi parabola Ieſu in quo theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi ſunt/diſcuſſa fuerit: tanta dogmata ſapientiæ in myſterio abſcondita inuenientur his qui poſſunt talia inuenire:ut maxime de iſta parabola dicat ſaluator. Aperiam in parabolis os meum:loquar propoſitiones ab initio:& eructuabo abſcondita a cõſtitutione mũdi. Neceſſe enim eſt ut uideat qui uult intelligere quæ ſit dies quæ refertur in ea:& quæ horæ illius:& ꝙ non euentu paterfamilias quinqꝫ ordinibus operarioꝝ tradidit opera uineæ. Deinde quærenda eſt cauſa ei qui quærere poteſt:quare qdam opãrii mane cõducti ſunt: et poſt hoc nõ circa horam ſecundam:ſed circa tertiam horam alii ſunt cõducti: & poſt eorum conductionem:quare non circa horam quartam uel quintam:ſed circa horam ſextam:ita non circa ſeptimam uel octauam:ſed circa nonam:& nouiſſime non circa decimam:ſed undecimam. Debet enim eſſe quædam ratio digna Ieſu:quare inter matutinam:& tertiam tempus modicum eſt aſſumptum:& non ſm tempora quæ poſita ſunt inter tertiam & ſextam:uel inter ſextam & nonam. Poſt hoc autem quare una ſit hora inter nonam & undecimam:quẽadmodum ſuperius inter matutinam & tertiam. Non aũt negligenter eſt attendendum qua ratione paterfamilias cum mercennariis qdem quos mane cõduxerat pactum fecit ſpecialiter in die denarium: conductis autem circa tertiam horam non cõſtituit nominatim certam mercedem:ſed ita:quodcunqꝫ iuſtum fuerit dabo uobis. Similiter & circa ſextam horam:& nonam fecit uocatis. Et quia his qui circa undecimam erant uocati:excuſantibus ſe propter ocium totius diei: ſic dixit. Ite & uos in uineam. Sed & quoniam quaſi extra uineam cõſtitutus paterfamilias:& inueniens operarios ibi/primos quidem miſit in uineam. Secundis autem dixit. Ite & uos in uineam. Similiter eundem ſermonem:& qui circa undecimam fuerant uocati:ite & uos in uineam. Intelligat autem qui poteſt:qd ſit forum quod in græco nundina ponitur:in quo ocioſos ſtantes inuenit Ieſus. Secundo ſimiliter eſt requirendum:qui ſunt qui inuenti ſunt ſtantes circa undecimam quibus dicit:quid ſtatis hic tota die ocioſi? Aſpiciat autem quis:quæ ſit excuſatio eorum qui toto die ſteterant ocioſi:& quis eſſet dolor ſtandi eorum qui toto die ſtare ocioſi ſuſtinuerũt:ut cum fiducia reſpõderent:quoniam parati quidem fuerunt ad opus:nemo ante eos conduxit quaſi plurimi eſſent qui conducerentur:non autem & qui conducerent. Necnon diligenter oportet attendere:& quod ſero facto:dixit dominus uineæ ꝓcuratori ſuo. Voca operarios & redde eis mercedem:incipiens a nouiſſimis uſqꝫ ad primos. Quæres autem quid mouit dñm uineæ ut iuberet procuratorem uineæ uocare operarios:& reddere eis mercedem incipientem a nouiſſimis:& aſcendentem uſqꝫ ad primos: ut primi qdem accipiant qui circa undecimam erant conducti: ſecundi autem qui circa nonam:tertii qui circa ſextam:quarti qui circa tertiam:nouiſſimi uero qui mane. Hoc enim manifeſtiſſime declaratur ex eo quod dicit redde mercedem incipiens a nouiſſimis uſqꝫ ad primos. Quis autem & extra dominum uineæ ſit domini procurator dans mercedem iuxta domini iuſſionem. Sed & ſi qui uocati fuerant circa nonam non portauerunt pondus diei & æſtum:manifeſtum eſt quoniam non illi murmurauerunt aduerſus patremfamilias dicentes:q̃m hi nouiſſimi unam horam fecerunt:& æquales eos feciſti nobis q portauimus põdus diei & æſtum. Neqꝫ illi qui ſexta hora uocati ſunt põdus portauerũt diei:niſi forte diei dimidium. Et qui tertia ſunt uocati:non totius diei pondus ſuſtinuerunt:ſed ſi oportet caute dicere dimidium diei:& quartã partem diei. Soli autem qui ex mane conducti ſunt:pondus diei ſuſtinuerunt/& æſtum totum. Cæteri autem ſm menſuram temporis quod fecerunt in uineam:portauerunt. Quoniam autem diuerſæ parabolæ ſunt uineam nominantes:quærendum eſt utrum ſm diuerſas res & uinea intelligitur:aut ſm ipſam rẽ. Ego arbitror oportere diſcutere:& quare non ad omnes qui primi uenerunt & æſtimauerunt:q̃m plus eſſent accepturi:& murmurauerunt aduerſus patrẽfamilias:ſed uni eorum dixit. Amice non tibi facio iniuriam. Denarium conueni tecum. Et uolo huic nouiſſimo dare quẽadmodum & tibi. Quoniam autem et hæc talia ſuſcipit parabola præſens:poteſt qdem requirere quis in ea:digna aũt dicere eſt nullius:niſi eius q dixit. Nos aũt ſenſum chriſti habemus. Age nos q multũ deſumus a ꝓfunditate parabolæ:q̃dam modica quæ ſuſpicamur in ea dicamus. Et primũ qdem uideamus de die parobolæ: q̃ ſit dies. Et uide ſi poſſumꝰ totũ hoc ſæculũ: ꝑſens dicere unũ diẽ. magnũ qdẽ quãtũ ad nos:modicũ aũt & exigui tẽporis:quãtũ ad dei p̃ris:& chriſti:& ſancti ſpiritus uitã. Et qd dico quãtum ad uitam p̃ris/& filii/& ſpiritusſancti? Forſitan & quantum ad uitam quarundam beatarum uir/

tutum:& ſublimium comparatione generis multorum.
Nam quantum eſt una hæc dies:quantum ad uitam om
nium diu uiuētium:tātum eſt omne ſæculum hoc quā/
tum ad uitam ſupnarum uirtutum.Et ſi tantum eſt:quā/
tum ad uitam ſupernarum uirtutum : iam uide q̄ nullius
momenti eſt omne hoc ſæculum quantum ad uitam dei
patris/& filii/& ſpiritusſancti.Vtrum autem aliquod tale
myſterium demonſtretur:In deuteronomii cantico ī quo
dicit:mementote dies ſæculi:aut non:quærat qui poteſt:
& ſi tales ſunt dies ſæculi:conſequens erit traditionem ſi/
milem eſſe intelligere quæ dicit:& annos æternos in men
te habui:& meditatus ſum nocte cum corde meo:exerce/
bar:& contribulabam ſpiritum meum & dixi:non in ſæ/
cula proiiciet deus.Et forte ut audacter dicam in ſæcula
quidem nō proiiciet deus multum eſt enim & in uno ſæ/
culo proiicere deum.Proiiciet autem forſitan & in ſecun
do ſæculo:quando quædam peccata non remittuntur:
nec in hoc:nec in futuro ſæculo. Quis ergo idoneus eſt
ſex illos dies:& ſeptimum regetionis ad huiuſmodi dies
referre:& poſt ſabbata & neomenias: & in primo menſe
feſtiuitates:& in quarta decima die menſis paſcha : & in
cæteris azimorum?Sic autem ſequens quis rationem in
abyſſum cadet intellectuum:cæteras feſtiuitates æſtimans
ſm̄ huiuſmodi dies : & totum ſeptimanale magnum in
quo pauperibus:& aduenis : & beſtiis terræ donat deus
fructus qui ex prima terræ operatione ſint geniti in tem/
pore:cum iam nemo operabitur terram.Abyſſum autem
dico propter altitudinem dogmatum:ut aſcendens quis
uideat quinquageſimum annum:& quæ de eo in lege
conſtituuntur & adimplentur.Sed quærentes unam ꝓ/
poſitæ parabolæ diem:& æſtimātes eam eſſe totum hoc
ſæculum præſens:intrauimus in altitudines opus haben/
tes ſpiritu dei qui omnia ſcrutatur:etiam altitudines dei.
Ego autem æſtimo quoniam ſicut in exitu conſumatio/
nis anni quædam dicta ſint fieri oportere:ſic(uerbi gr̄a)
& in conſumatione ſæculorum multorum ſiue annum
aliquem complentium : ſiue aliud aliquid in abiectione
peccati apparuit Ieſus noſter:ut poſt conſumationem ſæ/
culorum quaſi anni unius dierum:iterum aliud ſuccedat
principium & oſtendat in ſæculis ſuperuenientibus ſu/
pereminentes diuitias bonitatis ſuæ in eos quos ipſe no/
uit oſtendere oportere.Et hæc quidem diximus propter
diem:qui in parabola nominatur præſenti:quem poteſt
quis confirmare etiam ex Ioannis epiſtola ita dicentis.Fi/
lioli nouiſſima hora eſt:et ſicut audiſtis quoniam antichri
ſtus ueniet:nunc autem antichriſti multi facti ſunt.Vnde
cognouimus quoniam nouiſſima hora eſt. Nouiſſima
enim hora eſt poſt undecimam in qua homo paterfami/
lias egreſſus iuenit alios ſtātes:& dixit eis. Quid hic ſtatis
tota die ocioſi?Poſt hoc requiramus quomodo nō for/
tuitu paterfamilias quinq; ordinibus operariorum tradit
opera uineæ.Primum quidem quando egreſſus eſt ma/
ne.Secundo:quando egreſſus eſt circa horam tertiam ui/
dit alios ſtātes ocioſos in foro.Tertia uice & quarta:quā/
do iterum circa ſextam & nonam egreſſus ſimiliter fecit.
Quando autem circa undecimam inuenit alios ſtantes.
Et uide ſi potes primum quidem ordinem dicere Adam
in principio creationis mundi:& eos qui fuerunt in tem/
pore illo:ut operarentur uineam culturæ dei.Secundum
autem ordinem Noe:& teſtamentum quod diſpoſitum
fuit ad eum:cum eis qui fuerunt in tempore illo.Tertium
autem Abraham & qui poſt ipſum fuerunt patres : uſq;
ad Moyſen.Quartum Moyſen & eos omnes qui de ægy
pto ſunt egreſſi:& legiſlationem quæ facta eſt in deſerto.
Nouiſſimum autem ordinem:chriſti aduentum.Tamen
unus homo paterfamilias quantum ad parabolam iſtam
quinquies eſt egreſſus:& ad negocia peruenit huiuſmo/
di:ut inconfuſibiles operarios docentes uerbum ueritatis
mittat in uineam operaturos opera eius.Si enim chriſtus
qui condeſcendit hominibus multotiens uocationem
operariorum ſemper diſpenſauit:& ſi de mundo ſenſibi/
li:& a ſenſu incipiente opera facere myſterium aliquod ha
bent quinq; operariorum ordines introducti qui poteſt
cognoſcat.Exerceatur autem & ſi non uult quis ſuſcipere
dogmata:& quæ dicuntur a nobis. Dicet enim aliquis
quoniam tactus eſt in prima uocatione:propterea q̄ mu/
lier dixit ſerpenti.Dixit deus. Non manducabitis ex eo:
neq; tangetis eum.Odoratus autem miſericordia:propte
rea q̄ dictum eſt de Noe.Odoratus ē dominus odorem
ſuauitatis.Guſtus uero eſt in Abrahæ uocatione:propter
quod & paſcens angelos appoſuit eis abſcondito ſicut
eſt in latino ſubcineritias de ſimila lagine:& uitulum tene
rum.Auditus autem in Moyſe:quando de coelo audita
facta eſt uox dei.Viſus autem qui ſuper omnes ſenſus ho/
norabilior eſt in aduentu chriſti ſignificatur:quando ocu
li beati Chriſtum uiderunt.Dicamus autem & hæc ſiue
exercitationis rationabilis gratia: ſiue uult quis accipere
quaſi dogmata propter quinq; uocationes. Arbitror au/
tem quoniam & opera uineæ huiuſmodi erant ut opus
haberent operariis ſm̄ horas.Oportebat enim mox mane
opera fieri in uinea:& uidit paterfamilias q uocabat ope/
rarios qui eſſent apti ad opa:quæ primo mane fieri opor
tebat.Aliud autem opus circa tertiam horam erat : quod
fuit in diebus Noe:quando teſtamentum diſpoſuit ei.Ita
decem generationes a Noe uſq; ad Abraham:qui fuit pri
cipium alterius operis eminentioris:& erat operarius ui/
neæ.Tunc incipiens Abraham & poſt eum Moyſes : &
qui fuerunt cum ipſo in uinea. Deerat autem uineæ ali/
quod nouiſſimum opus quod opus habebat noua uo/
catione:quæ deerat in uinea breuiter operante : quod eſt
opus noui teſtamenti.Cognouimus ergo interualla uo/
catorum:circa tertiam/& ſextā/& nonam/et undecimam:
in qua tantum fuit interuallum a nona Moyſi hora uſq;
ad undecimam in qua eſt aduentus chriſti carnalis:quan/
tum fuit a prima Adam uſq; ad tertiam Noe. Conuenit
autem paterfamilias qui primo mane uocati ſunt dena/
rium.Hunc autem puto nouiſſima eſſe ſalutis:non ſimul
collatis eis quæ ſunt ſm̄ gloriam. Salutis enim arbitror
nomen eſſe denarium:gloriæ autem quæ ſunt ſuper de/
narium.Sic alicubi nominata ſunt numiſmata eius qui
datam ſibi mnam amplificauit in quinq; mnas:uel in de
cem.Quid autem dicit his qui circa tertiam erant uoca/
ti. Quod iuſtum fuerit dabo uobis. Inuitauit quidem
operarios tertiæ horæ ad totum. Quicquid autem po/
tuerit operari iudicium ſibi reſeruauit ſm̄ opus quod
fuerit factum:ut iuſtam reddat mercedem.Quoniam au/
tem ſimiliter fecit etiam eis qui circa ſextam / & nonam
uenerunt:manifeſtum eſt:quoniam & ipſis dixit : quod
fuerit

fuerit iuſtum dabo uobis. Poterant autem æquale opus facere in uinea eis qui ex mane ſunt operati: quicunq; in tempore breui uolebant operãtem uirtutem ad opus extendere: quæ ante non fuerat operata. Sed quæret aliquis quare ſic dicit ad eos quaſi non ſolũ fuiſſent ibi: ſed etiam tota die ſteiſſent: id eſt per totum tempus quod fuit ante undecimam horam ſm ꝙ ſcriptum eſt: quia egrediens paterfamilias circa undecimam horam dixit ad eos. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Ego autem ſuſpicor de anima etiam in iſtis ſecretam & abſolutã rationem. Quomodo autem ociabantur tota die: uſq; ad undecimam horam uolentes quidem operari: non autem aſſumebantur in uineam qui fideliter ſe excuſabant dicentes: quia nemo nos conduxit. Non autem auſi fuimus talia quædam: & de multis ſcripturis ſuſpitionem accipientes: & de præſenti quoq; parabola dicere: ut oſtẽdemus quomodo tota die ocioſi ſteterunt: propterea ꝙ nullus eos conduceret: qui circa horam undecimam ſunt uocati. Quibus autem nõ placent dogmata iſta: interpretentur nobis diem illam totam: & eos qui ſtabant tota die ocioſi: uolentes quidem operari non autem uocabantur in uineam: & quod fiducialiter ſe excuſantes dixerunt: nemo nos cõduxit. Si enim conſeminata eſſet anima corpori: quomodo tota die ſteterunt ocioſi? Aut dicant nobis quæ ſit illa dies tota: & in ea diuerſæ ſm diuerſas horas operariorum uocationes. Vtrum autem beati qdem qui ſm parabolam iſtam a patrefamilias ſunt conducti. Erant autem & alii operatores qui conducebantur: ſiue ab aliis patribuſfamilias: ſiue ab ipſo: & ſiue non beati: aut non ſic beati: ſupra nos eſt hoc intelligere digne: aut ſm ꝙ intelligimus credere. Ego q̃ro & quæ extra uineam ſunt ubi & inueniuntur operarii ab eo qui exiit conducere eos. Et cõſidera ne forte locus animarum eſt ante corpus: qui eſt extra uineam locus. Vinea autem non ſolum hic in corpore eſt: ſed etiam extra corpus ubi operantur operatores. Nec enim in ocio ſunt animæ operariorum a patrefamilias conductorum: cum a corpore ſunt liberatæ. Et Samuel ergo extra corpus operabatur prophetãs: & Hieremias orans pro populo. Propterea ꝙ contendimus: & operamur uineam: ſiue conſtituti in corpore: ſiue exeuntes a corpore: accepturi quod fuerit iuſtum. Et nemo eſt quantum ad parabolam iſtam qui non eſt operatus opera uineæ: qui tamen tranſmiſſus fuit in eam. Neminem enim quaſi qui minus fecerit opera: paterfamilias repræhendit: q̃q̃ de mercede maiore uel minore ſperata culpauit. Et forſitan locus q extra uineam eſt forum eſt: ubi erant ſtantes ocioſi: magnam excuſationem habentes ad hoc ut digni efficiantur totius diei mercede: ſm ꝙ excuſauerunt ſeipſos dicentes nemo nos conduxit. Propter quod & paterfamilias libenter conduxit eos: & ut ita dicam reddidit eis mercedem pro eo qđ magnanimiter tota die ſteterũt & expectauerunt uſq; ad ueſperam conductorem. Poſt ueſpere facto: id eſt ſæculi conſumatione & diei illius quæ in parabola iſta refertur: dicit dominus uineæ procuratori ſuo: ſiue alicui angelo q ſuper mercedes tribuendas poſitus eſt ſiue alicui ex multis procuratoribus procuratori: ſm ꝙ ſcriptum eſt ſub curatoribus & auctoribus eſſe heredem in tempore quo paruulus eſt. Secundum præceptum ergo patriſfamilias uocãtur operatores a procuratore: ut merces nouiſſimis detur in primis. Primi enim operarii teſtimonium habentes per fidem: non acceperunt dei promiſſionem: pro nobis melius aliquid proſpiciente patrefamilias: qui uocati ſumus undecima hora: ut non ſine nobis ꝑficiantur. Et miſericordiam conſecuti ſumus: ꝑ eo ꝙ tota die ſtetimus: & uoluimus conductorem nobis uenire. Ociati autem fuimus & cum excuſatione ad opus aſſumpti: & miſericordiam conſecuti: primi mercedem ſperamus accipere: qui noti ſumus chriſti. Poſt nos autem dabit mercedem eis q ante nos operati ſunt. Et ſic etiam eis qui fuerunt ante illos. Et ſic uſq; ad primos. Videns autem quis locum illum ubi cõmemorabatur Samuel: & qui conſequenter conſiderauerit de eis qui ante undecimam horam ſunt conducti: uidebit quomodo portauerunt primi pondus diei / & æſtum: nos autem qui undecima ſumus uocati: ſicut illi quidem non portauimus pondus diei & æſtum. Portauimus autem pondus eo ꝙ ſtetimus ocioſi anteq̃ paterfamilias ueniret ad nos: qui dixit nobis. Venite ad me oẽs q laboratis & onerati eſtis. Onus erat enim ocioſitas ipſa: & quod non iudicabantur interim ad opera uineæ digni. Aeſtum autem portauerunt qui ante undecimam erant uocati: unuſquiſq; ſm æſtimationem uocationis: non autem ſcientes patriſfamilias dignitatem primi. Et quoniam non debebant aduerſus eum murmurare: amplius aliquid ſalutis q̃ nouiſſimi accipiunt: accipere putauerunt: & murmurauerunt contra patremfamilias inuidentes nobis nouiſſimis qui unam horam uſq; ad conſumationem fecimus: & ſimiles facti ſumus eis qui a principio diei ad diuinam uineam ſunt uocati. Sed paterfamilias uni eorum dixit (forſitan Adæ) Amice non facio tibi iniuriam. Nonne denario conuenij tecum? Accipe quod tuum eſt. Tuum eſt enim ſalus: quod eſt denarium: & uade. Volo autem & iſti nouiſſimo dare ſicut & tibi. Et non dixit iſtis nouiſſimis: ſed oſtendit aliquem ſm exitum. Vnum quem temeritatis quidem eſt dicere: non tamen incredibiliter poteſt quis arbitrari apoſtolum Paulum qui una hora eſt operatus: & forſitan ſuper omnes qui ante fuerunt ſicut ipſe teſtatur dicens. Sed plus omnibus laboraui. Si autem oportet & de uinea dicere aliqd accipiendo occaſionem ab eo ipſo qui interpretatus eſt in alia parabola de uinea: quoniam uinea eſt regnum dei. Sic enim ipſe dixit. Auferetur a uobis regnum dei: & dabitur genti facienti fructum eius. Omnes ergo qui operantur opera uineæ: opera regni dei: & ſalute digna perficientes denarium conſequentur. Poſtq̃ autem dictauimus hæc in parabola hac præſenti ſubuenit nobis etiam hæc quæ poſſunt eſſe utilia eis qui in altiori & ſecretiori expoſitione proficiũt. Dicet enim aliquis omnem uitam eſſe diem unum ſm parabolam hanc. Hoc ergo oſtenditur quoniam quidam a pueritia ante ætatem ad operãdum opera regni dei accedunt: & ipſi ſunt qui primo mane conducuntur in uineam. alii autem in adoleſcentia ueniunt ad dei culturam: & ſunt ipſi qui hora tertia inuitantur. alii uero uiri perfecti: & ipſi ſunt qui in ſexta uocant̃. alii aũt iam ſenes adducunt̃ ad dei culturã: & ipſi ſunt q circa nonam uocãtur. alii aũt in ipſo exitu uitæ ſenes ad plenum: & ipſi ſunt qui circa undecimam uocant̃. Quoniã ergo affectus non tempus reſpicitur: quod quis fecit in fide: ideo non aſpicitur: ex quo quis uocatus eſt: ſed quantum quis ope-

ratus eſt. Et propterea omnibus æqualiter tribuitur merces ſalutis. Vnde indignantur qui a pueritia ſunt fideles: qui laborauerunt: & ſubiugauerunt iuuentutem ſuam: & portauerunt totius æſtatis feruide æſtum: & temptationum accidentium pondus: ſi æqualem ſalutem habituri ſunt: ocioſis a pueritia uſq; ad ſenectutem qui ociantes in infidelitate ante modicum tempus ad fidem & opera fidei uenerunt. Vineam autem ſm hanc expoſitionem intelligimus regnum dei quod in eccleſia prædicatur. Forꝭ autem eſt: quicquid eſt extra uineam: foris: id eſt extra eccleſiam chriſti: extra uerbum ueritatis. Vnde ſermo dominicus accepit eos qui uocãtur a chriſto: & mittit in uineam: id eſt in eccleſiam. Non autem numerabuntur: ſed ſm expoſitionem iſtam inter operarios uineæ: quotquot uocati ſunt quidem primum ad dei culturam: non autem conſeruantes quæ fidei erant uicti egreſſi ſunt de uinea: id eſt de eccleſia dei: uel de fide ueritatis: uel de iuſtitia regni cœleſtis: peccantes & poſt adimpletionem uoluptatum ſuarum in peccatis ſuis uoluerunt quaſi pœnitentes iteꝝ ab initio uineam operari. Nec enim poſſunt dicere patrifamilias nemo nos conduxit. Conducti enim fuerunt ſm tempus primum: quo ſunt uocati ad fidem. Sed neq; dicetur eis quid hic ſtatis tota die ocioſi: maxime ſi incipiẽtes ſpiritu poſtmodum carne perficientur: & ſi poſt ea regredi uolunt: ut iterum ſpiritu uiuant. Et nõ diximus hæc diſſuadentes ſurgere eos qui ceciderunt: aut impedientes ne conuertantur auerſi ut ne ad domum patriam reuertantur laſciui filii: qui uiuendo luxurioſe euangelicæ doctrinæ ſubſtantiam conſumpſerunt. habeant enim ꝓpter pœnitentiam quoniam uicti ſunt a uitiis peruerſis meliorem eis qui in peccatis compræhenſi fuerint conſolationem ſalutis. Non tamen debemus æſtimare quoniam ſimiles ſunt eis qui propterea peccauerunt in iuuentute ſua: quoniam nondum didiciſſent quæ fidei erant. Vult ergo paterfamilias nouiſſimis dare quẽadmodum & primis denarium ſalutis: quoniam licet ei facere quod uult in propriis ſuis: & arguere eum qui malum oculum habet: ꝓpterea ꝙ paterfamilias bonus eſt. Erunt ergo multi ex nouiſſimis uocatis primi: & qdam primoꝝ nouiſſimi. Nam & multi uocati ſunt: pauci autem inueniũtur electi.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Aſcendens Ieſus in Hieroſolymam: accepit duodecim diſcipulos ſuos ſeorſum in uia: & dixit eis. Ecce aſcendimus in Hieroſolymam: & filius hominis tradeť principibus ſacerdotum.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione. Et eſt Homelia. XI.

PAulus qui hortatur nos fieri ſuos imitatores: ſicut ipſe imitatus eſt Chriſtum: ſciens Chriſtum per hæc ad manifeſta pericula promptiſſime aſcendiſſe: ſciẽtem quoniam tradendus fuerat principibus ſacerdotum & ſcribis: & condemnandus fuerat morte: & gẽtibus erat tradendus ad deludendum & flagellãdum: & crucifigẽdum ſimile aliquid fecit. Cum enim Agabus accepiſſet zonam eius: & alligaſſet ſibi manus & pedes dicens: hæc dicit ſpiritusſanctus: uirum cuius zona hæc eſt: ſic eum alligabunt iudæi in Hieruſalem: & tradent in manus gentium: audiens iſta Paulus: imitatus ſuum magiſtrum in Hieruſalem promptiſſime aſcendebat. Et cum aliquid humanum paſſus fuiſſet ab his qui propter dilectionem eius cœperant flere: & prohibere ne aſcenderet in Hieroſolymam: dixit. Quid facitis flentes & cõfringentes cor meũ? Ego enim non ſolum alligari: ſed & mori paratus ſum ꝓ nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc ergo conſiderãtes & cognoſcentes ſcire debemus: quoniam frequenter temptatiões aliquas ſubitum ſumus: dolori noſipſos ſm quod iuſtum eſt ad obuiandas temptationes offerre debemus: accipientes exemplum huiuſmodi: primum quidem a ſaluatore: deinde autem ab apoſtolo Paulo. Et ne arbitreris hæc contraria eſſe eis quæ ſuperius diximus & frequenter: quoniam ſi quis uos perſecutus fuerit in ciuitate iſta: fugite in alteram: & quod audiens dominus: ꝙ Ioannes traditus erat in carcerem: ſeceſſit inde. Sed ſciendum quoniam nec ſemper cõuenit declinare pericula: nec ſemper obuiare periculis. Tamen ſapientis eſt alicuius in chriſto: ut cognoſcat quale quidem tempus exigit declinationem: quale autem obuiationem ꝑiculorum. Et hæc quidem diximus ſm uoluntatem ſcripturæ ꝑſentis/hortantes homines aliquando ſpernere pericula mortis. Poſt hoc obſeruandum eſt quoniam aſcendens in Hieroſolymam: duodecim accepit ſeorſum. In duodecim autem adhuc erat & Iudas. Ergo & Iudam accepit ſeorſum. Adhuc enim forſitan dignus erat cum cæteris ſeorſum accipi: & audire quæ paſſurus erat magiſter. Et non reprobo: quoniam adhuc neſciebat Iudas quid eſſet facturus: ſed nec aliquis noſtrorum. Nam & omnibus nobis eſt dictum: noli gloriari in craſtinum. Nec enim ſis quid pariet ſuperuẽtura dies. Necdum enim arbitror immiſerat in cor Iudæ ſathanas ut traderet Ieſum. Et uideat qui poteſt quoniam ab initio euangelii uſq; nunc Matthæus nuſꝗ̃ accuſauit Iudam: niſi in cathalogo duodecim apoſtolorum dixit: & Iudas Simon ſchariothes qui & tradidit eum. Multa autem de hoc: quoniam & Iudam ſimilem fecit cæteris tractauimus ubi diximus. hos duodecim miſit Ieſus præcipiens eis: & dicens quæ dicta ſunt ibi. Cõferamus itaq; hæc eis quæ ſupra ſunt dicta ſimilia: quoniam illic his ipſis uerbis: domino prophetante quæ erat paſſurus: accepit eum Petrus: & cœpit increpare dicens. Propitius eſto tibi domine/& hoc tibi non erit. Hic autem non referuntur diſcipuli dixiſſe: aut feciſſe: cum audiſſent triſtia hæc chriſto futura. Et puto quoniam ideo nunc tacuerunt: quoniam ſuperius quando Petrus accepit Ieſum/& increpans dixit quæ dixit: cõuerſus Ieſus dixit Petro. Vade poſt me ſathana/ſcandalum mihi es/quoniam non ſapis quæ dei ſunt: ſed quæ hominum. Conſequens ergo erat ut recordantes quæ dominus dixit ad Petrum obſeruarent diſcipuli: ne audiant talia uel peiora a ſuo magiſtro. Non eſt autem abſurdum reuocare in memoriam ea quæ ſimiliter iſtis ſunt dicta ſuperius. Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerent: quia ipſe erat chriſtus. Exinde cœpit oſtendere Ieſus diſcipulis ſuis quoniam oportet eum in Hieroſolymam ire: & multa pati a ſenioribus & principibus ſacerdotum/& ſcribis populi: & occidi: & tertia die reſurgere. Et in illis dicitur quoniam accipiens eum Petrus: &c̃. Adhuc autem illic dictum eſt occidendum Saluatorem: hic aũt & ſpecies ipſa occaſionis eſt ſcripta: id eſt ad crucifigendum.

ad cruſigendum. Quid eſt ergo qđ dixit oportet? Quã/
diu quidem Ieſus non tradebatur in hieroſolymis princi
pibus ſacerdotum: & ſcribis: nec condemnabatur morte:
nec deludebatur: nec flagellabatur: nec crucifigebatur ſta/
bat Hieruſalem: & quod uocabatur ſanctuarium: non de/
ponebatur. Poſtq̃ autem hæc in Ieſum auſi ſunt: tunc qui
tradiderunt eum derelicti ſunt: & ſacerdotes qui cõdem/
nauerunt eum morte: & ſcribæ qui excæcati mẽte: & alie/
nati ſenſu non uiderunt uolũtatem ſcripturarum ſancta/
rum: traditi ſunt morti inimicæ Chriſti. & qui deluſerunt
Ieſum in deluſione ſunt ſacti Hieruſalem exercitu circum/
dante quando & uenit deſolatio eius: & qui flagellaue/
runt Ieſum flagellati ſunt: & flagellantur donec intret gen
tium plenitudo: quoniam qui lapidem mittit in altum: ſu
per caput ſuum mittit. Et hæc omnia ſacta ſunt: ut ab illis
quidem recedat ſpeculatio dei: tranſeat autem ad gentes:
ſaluatis uidelicet cum gẽtibus & reliquiis iudæorum ſm̃
electionem: quoniam niſi dominus Sabaoth reliquiſſet
illis ſemen: ſicut Sodoma facti fuiſſent. Ego autem arbi/
tror quoniam ſicut exemplum & umbra culturæ quod
antea implebatur propter cœleſtia ſolutum eſt: & uenien/
te uero principe ſacerdotum figuralis ſacerdos ceſſauit: &
ueris ſacrificiis pro peccato in uſum uenientibus: figura/
lia ſacrificia ſunt deſtructa ſic quando uera Hieruſalem ſu
ſcepit Ieſum aſcendentem ſuper ſubiugalem corporis ſui
in quo & gaudebat ualde filia Sion: & prædicauit filia
Hieruſalem quæ ſurſum eſt: tunc deſtructa eſt Hieruſalem
quæ fuerat umbra: & cecidit templum quod de lapidibꝰ
mortuis erat conſtructum: propter templum quod de la/
pidibus uiuis fuerat erigendum. Effoſſum eſt autem & al/
tare quod fuit deorſum: quoniam apparuerat ꝙ erat cœ/
leſte: cuius enchenias in deſeruitione uera fecit Ieſus. Si au
tem ſm̃ quandam ſignificationem homines ciuitas ſunt.
& nunc in Hieroſolymis: ſic enim eos uoco qui ſpem ſu/
am habent in locum illius Hieruſalem quæ aliquãdo fuit
in terris: & nũc ergo traditur Ieſus eis qui profitentur eſſe
ſe dei ſeruos Iudæis: & quaſi principes ſacerdotum con/
ſtituti: & qui diuinas litteras ſcire ſe arbitrantur ſcribæ: cõ/
demnant Ieſum morte per ea quæ maledicunt de eo: &
non eſt quando non tradunt gentibus Ieſum deludẽtes
eum & doctrinam eius apud ſe: & ſemper linguis ſuis fla/
gellant eum: & culturam dei quæ per Ieſum itroducta eſt.
Et ipſi quidem crucifigunt eum per hoc ꝙ anathemati/
zant & tollere uolunt doctrinam ipſius. Ille autem melior
illis omnibus cõſtitutus: paululum deficiens ſurgit: & ui/
uens gentibus quæ acceperunt poſſe uidere apparet.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Acceſſit ad Ieſum mater filioꝝ
Zebedei cum duobus filiis ſuis: adorans/ & pe
tens aliquid ab eo. Ille autem dixit. Quid uis?
Dicit ei. Dic ut ſedeant hi duo filii mei unus ad dexteram:
& alter ad ſiniſtram in regno tuo.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione. Quæ eſt. XII.

Dignum eſt i præſenti loco, quærere ſenſum
non contemptibilem ſed uere dignum euã
gelio chriſti. Hoc autem præmiſi quoniam
textus ſimplicibus q̃dem & altitudines dei
& ſcripturarum eius neſcientibus quærere:
ſimplicitatem poſtulationis alicuius oſtendit: & reſpon/
ſionem ſimplicem Chriſti ad eam. His autem qui uel ex
aliqua parte ſcripturarum ꝓpoſitiones diſcutere poſſunt:
profundior & ſpiritalis oſtenditur intellectus. Qui ergo
hinc oſtenditur ſenſus: breuis & contemptibilis eſt: & ni/
hil habens magnum. Sicut enim in regno mundiali in
honore eſſe uidentur qui ſedent cum rege ſedenti in ue/
ſte regali: & aliquid regalium negociorum agenti: ſic ma/
ter filiorum Zebedei ſm̃ (ſimplicem dico) textum uide/
tur poſtulare a ſaluatore ut unus filiorum ſuorum ſedeat
ad dexteram eius: alter ad ſiniſtram in regno ipſius. Et ni/
hil fuit mirum ſi mulier ex muliebri ſimplicitate: uel impe
ritia talia debere ſe petere æſtimauit. Pone autem qm̃ & ip
ſi fratres ſm̃ quod Marcus exponit quaſi homines con/
ſtituti: & adhuc imperfecti: & nihil altum intelligentes de
regno Chriſti: talia arbitrati ſunt de his qui ſedebunt cum
Ieſu. Quid dicemus de Ieſu qui oſtendens magnum eſſe
ſedere aliquem ad dexteram: uel ad ſiniſtram ſuam: tollit
poſtulationem: & dicit. Neſcitis quid petatis: & non eſt
meum dare uobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo.
Quæret autem qui ſapiens eſt auditor ſcripturæ: quid
ſit ſedere ad dexteram Ieſu: & ad ſiniſtram in regno eius.
Et conueniebat quidem congregare quæ ſunt ſcripta de
ſeſſionibus dei: uel chriſti: ut ex tractatu eorum: & ex col/
latione coꝝ ad inuicem clareſcere poſſet aliqua dogmatis
magnitudo. Sed prolixitatis declinandæ gratia propo/
nimus unum quod dicit Micheas. Vidi deum Iſrael ſedẽ/
tem in ſede ſua: & omnis militia cœli ſtabat in circuitu
eius/ad dexteram eius/& ſiniſtram. Omnis ergo qui eſt
ſpiritalis & cum iudicio uult cuncta diſcutere decet quo/
niam ſpiritalis eſt ſeſſio dei/ſuper ſpiritali ſede. Similiter
etiam Chriſti. Nihil eni in oĩbus ſeſſionibus huius dei/uel
Chriſti de corporali ſeſſione ſignificat ſermo. Ridiculum
enim eſt propter has corporales ſeſſiones appellatas æſti/
mare ſedes aliquas corporaliter eſſe ædificatas de materia
neſcio qua: in quibus ſedeat deus uel Chriſtus eius: uel q
ad dexteram eius ſeſſuri ſunt: uel ad ſiniſtram: quibus hoc
a patre paratum eſt. Et neſcio ſi ſit corporale quod dicitur
militiam cœli ſtare ad dei dexteram uel ſiniſtram. Et iteꝝ
æſtimare: quoniam qui ſaluantur quidem & laudabiles
ſunt a dextris corporalibus ſunt regis noſtri Ieſu: mali au/
tem & perditi ſimiliter in ſiniſtris corporalibus. Sed uide
ne forte quod dicitur chriſtum reſtitui in regno ſuo reci/
piẽtem proprium principatum ſic intelligere debeamus:
ut deſtructo peccato quod in corporibus mortalibus ho
minum eſt: & omni principatu alienarum uirtutum: &
poteſtate deſtructa: hoc ſit ſedere chriſtum in ſede gloriæ
ſuæ. Quod autem deus omnia facit ad dexteram & ad ſi/
niſtram: hoc eſt ut iam nullum malum ſit ante eum. Intel
ligat ergo qui poteſt eminentiam quidem regni in homi/
nibus chriſtum recepiſſe. & glorificatum eſſe ad gloriam
quam habuit priuſq̃ eſſet mundus: priuſq̃ peccarent qui
peccauerunt: & habebat gloriam apud patrem: eorum au
tem qui appropiant in primo/uel ſecundo/uel in tertio
loco: quaſi homines conſtituti ſm̃ menſuram ſuam ha/
bentes ſedere ad dexteram uel ſiniſtram Chriſti in regno
eius: quos reſtituet deus cooperans eis: & parãs eis ut ap/
propient eminentiæ chriſti. Qui quidem præcellunt præ
cæteris appropinquantibus chriſto: ſunt a dextris Chriſti.
uidelicet q̃ tangunt eum & coniuncti ſunt dextris ipſius

uerbi.Qui autem inferiores ſunt a ſiniſtris eius ſunt.Dex/
teram autem uide ſi potes intelligere Chriſti inuiſibilem
creaturam.Siniſtram autem uiſibilem & corporalem.Et
Chriſtus quidem omnibus regnat.Appropinquantium
autem ei:quidam dexteram ſortiũtur/& intelligibilia:alii
autem ſiniſtram/& ſenſibilia.Et ne forte uera mater filioꝝ
Zebedei quos appellauit filius tonitrui Chriſtus:magni/
loquẽtia ipſa indicans magna de filiis ſuis Iacobo & Ioã/
ne:nam & uere magni erant & æſtimans eos prima habe
re poſſe ſuper omnem naturam humanam quaſi qui po/
tuerunt capere magniloquium eius:accedens deum præ/
cabatur:ut confirmaret unum quidem a dextris : alterum
a ſiniſtris.Saluator autem rep̃hendens etiam huiuſmodi
magniloquentiam:matrem Iacobi & Ioãnis quaſi igno/
rantem qui eſſent eminentiores:& quoniam huiuſmodi
donum ſolius dei eſt qui ſuper omnia eſt conſpirantis &
cooperantis ; & confirmantis in huiuſmodi eminentia
quos uiderit aptos:& ideo dixit.Neſciius quid petatis.Se/
dere autem mecum nõ eſt meum dare uobis:ſed quibus
paratum eſt a patre meo.Arbitror autem ꝙ uolens oſten
dere matri filioꝝ Zebedei:& ipſis quoniam adhuc mi/
nus habebant de perfectione quam homines poſſunt ha
bere non mediocres:ideo reſpondit poſtq̃ dixerat Neſci/
tis quid petatis:Poteſtis calicem bibere quem ego bibitu/
rus ſum? aut baptiſmo baptizari quo ego baptizor? De/
niq; cum dixiſſent:Poſſumus.non ita reſpõdit Chriſtus.
Calicem quidem meum bibere poteſtis ; ſed ad futuram
eoꝝ perfectionem reſpiciens dicit.Calicem q̃dem meum
bibetis:& baptiſmo baptizamini.Adhuc autem quærere
oportet in loco q̃d eſt Calix:& q̃d eſt baptiſmum.Quaſi
diſtent enim ab inuicem:ſic utrũq; eſt nominatum.Mul/
ti enim utrũq; dicunt ad paſſionem martyrii pertinere:nõ
attendentes quoniam niſi duos / & diuerſos intellectus
oſtenderent calix & baptiſmum nunq̃ utrũq; nomina/
retur.Nos autem & iſtam quidem traditionem non re/
probamus:alteram autem ſtatuimus.Quoniam calix q/
dem ipſa paſſio intelligitur eſſe dolorum.Quod confir/
matur non ſolum eo exemplo quod dicit:Pater ſi poſſi/
bile eſt tranſfer calicem hunc a me:qui cum doloribus bi/
bitur ab eo qui ſuſcepit certamen martyrii : donec biberit
eum ſuſtinens in temptatione martyrii:uniuerſa quæ in/
feruntur:ſed etiam eo quod in alio loco dicitur.Quid re/
tribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ca/
licem ſalutaris accipiam:& nomen dñi inuocabo. Vota
mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius:
precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius.Nihil
enim dignum reddere poſſumus deo pro omnibus bo/
nis quæ fecit in nobis:niſi ut calicem ſalutarem prompte
accipiamus:& nomen domini inuocemus : ut poſſimus
magnanimiter bibere eum:in quo bibendo : uota noſtra
reddimus domino in conſpectu omnis populi eius.Ma/
nifeſte autem oſtendit in his quoniã calix martyrium eſt:
ex eo quod ſtatim propter bibitum calicem addidit ſic.
Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.In/
tellectu autem omne martyrium duplex eſt:quoꝝ unum
uocatur calix ſalutaris:reliquum autem baptiſma.Et hoc
quidem ꝙ quis preſert dolores:calix eſt quem bibet om/
nis qui ſuſtinet omnia ſibi illata:nec reiicit:nec euomit ali
quid eorum.Quod autem quis in paſſione remiſſionem

accipit peccatorum:baptiſmum eſt.Si enim baptiſmum
indulgentiam peccatorum promittit:ſicut accepimus de
baptiſmo aquæ & ſpiritus:remiſſionem aũt accipit pecca/
torum & qui martyrii ſuſcipit baptiſmum:ſine dubio ip/
ſum martyrium rationabiliter baptiſmum appellat.Quo
niam autem remiſſio fit peccatorum omni martyrium ſu
ſtinenti:manifeſtum eſt ex eo quod ait. Omnis qui con/
feſſus fuerit in me coram hominibus:& ego confitebor
in illo coram patre meo qui eſt in cœlis.Confitetur ergo
coram patre ſuo Saluator omnem hominem qui con/
feſſus fuerit eum coram hominibus : & ſi fuit ante con/
feſſionem aliqua habens peccata.Si enim eos qui aliqua
habentes peccata confeſſi ſunt:non confitetur & Chriſtus
coram patre ſuo:iam non erit uerum quod dixit.Omnis
qui me confeſſus fuerit:&c̃.Alias autem:peccatorem ne/
ſcio ſi confitetur chriſtus coram patre ſuo.Cõfeſſio enim
filii gloriantis eſt in conſpectu paterno ſuper eo quem cõ
fitetur:quaſi digno Chriſti confeſſione ad patrem.Secũ/
dum hæc uidentur & calicem bibiſſe:& baptiſmo bapti/
zati filii Zebedei:quoniam Herodes quidem interfecit Ia
cobum fratrem Ioannis gladio:imperator autem Roma/
norum ſicut docet traditio condemnauit Ioannem dan/
tem teſtimonium uerbi dei in inſulam Pathmon:ſicut ip/
ſe de ſuo martyrio docet.non dicens quis eum condem/
nauit:ſed ubi fuit cõdemnatus.Dicit autem in reuelatio/
ne ſua hoc modo.Ioannes frater ueſter/& ſocius in tribu/
latione:& in regno:& in patientia Ieſu:fui in inſula quæ
uocatur Pathmos ꝓpter uerbum dei & propter teſtimo/
nium Ieſu Chriſti.Et fui in ſpiritu in die dominico:Et au/
diui poſt me uocem magnam quaſi tubam &c̃.Et ex hoc
intelligitur quoniam reuelationem hanc in inſula conſti/
tutus uidit.Adhuc autem addimus iuxta ea quæ diximꝰ:
ſicut eſt aliqua eſca chriſti:de qua dicit:Mea eſt eſca:ut fa/
ciã uoluntatem eius qui me miſit & perficiam opus ip/
ſius:ſic ſm æſtimationem eſcæ illius eſt ẽt potus. Quod
temeritatis quidem eſt abdirimere:& rebus ipſis oſtende/
re.Tamen qui poteſt intelligat.ne forte quod eſt in actu/
eſca ſit:quod autem in conſideratione/potus.Manducare
eſt enim Chriſti:facere uoluntatem eius qui miſit eum:&
perficere opus eius.Bibere autem:ſapere ſm uoluntatem
eius qui miſit eum:& perficere notitiam eius.Secundum
hanc differentiam intelligitur & quod ait.Caro mea uera
eſt eſca:et ſanguis meus uerus eſt potus.Eſca enim aiarum
uera/eſt actus.Verus autẽ potus/eſt agnitio ueritatis.Ideo
& primum dat panem benedicens:& frangens diſcipulis
ſuis:quoniam in primo loco eſt actus . Et poſt hoc acci/
piens calicem:& gratias agens/dixit.Bibite ex hoc omnes
Quoniam conuenit primum quæ ſunt actus implere:&
opus bonum delectare/& ſic ad ſcientiam rerum uenire:
& ſm prophetam qui dicit.Seminate uobis ad iuſtitiam:
& uindemiate fructum uitæ:ut primum bona opera fa/
ciamus.Poſt hoc autem quod dicit:Illuminate uobis lu/
men ſcientiæ:quaſi per uiam quandam poſtq̃ emendaue
rit quis mores ſuos/proficiſcatur ad ſcientiam & illumi/
netur.Et in pſalmo uigeſimo ſecũdo dictum eſt primum:
Præparaſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui
tribulant me:impinguaſti in oleo caput meum : Et poſt
hoc:Poculum tuum inebrians q̃ præclarum eſt.Non aũt
repræhendat nos qui legit hæc uerba.quoniam oportuit
interpretari

interpretari quodámodo quæ de ſeſſionibus dicta ſunt dei uel chriſti. Reſpondemus enim qm̃ placare tm̃modo de ſcripturis porpoſitum fuit de ſeſſionibus: & legentem auertere ab humili illa traditione. Alterius aũt temporis eſt pricipalem expoſitionem facere de ſedere dei/ & ſtare/ & ambulare: qd' non exigit expoſitio præſens. Et audiẽtes decem cõtriſtati ſunt de duobus fratribus: qm̃ rogauerunt cæteris præponi. Et uide qm̃ & Iudas erat inter indignantes. Et ſi inter indignantes cæteros erat: ne forte necdum imiſerat diabolus in cor eius ut traderet dominum: ſed erat in ipſo propoſito quo & cæteri apoſtoli erant. Ieſus autem cõuocans eos dixit. Scitis qa principes gẽtium dominãtur eorũ: & qui maiores ſunt poteſtatem exercent eis. Non ita erit inter uos. Sed quicũq; uoluerit inter uos maior eſſe: erit ueſter miniſter. Et quicũq; uoluerit iter uos primus eſſe: erit ueſter ſeruus. Quoniam duo fratres ſuper cæteros apoſtolos ſibi gloriam præripere uoluerunt indignantibus cæteris: inde occaſionem accipiens Ieſus: regulam iuſtitiæ fidelibus ponit: quomodo qs apud deum poteſt obtinere primatum. Principes gentium nõ cõtenti tantum regere ſuos ſubiectos: uiolenter eis dominari nituntur. Inter uos aũt qui eſtis mei: nõ erunt hæc. Ne forte qui uidẽtur habere aliquem in eccleſia principatum: dominentur fratribus propriis: uel poteſtatem in eos exerceant. Quoniam ſicut omnia carnalia in neceſſitate ſunt poſita: non in uoluntate. ſpiritalia aũt in uoluntate: nõ in neceſſitate: ſic & qui principes ſpiritales: principatus eorũ in dilectione ſubiectorũ debet eſſe poſitus: non in timore corporali. Sed & qui uoluerit apud patrem meum maior eſſe comparatione fratrum ſuorũ cæterorũ: efficiatur miniſter eorum qbus uult eſſe maior. Et qui principatum deſiderat eccleſiæ debet fieri omnium ſeruus in humilitate ſeruili: ut obſequat̃ omnibus in his q̃ pertinent ad ſalutem. Et hæc docet nos ſermo diuinus. Nos aũt ſiue nõ intelligentes uolũtatem diuinam poſitam in ſcripturis: ſiue cõtemnentes talem cõmendationem chriſti: tales ſumus: ut etiam malorũ principum mundi excedere ſuperbiam uideamur. Et non ſolum quærimus ſicut reges acies præcedentes: & terribiles nos: & acceſſu difficiles: maxime pauperibus exhibemus: & tales ſumus ad eos qui nos interpellant ut propter aliquid deprecantur: ſicut nec tyranni: & crudeliores principibus mundialibus ad ſubiectos. Et eſt uidere in qbuſdam eccleſiis præcipue ciuitatum maximarum principes populi chriſtiani nullam affabilitatem habentes: uel habere ad ſe permittẽtes. Et Apoſtolus quidem etiam dominis dat mandatum de ſeruis dicens. Domini qd' iuſtum eſt & æquum ſeruis præſtate: ſciẽtes qm̃ & uos habetis dñm i cœlis. Docet autem & remittere minas. Epiſcopi autem qdam crudeliter cõminãtur: aliquãdo qdem occaſione peccati: aliquãdo autem cõtemnentes pauperum curam cum ſit ſcriptum: quãtum magnus es: tantum humilia te: & inuenies gratiam coram domino. Item in prouerbiis. Ante contritionem extollitur cor uiri: & ante gloriam humiliatur. Principes ergo gentium dominentur eorũ: principes autem eccleſiarũ ſeruiant ſubditis. Sed & maiores gentium poteſtatem exerceant fidelium: audiant autem eum qui dicit. Diſcite a me qa mitis ſum: & humilis corde. Non iſta dicimus: ut inclinemus eccleſiaſticum principatum. Eſt enim interdum quando ſm̃ uocem apoſtolicam peccantes coram oĩbus arguant ut & cæteri metum habeant. Eſt aliquando ut utens poteſtate ſua tradat peccantem ſathanæ in interitum carnis: ut ſpiritus ſaluetur in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Tamen raro hoc fieri debet. Corripiendi enim ſunt inquieti: conſolandi autem puſillanimes: ſuſtinendi infirmi: & ad omnes magnanimitas eſt habenda. Nulli malum pro malo reddẽdum ut nõ æſtimetur inimicus qui peccat: ſed corripiatur ut frater. Hæc autem diximus uolentes oſtendere q eccleſiarum principes: principum mundialium imitatores eſſe non debent: ſed imitari debent Chriſtum acceſſibilem: & mulieribus loquentem: & pueris manus imponentem: & diſcipulis ſuis pedes lauantem: atq; tergentem: exemplum eis dantem: ut & ipſi ſimiliter faciant fratribus ſuis. Forſitan autem & qm̃ dominus cõſtitutus ſeruiebat pro ſalute hominum generi noſtro: ꝓpterea dicit̃ formam ſerui ſuſcepiſſe: & humiliaſſe ſe uſq; ad mortem. ꝓpter quod & dominus eum ſuperexaltauit. Qui uult ergo exaltari ſimilia faciat ut exaltetur per ea. Sicut filius hominis non uenit miniſtrari: ſed miniſtrare. Nam & ſi angeli miniſtrauerunt ei quando acceſſerunt & miniſtrabant ei: & ſi Martha miniſtrauit ei: tamen non ideo uenit ut miniſtretur: ſed ut miniſtret: & tantum creuit miniſtrãs ut animam ſuam daret redemptionem pro multis qui crediderũt in eum. Cui dedit animam ſuam redemptionem pro multis? Nec enim conuenit dicere deo. Ne forte ergo maligno. Ille enim dominabatur in nobis: donec daretur ei pro nobis redemptio anima Ieſu: decepto uidelicet & æſtimanti quaſi poſſit dominari eius: & non uidẽti quia non poterit ſuſtinere in tenendo eam tormenta. Propter quod & mors putans ſe dominari eius dominata nõ eſt: quoniam erat ſolus inter mortuos liber: & fortior omni poteſtate mortis. Et uſq; adeo fortior: ut & omnes ſequi ſe uolentes qui tenebantur a morte liberaret a morte: nihil ualente in eis poſtmodum morte. Omnis enim qui ſeq̃tur Ieſum: incompræhenſibilis eſt a morte. Data autem anima eius in redẽptionem pro multis: non manſit apud eum cui fuerat data. Propter hoc dicit ꝓpheta. Quoniam non derelinques animam meam in inferno.

¶ Secundum Matthæum. Cap. xx.

IN illo tempore. Egrediẽtibus illis ab Hierico: ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. Et reliqua.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione. Quæ eſt. XIII.

QVæ ſunt ſm̃ hiſtoriam huius loci: in aperto conſiſtunt. Quæ autem ſpiritualiter nobis uidentur: dicamus. Et primum conſideremus: quid eſt quod dicit: Egredientibus diſcipulis Ieſu cum ipſo Ieſu ab Hierico: ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. Vide ergo ſi memor eorum quæ a nobis ſunt dicta apud Lucam in parabola de homine deſcendente ab Hieruſalem in Hierico: & incidente in latrones: potes dicere. ne forte & hic Hierico intelligitur mundus iſte terrenus. Qui ergo ab Hieruſalem in Hierico deſcendit fuit Adam: id eſt homo qui incidit in latrones. Propter quem Ieſus deſcendit in eam cum diſcipulis ſuis. Et egreſſus eſt mercatus multos in ea fideles: & uolentes eum ſequi. Nec enim ſciunt qui ſunt in Hierico exire de ſapientia mundiali: niſi uiderit non ſolum Ie-

ſum exeuntem de Hierico:ſed etiam diſcipulos eius.Hæc
ergo uidentes:ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.Et eſt uide/
re eos qui ſm uerbum uiuere uolunt:& mundum:& mũ
dialia uniuerſa contemnere cupientes. Chriſtum ſequen/
tes & diſcipulos eius:ut poſt eum incedentes : & eo duce
utentes.aſcendant in Hieruſalem illam cœleſtem . Et ecce
duo cæci ſecus uiam ſedebant.Et audientes ꝙ Ieſus tran/
ſit:exclamauerunt dicentes. Miſerere nobis domine : fili
Dauid.Duos cæcos poſſumus dicere Iudam:et Iſrael qui
ante Chriſti aduentum cæci fuerũt:tamen ſecus uiam ſe/
dentes legis & prophetarum cõmorabantur.Et cæci qui/
dem erant:quia non uidebant ante aduentum Chriſti ad
animam ſuam uerbum uerum quod erat in lege & pro/
phetis. Clamabant autem : Miſerere nobis domine fili
Dauid:propterea ꝙ ſentiebant eſſe ſe cæcos:non intelligẽ
tes uoluntatem ſcripturarum:& uolentes reſpicere & ui/
dere gloriam quæ erat in eis:quaſi adhuc cæci & nihil ma
gnum de Ieſu æſtimantes:ſed ſm carnem de eo tantum
intelligentes clamabant ad eum qui factus eſt ex ſemine
Dauid ſm carnem:quia nihil amplius intelligebant ꝗ fi/
lium eſſe Dauid.Et omnis quæ uidebatur eorum ꝓpter
deum eloquentia nihil amplius ſciebat de Chriſto:niſi ꝗa
filius erat Dauid.Duos cæcos aũt dixim⁹ populos duos
in duo regna diuiſos tẽpore Roboam.Et uide prophetas
quomodo nunc Iſrael:nunc Iudæ prophetauerunt : ali/
quãdo autem ſimul ambobus.Hi ergo populi quoniam
ſigno quodam prophetico audierant tranſire Ieſum:cla/
mauerunt.Puto enim ꝙ audierunt ab eis qui aduentum
Chriſti prophetauerunt.Et quoniam tranſit ueniens qui/
dem in eam:egrediens autem ex ea : & timentes ne forte
pertranſeat eos.nequaꝗ̃ miſericordiam faciens ſuper eos/
clamabant:Miſerere nobis domine fili Dauid . Ieſus au/
tem non pertranſit/ſed ſtat:ut ſtante illo non tranſfluat be
neficium:ſed quaſi de fonte ſtante profluens miſericor/
dia deueniat uſq; ad eos. Turba autem(id eſt præcedens
eorum qui crediderant)etiam increpabat eis clamãtibus
Fili Dauid miſerere noſtri:ut tacerent : & non appllarent
eum contemptibili nomine:ſed potius dicerent : Fili dei
miſerere noſtri.Stans ergo Ieſus clamoribus eorum retẽ/
tus:& precibus uocat eos ad ſe:principium beneficii oſtẽ
dens.Nec enim in uacuum uocauit eos.Vtinam & no/
bis clamantibus/& dicentibus : Miſerere nobis domine.
uocet nos incipientes a filio Dauid . Stans autem uocet
nos:quaſi intẽdens deprecationibus noſtris.Dixit autem
eis.Quid uultis ut faciam uobis?Quod æſtimo eſſe tale.
Quid uultis oſtendite manifeſte ut omnes qui egrediun/
tur de Hierico & ſequunt me audiant & uideant factum.
Illi autem reſponderunt.Vt aperiantur oculi noſtri.Inge/
nue quidem eo ꝙ erant de Iſrael/& Iuda:cæci autem igno
rantia:& intelligentes propriam cæcitatem : & audientes
eos qui prædicauerunt de Ieſu dicunt ſe uelle ut aperian/
tur oculi eorum.Et præcipue hoc dicunt qui legentes di/
uinas ſcripturas intelligunt cæcitatem ſuam ad ſenſum
ſcripturarum.Hi enim dicunt Miſerere nobis:& quia uo/
lumus ut aperiantur oculi noſtri.Et utinam & nos intel/
ligentes in quibus cæci ſumus:& non uidemus:ſedentes
iuxta ipſam ſcripturarum uiam:& audientes quoniam Ie
ſus tranſit:precibus noſtris faciamus eum ſtare dicentes:
Volumus ut aperiantur oculi noſtri. Quod ſi diximus
ex affectu deſiderante uidere quæ donat:tangens oculos
animarum noſtrarum aperiet:quaſi uerbum:& uirtus:&
ſapientia:& omnia quæ de eo dicũtur conſtitutus.Et ſic
eo tangente recedet a ſenſibus noſtris tenebra ignorãtiæ:
ut ſtatim non ſolum uideamus:ſed etiam ſequamur eum
qui dedit nobis poſſe uidere:ꝓpter nihil aliud niſi ut eum
ſequamur:& illius ducatu tranſeamus ad deum:& uidea/
mus oculis noſtris per eum apertis deum.Quoniam au/
tem Marcus & Lucas ſm quoſdam quidem ipſam expo/
nunt hiſtoriam:ſm aũt aliquos alteram ſimilem:dignum
eſt & quæ ab eis dicũtur uidere.Et primum uideamus de
Marco ita ſcribente.Et uenit in Hierico.Et exeũte eo inde:
& diſcipulis eius:& turba multa.Qui ergo corporaliter i/
telligunt propter diuerſitatem uerborum:dicũt alia uice:
duos iſtos cæcos Chriſtum ſanaſſe.Alia autem uice illum
quem Marcus exponit.Tertia uero : quod ſcribit Lucas.
Qui autem ſpũaliter intelligunt : unam eandemq; rem
diuerſis modis euangeliſtas expoſuiſſe defendunt . Duo
enim cæci ſunt ſicut diximus:Iudas & Iſrael.Vnus autem
eſt mixtus ex utroq; populus uniuerſus.Turba ergo mul
ta ex gentibus exeunte cum Ieſu:& diſcipulis eius de mũ/
do.Iudaicæ quædam reliquiæ iuxta uiam ſedentes:id eſt
iuxta propheticas ſcripturas:& mendicantes intellectum
neceſſarium animarũ ſuarum:ſicut Marcus exponit forti/
ter clamabant:filium appellantes Dauid.Et cum uideris
eos qui ex Iudæis crediderunt in Ieſum:aliquando ꝗdem
ex Maria & Ioſeph eſſe eum putantes : aliquando autem
de ſola Maria & ſpũtu ſancto:uidebis quomodo ille cæ/
cus clamabat fili Dauid miſerere mei . Quem increpant
multi qui de Hierico egreſſi ex gẽtibus ſunt:populum ui/
delicet qui uidetur credere ex iudæis:ut taceant qui pau/
peres ſunt in fide Chriſti:& putant eum ex ſemine uiri/&
mulieris eſſe:trahẽtem genus ex Dauid.Sed multis incre/
pantibus magis clamabat:credens quidem in Ieſum ſm
hominem autem credens & clamans dicit:Fili Dauid mi
ſerere mei.Ieſus autem ſtans iam non ſicut in Matthæo:
ipſe eum uocat:ſed iubet eum uocari.Poſt hæc inquit.Ille
autem abiiciens ueſtimentum ſuum:exiliens uenit ad Ie/
ſum ne forte ueſtimentum cæci & mendicantis : uelamẽ/
tum intelligatur cæcitatis:& mendicitatis quo fuerat cir/
cundatus:quod abiiciens uenit ad Ieſum : & digniosiori
uoce cõfeſſus eſt dicens:Raboni.Digniosius enim eſt di/
cere Raboni:uel ſicut in aliis dicit domine : ꝗ̃ fili Dauid.
Vnde & dominus propter illud quidem quod dixit : Fili
Dauid miſerere mei:non præſtitit ſanitatem:nec quando
ſedebat ueſte cæcitatis/& mendicitatis uelatus.nec quan/
do ſedebat ſecus uiam mẽdicans.Propter hoc autem qđ
dixit Raboni Vt uideam:dixit ei.Vade:fides tua te ſaluum
fecit.Nunc uideamus ſm Lucam quæ cõmuniter dixit:
prætereuntes:propria autem eius tangentes.Et primum
quidem quod Marcus & Matthæus egrediente Ieſu de
Hierico ponunt.Lucas autem ita.Et factum eſt cum ap/
propinquaret Hierico:& factus in proximo cæcum illu/
minauit.Et dicet aliqs ſm myſterium ſpũitale : quoniam
prius ẽ quod ait Lucas:ſecũdum aũt qđ Marcus : tertium
uero quod dixit Matthæus . Primum enim oportet ap/
propinquare Hierico:& ita intrare in eam . Poſtea autem
exire de ea.Lucas ergo ſcribit:Et factum eſt cum appropin
quaret Hierico.Marcus aũt ita.Et uenit Hierico:& exeun/
te eo inde.

te eo in de. Matthæus uero neq; appropinquaſſe Hierico
ſcribit:nec quia uenit Hierico:ſed tantum exeuntibus eis
ab Hierico. Poteſt ergo:ſm Lucam quidem appropians
Hierico feciſſe hoc.ſm Marcum autem ueniens in Hieri/
co:ſm Matthæum autem exiens ab Hierico. Poſt hæc cō
ſidera quoniam clamanti cæco atq; dicenti:Miſerere mei
fili Dauid:qui præcedebant increpabant eum ut taceret.
Tanq̃ ſi dicat. Qui primi crediderant increpabant ei;cla/
manti Fili Dauid:ut taceret & non appellaret eum cōtem/
ptibili nomine. ſed potius diceret:Fili dei miſerere mei. Ille
autem magis clamabat:Fili Dauid miſerere mei. Et ſtans
Ieſus:iuſſit eum adduci ad ſe. Et unde niſi ſicut diximus.
inferior eſt cæcus iſte. Nam nec Ieſus eum uocauit:nec di/
xit eum uocari:ſed quaſi non capientem hæc iuſſit eum
quaſi non potentem a ſemetipſo uenire adduci ad ſe. Et
cum appropinquaſſet ei:interrogauit eum. Quid uis ut fa
ciam tibi? Et non prius interrogauit eum : aut interroga/
tus appropiauit ei:ſed quoniam appropiauit:ideo inter/
rogatus dixit. Vt uideam domine. Item hoc amplius ha/
bet Lucas:q in illis quidem ſecutus eſt tm̃modo cæcus:
hic autem ſecutus eſt dans gloriam deo:ut uidentes eum
omnes:deo laudem offerrent.

¶ Secundum Matthæum. Cap. xxi.

IN illo tempore. Cum appropinquaſſent Hie/
roſolymis:& ueniſſent Bethphage:ad mōtem
Oliueti:tunc miſit. & reliqua.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione.
Quæ eſt. XIIII.

DIgnum eſt oſtendere hic uoluntatem euan
geliſtarum cōſcribentium : & propoſitum
eorum:quid conſiderantes:poſt mirabilia
eius & opera glorioſa:etiam de exhibitione
aſinæ & ſeſſione domini ſuper eam face/
rent mentionem. Pone quia de uiſione cæcorum:de pa/
ralyticorum conſtrictione:de reſurrectione mortuorum:
de mundatione leproſorum ſcripſerunt euangeliſtæ : ut
ædificent homines in fide Chriſti : legentes in ſcripturis
opera eius. Quid autem uoluerunt conſcribere:q appro/
pians Ieſus Hieroſolymis cum diſcipulis ſuis:& ueniens
Bethphage iuxta montem Oliueti miſit duos diſcipulos
mandans eis de aſina & pullo eius : ut ſoluentes addu/
cant eam ad ſe: qui frequenter non pigritauit maiorem
uiam pedibus ambulare:ſicut fecit quādo ab Hieroſoly/
mis tranſiens p Samariam ibat in Galilæam. cum ueniſſet
ad puteū ex itinere laſſus:& ſup eum ſediſſet:Quid aūt eſt
q & ipſe Ieſus aſinam cum pullo eius ligatam ſoluere iu/
bet/& mandat:ut dicenti ſibi:quare ſolutis:reſpondeant:
quia dn̄s opera eius deſiderat : confeſtim autem remittet
eam. Nec enim huiuſmodi dn̄s neceſſariam habēs aſinam
& pullum eius aliquādo ligatos:oſtendit in prima facie
aliqd dignum magnificentia ſua. Quid aūt eſt ut de hoc
etiam Zacharias propheta prædiceret uerbis huiuſmodi:
gaude ualde filia Syon prædica filia Hieruſalem:ecce rex
tuus uenit tibi iuſtus/& ſaluans. ipſe manſuetus : & ſedēs
ſup ſubiugalem/& pullum eius nouellum? Si aūt uis di/
ſcere ex ppheta qūo hoc magnum gaudium habuit Sy/
on:audi quod dicit. Et exterminauit currus ex effrata : &
equum de Hieruſalem:& exterminabitur arcus bellicus:
& multitudo & pax ex gentibus:& principabitur a quaꝝ
uſq; ad mare:& fluminum exitus terræ. Et tu in ſanguine
teſtamēti dimiſiſti uincula tua de lacu nō habēti aquam.
Notauimus aūt ſicut in aliis/q non hiſdem ſermonibus
Matthæus & Ioānes protulerunt propheticam eandem.
Nec enim eſt idem:gaude ualde filia Syon : prædica filia
Hieruſalem:quod ait. Dicite filiæ Syon:aut noli timere
filia:& cætera quæ nō ſimiliter poſuerunt. Quærere aūt
oportet qūo rationabiliter mandet ppheta ualde gaude/
re filiam Syon:& prædicare filiam Hieruſalem : propter
eum q ſedit ſuper aſinam & pullum nouellum:cum poſt
modicum uidens hieruſalem Ieſus fleuit ſup eam/dicens.
Hieruſalem hieruſalem quæ occidis pphetas &c. Vide er/
go ne forte gauiſurā ſyon/& prædicaturam hieruſalem:
non illam dicit quæ dn̄m crucifixit:ſed iſtam quæ cruci/
fixum ſuſcepit/cœleſtem ſyon:de qua dicit Apoſtolus ad
Hebræos. Sed acceſſiſtis ad ſyon montem : & ciuitatem
dei uiui Hieruſalem cœleſtem:&c. Item ad Galathas. Hie
ruſalem aūt quæ ſurſum eſt : libera eſt quæ eſt mater no/
ſtra. Ne forte ergo myſteria ſunt hæc omnia Saluatoris q
ſoluit uincula p diſcipulos ſuos populi ex Iudæis:& po/
puli q uenit ex gentibus. Ligata enim erat peccatis quæ
tunc fuit ſynagoga : ligatus fuit & pullus cum ea q poſt
modum factus eſt nouellus ex gentibus populus credēs.
Et hos ambos appropians ad Hieruſalem cœleſtem : id
eſt aſcendens in cœlum iuſſit diſcipulos ſuos ut ſoluerēt
eos/dans eis ſpiritum ſanctum dicens. Accipite ſpiritum
ſanctum:Si cuius dimiſeritis peccata/dimittentur eis:& ſi
cuius tenueritis tenebūtur. Et ſemp diſcipuli Chriſti ſol/
uentes ligatam aſinam & pullam:adducūt ad Ieſum/uo/
lentem eis uehiculis uti per diſcipulos ſuos ſolutis a uin/
culo peccatoꝝ priorum. Et dignum eſt filio dei:ut ſic ne/
ceſſarios habeat eos. Miſericors enim eſt:ſuper aſinam al/
ligatam:& pullum cum ea. Neceſſarios aūt habet eos : ut
ſedens ſup eos repauſet magis eos ſuper qbus ſedet:q̃ ut
repauſetur ab eis. Sed quæret aliqs qūo eis quæ diximus
conueniens ſit ſermo qui ſeqtur dicens:confeſtim remit/
tet eos? Solutio aūt iſtius quæſtionis ſicut arbitror hæc
eſt. qm̄ dn̄s quidem eoꝝ qui fuerant ligati : nemo alius
erat niſi ille de quo ait Apoſtolus. Nobis aūt unus dn̄s
Ieſus Chriſtus per quem omnia. Cui qm̄ nequaq̃ cōtra/
dicturus fuerat aliqs dicētium quare ſoluitis pullum:ma/
nifeſtum eſt. Nam quaſi nullo cōtradicere potenti:ſic di/
cit Chriſtus:Et ſi aliqs uobis dixerit:Dicetis qm̄ dn̄s ope/
ra eoꝝ deſiderat. Et uide qa poſtq̃ aſcēderit Ieſus in Hie/
roſolymam/ſedens ſuper pullum hunc uel illum miſſio
quædam ad opus aliquod neceſſarium ad ipſum locum
erat futura:ut aliquid operis faciant aſina & pullus eius.
Et hoc qdem ſignificat:non tn̄ clare. Senſum aūt huiuſ/
modi intellectus accipio credens ordini beatitudinum
quem facit Matthæus. Nam poſtq̃ dixit : Beati pauperes
ſpiritu qm̄ ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ. Poſt hoc ſcriptum
eſt:Beati manſueti qm̄ ipſi poſſidebunt terram. Dicimus
enim in his/qm̄ primum qdem beatoꝝ eſt regnum cœ/
lorum. In ſecundo aūt loco poſſidebunt terram : non ut
per omne ſæculum ſint ſuper eam:ſed cōſolati pro eo q
eſurierunt & ſitierunt iuſtitiam:ſatiati in ea/& miſericor/
diam conſecuti : iterum reſtituantur in regnum cœloꝝ.
Aut certe qm̄ multi ex populo iudæorum uel gentium/
quos aſinam & pullum ſupra ſumus interpretati q cre/

diderũt in Chriſto:& ſuſceperunt ſuper ſe: poſtea miſſi a
Chriſto reuerſi ſunt ad populum iudaicum:uel ad cæte/
ras gentes nõdum credentes:ut prædicarent eis dñm Ie/
ſum filium dei. Et hoc eſt quod ſignificat dicens. confe/
ſtim aũt remittet eos. Si ergo aſina & pullus eius illi ſunt
quos diximus ſupra. Super quos uerbum aſcẽdit: nõ ti/
bi uideatur ſermo illuſus:qꝑ fideles hoĩes animalibus cõ/
parentur. Forſitan enim tale aliqd intelligens & prophe/
ta dicit ſe factum eſſe quaſi iumentum:nõ ſimpliciter iu/
mentum:ſed ſicut iumẽtum apud deum:uel apud Chri/
ſtum eius:ſm quod ait. Vt iumẽtum factus ſum apud te.
Nam quãtum ad deum/iumenta ſumus:nõ ſolum nos:
ſed ẽt multo nobis prudentiores. Sic aũt quãtum ad pa/
ſtorem Chriſtum ẽt oues eius ſumus: qm̃ tanta diſtantia
eſt inter eum:& nos:quãta inter hoĩem & qualẽcunqꝫ iu
mentum. Et forſitan cum aſcenderint in Hieroſolyma ſe/
dente Ieſu ſup ſe:aſina & pullus. & facti illic nõ manebũt
ibi:ſed remittentur mutati iam/& prodificati & enutriti
uerbi diuinitate:& eminẽtia/ſcientia/honeſtate:ut ad glo/
riam dei digni habeantur remitti in locum unde aſſum/
pti fuerant:prius dño eos meliorante:& quaſi mercedem
hanc eis præſtante pro eo quod portauerunt eum/& re/
quieuerunt in ſe:ut (ſicut diximus) digni habeantur re/
mitti in locum terræ huius ex qua aſſumpti fuerant non
iam ad opera priora:nec enim fas eſt/ut miſericors deus:
dñs conſtitutus poſtq̃ ſemel eos ſuſcepit & honorauit:&
a uinculo ſoluit:& fecit eos ꝓpriam ſeſſionem/ut mittat
eos rurſus ad uincula/& opera mala:poſtq̃ ſemel ſuſcepe
runt ſuper corda ſua filium dei. In his omnibus cõuenie/
bat ualde gaudere:& extẽdere gaudium fructum ſpiritus
ſancti filiam dei ſyon:& filiam eius Hieruſalem prædica/
re. Veniebat enim ei rex iuſtus:& ſaluans:& nõ ſimplici/
ter ſaluans:ſed iuſtus & ſaluans:id eſt cum iudicio & iu/
ſtitia ſaluans ueniebat:ſedens ſuper aſinam & pullum no
uellum quos diximus. uiſitans Iſrael:& exterminans cur/
rus ex eſtrate:ſimiles cõſtituros curribus Pharaonis quos
proiecit in mare. Veniebat aũt ut exterminet etiam equum
animal bellicum de Hieruſalem:ut pacem faciat Iſrael cõ/
uertens perditas oues ipſius. Quomodo non erat res di/
gna gaudio magno ſic uenire regnum iuſtum:atqꝫ ſaluã/
tem in Hieruſalem/ex qua erat exterminandus omnis ar/
cus bellicus:ut iam nunq̃ peccatores in ea intendant ar/
cum:neqꝫ ꝑparent ſagittas in pharetra/ut ſagittent in ob/
ſcuro rectos corde! Erat tunc pax futura ex fide gentium
ſalutarum dño principante aquarum uſqꝫ ad mare:id eſt
populoꝝ. Principante aũt et fluminum emiſſionis terræ:
& exitus facientium:& irrigantium multa ipſius. Qui aũt
ſimpliciter uult intelligere ſyon populos iudæorum ad
quos uenit Saluator ſic dicere poteſt:qm̃ uerbum qdem
dei præcipit gaudere filiam ſyon:& prædicare filiæ Hie/
ruſalem. Si autem aliqui eoꝝ diis crediderint non digna
gaudio opera facientes:neqꝫ ſuſcipientes prædicãdi præ/
ceptum ipſi ſibi cauſa ſunt facti:ut patiantur ea quæ paſſi
ſunt:ut recte dicatur ad eos. Vobis qdem miſſum fuerat
dei uerbum:ſed qa indignos uos iudicatis æternæ uitæ:
ecce conuertimur ad gentes. Videamus aũt & de nomine
Bethphagæ ſm Matheum: Bethaniæ aũt ſm Marcum:
Bethphagæ autẽ & Bethaniæ ſm Lucam. Et hic erat lo/
cus in mõte/q uocabatur Oliueti. Interpretatur aũt Beth/
phage qdem:domus maxillarum. Erat autem uilla ſacer/
dotum:qm̃ maxilla propria pars erat ſacerdotum/ex lege.
In quo poſſumus dicere (maxime occaſionem accipien/
tes de libro Iudicum) quoniam in his erat fons qui uoca
batur fons maxillæ de quo biberat Sanſon cum ſitiſſet.
Aut forſitan fons ille:myſterium erat patientiæ fidelium
ad quos dominus dicit. Qui te percuſſerit in maxillam
unam:præbe ei & alteram. Bethania autem: domus obe/
dientiæ. In domum ergo obedientiæ adducũtur omnes
qui ſoluuntur a uinculo peccatorum ſuorum:uel ad do/
mum ſacerdotalem maxillaꝝ:uel patientiæ:ut inde aſcen/
dat dominus ſuper eos quos ſm præceptum ſoluerunt
diſcipuli eius:& perduxerunt ad eum. Mons autem oli/
uarum eſt eccleſia:in quo fructificantes fideles dicere poſ/
ſunt. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei. Qui
autem in primis adducuntur ad eum habẽtes initia fidei
ſunt ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ Chriſti:qa
ſunt filii eius. Si autem oportet et duorum diſcipulorum
quos dominus miſit enarrare myſterium:forſitan nõ ir/
rationabiliter dicere poſſumus:fuiſſe eos in miniſterio Pe
tri & Pauli qui dextras ſibi dederunt ſocietatis: ut Petrus
quidem in circunciſionem ad ſubiugalem iret prædicatu
rus populo Iudæoꝝ ſub iugo legis degẽti:Paulus autem
ad gentes ad nouellum & indomitum pullum. Erant au/
tem ambo (id eſt populus ex Iudæis:& populus ex gen/
tibus) in uilla:& non in ciuitate Syon:uel Hieruſalem:ſed
diſcipuli Chriſti ſoluunt utrũqꝫ:& ad Chriſtum perducũt
ut aſcendat ſuper eos cum ſoluti fuerint a peccatis accipiẽ
tes remiſſionem eoꝝ. Super alligatis autem adhuc & uin
culis peccatoꝝ ſuorum conſtrictis:non ſedet Ieſus. Secũ/
dum Marcum autem & Lucam etiam pullus introduci/
tur alligandus:ſuper quem nemo hominum ſedit:nihil
enim rationabile neqꝫ quod ſm mores humanos fieri ſo
let in gentibus factum fuerat aliquando: neqꝫ fundatum
in eis aliquid diſciplinæ:ſed contra meritum ſuum a deo
ſunt conſecuti:ut uerbum dei ſuper eos ſederet:ut eo du/
cente aſcendant in Hieruſalem dei. Euntes autem diſcipu/
li fecerunt ſicut præcepit eis Ieſus. Et adduxerunt aſinam
& pullum/& impoſuerunt ſuper eum ueſtimenta ſua: &
ſedit ſuper eum. Adducẽtes ergo ad Chriſtum aſinam &
pullum:nudos eos non dimiſerunt/ſed ornamenta eis ĩ/
poſuerunt quibus fuerant adornati:& ueſtibus qbus ipſi
fuerant cooperti:honeſtatem eis adiicientes quos ſuo ſtu
dio ſoluerant ipſi:ut ſuper ornatos ueſtibus diſcipulorum
Chriſti:Chriſtus aſcendat & requieſcat in eis:& apud eos
dei uerbum fundetur:quoniam unũquẽqꝫ diſcipulorum
decebat aliquid Chriſto conferre regi mãſueto:ut poſſint
dicere:quoniam Chriſti ſumus operis participes. Plurima
autem turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia. Alii autem
cædebant ramos de arboribus & ſternebant in uia. Mul/
tus ergo populus cum Chriſto aſcendebat in Hieruſalem
qui & ipſi fructum ſuſceptionis Chriſti demõſtrauerunt:
ueſtimenta ſua:& quæcũqꝫ habuerant ornamenta ſternẽ/
tes in uia per quam aſina tranſibat:uidelicet ut mũde in/
cedentes:terram:& rerum terrenarum puluerem nequaq̃
contingant:uel patiant̃ in uia illa qua in Hieruſalem aſcẽ/
debant. Et tertium agmen poſt diſcipulos: & plurimam
turbam ſternentem ueſtimenta ſua:introducitur:qui pul/
chritudinem aliquam itineri faciebant:per quod profici/
ſcebatur in

ſeebatur in Hieruſalem Ieſus. Turba autem quæ præcedebat & quæ ſequebatur clamabant dicentes. Oſanna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomine domini oſanna in excelſis. Et præcedentes quidem ante Ieſum dicentur q ante aduentum Chriſti fuerunt ſancti prophetæ: & cæteri iuſti: ſequentes autem qui fuerunt poſt aduentum ipſius apoſtoli cæteriq; fideles qui ſecuti ſunt uerbum dei. Tamen non aliud dicebant qui præcedebant: aliud autem q ſequebantur: ſed omnes clamabant inſimul conſona uoce: humanam quidem Chriſti diſpenſationem laudantes in eo quod dicebant: Oſanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine domini: reſtitutionem autem eius in ſancta: in eo quod dicebant: oſanna in excelſis.

℄ Secundum Matthæum. Cap. xxi.

In illo tempore. Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam: cōmota eſt uniuerſa ciuitas: dicens. Quis eſt hic?

℄ Homelia Origenis de eadem lectione. XV.

In iſtis nunc duobus clamoribus dictis ex conſenſu præcedentium & ſequētium Ieſum: ipſe qdem intrauit in Hieroſolymam ueram: admirantes autem uirtutes cœleſtes quæ appellantur ciuitas dicebant. Quis eſt hic? Secundum ꝙ fuerat ꝓphetatum in pſalmo de aſcenſione ipſius: & de admiratione uirtutum cœleſtium propter nouum uehiculum corporis eius. Habet autem ita. Tollite portas principes ueſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dñs fortis & potens: dñs potens in prœlio. Et in Eſaia ſimilia qdam ꝓphetant de reditu eius in cœlū poſt diſpenſationem paſſionis ipſius hoc modo. Quis eſt iſte qui uenit ex edom/rubra ueſtimēta habens ex boſor? Iſte formoſus in ſtola. Hoc autem diximus ut oſtēdamus myſterium eius quod dicitur: qm̄ aſcendēte eo in Hieruſalem cōmota eſt uniuerſa ciuitas dicens: qs eſt hic? Et intrauit Ieſus in templum dei: & eiiciebat omnes uendētes & ementes in templo: & menſas nūmulariorum euertit: & cathedras uendētium columbas. Et dixit eis. Scriptum eſt. Domus mea domus orationis uocabitur: Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Supra mēſuram dignitatis Chriſti fuerat ſm ꝙ uidebatur filius eſſe fabri ut tanta fiducia uteret: & poteſtate eiiciens nundinam de templo: qua nec princeps alicuius gentis utens/facile poterat explicare quod fecit Ieſus. Et hæc diximus ſm ſimplicem īellectum. Secūdum moralem autem talia dicemus. Et primum quidem de templo: de quo per ꝓphetam dixit deus. Domus mea domus orationis uocabitur. Ergo ſm corporalem circumciſionem carnis: & ſm corporales legis feſtiuitates: & ſacrificia: conſequenter & templum dei æſtimabatur: quod ex lapidibus inſenſatis erat conſtructum: primum qdem a Salomone: deīde reparatum ab Eſdra: poſtea uero poſt Chriſti aduentum a romanis deſtructum. Et illa æſtimabatur domus eſſe orationis. Qua deſtructa neceſſe eſt ut iudæi quaſi non iam habentes domum ofonis: iam non habeant priuilegium ſpeculationis dei: nec poſſint ſm legem deo ſeruire. Hoc ergo facto: omnia Chriſtus eiecit in myſterio ſpiritalium actuum ſuoꝝ. Et tunc fecit uiſibiliter quod ſemper inuiſibiliter agit: eiiciens uendētes & ementes de templo: & menſas nūmulariorum euertens: & cathedras uendentium columbas: ad correptionem populi ut non pro mundi feſtiuitatibus in nomine dei emptionibus: & uenditionibus uacent in loco non competenti in quo non debent uendere: nec emere: ſed orationibus uacare: qui congregantur quaſi in domo orationis. Nūc autem arbitror eſſe templum dei ex lapidibus uiuis cōſtructum: eccleſiam Chriſti. Sunt autem multi in ea non ſicut decet uiuentes ſpiritaliter: ſed ſm carnem militant: qui & domum orationis de lapidibus uiuis conſtructam faciūt ſpeluncam eſſe latronum actibus ſuis/non eccleſiæ dei dignis: ſed ſpelunca latronum. Qui enim conſiderat in multis eccleſiis talium chriſtianoꝝ peccata q arbitrātur quæſtum eſſe pietatem: & cum deberent de euangelio uiuere ſm quod uiuere decet ſeruos dei: hoc non faciunt: ſed diuitias & multas poſſeſſiones acquirunt. Nonne dices ſpeluncam latronum factam eſſe ſub illis eccleſiam ut recte dicat Chriſtus ad eos propter diſſipationem eccleſiæ ſuæ: quæ utilitas in ſanguine meo dū deſcendo in corruptionem? Item ipſe per Micheam tali modo. Væh mihi quoniam factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: & ſicut qui racemum in uindemia: cum non ſit botrio ad mā ducandum primogenita. Væh animæ meæ quia periit timoratus a terra: & qui corrigat in hominibus non eſt. Et cum intellexeris Ieſum dicentem talia: & lugentem peccata noſtra: aſpice ſimul & illud quod in euāgelio ſcribitur. Cum uidiſſet Hieruſalem fleuit ſuper eam: & dixit: Et ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalem: rationabilius flebit ſuper eccleſiam ædificatam quidem ut eſſet domus orationis: factam autem propter turpia lucra & luxus quorumdam (quod utinam non eſſet) principum populi ſpeluncam latronum. Sed tūc qdem itrauit Ieſus in tēplum dei: & mundauit illud eiiciens uendentes & ementes in templo: & menſas nūmulariorum euertens: & cathedras uendentium columbas: nunc autem q̄diu non uiſitātur qui in nomine Ieſu Chriſti conueniunt in ipſum ſunt in cōuentibus uendentes & ementes in templo: & reliqua omnia facientes: & nuſq̄ eis Chriſtus apparet: ut eiiciens eos reliquos ſaluet. Si autem uiſitauerit ſuper peccata noſtra: & quaſi lugens nos ueniat: & corripiat: & caſtiget quaſi filios ut recipiat nos: tunc ingredietur Chriſti poteſtas cōgregatis nobis & ſpiritu ſancto: & ingrediens eiiciet omnes uendentes & ementes in templo. Vendentes quidem & abalienantes a ſe quicquid habebant boni: ementes autem pro eis mala. Et deſtruet mēſas nūmulariorum (id eſt auarorum & pecuniæ cupidorum) qui aliorum quidem pecunias cum iniquitate uertunt ad ſe: ipſi autem non ad quod expedit eas: expendunt. Sunt & alii in templo uendentes Chriſti columbas: & tradētes ſimplices ſicut colūbas: & orantes dicentes: quis dabit mihi pennas ſicut columbæ: & uolabo & requieſcam: tradentes eas principibus quibus non oportebat. Et arbitror cōuenire uerbum de uenditoribus columbarum: eis qui tradunt eccleſias auaris: & tyrannicis: & indiſciplinatis: & irreligioſis epiſcopis: aut præſbyteris. Propter quod & cathedras tm̄ modo appellauit euangeliſta euerſas eſſe a Ieſu. Et utinam audirent hæc cum decenti admonitione ſcripturæ q gloriantur de cathedris Moyſi in quibus ſedent: & uendunt omnes eccleſias columbarum: & tradūt eas talibus præpoſitis ad quos recte dicatur a domino per Hieremiam

prophetam. Principes populi mei me non cognouerunt: filii enim ſunt inſipientes: & non intelligentes. Sapientes ſunt ad maleſaciendum: bene aũt facere neſciunt. Et apud Michеam ſimiliter. Principes populi mei expellentur de domo epulationis ſuæ. Si autem audirent nunq̃ uenderent Chriſti columbas: ſed conſtituerent principes eorum parentes columbis: & prouidentes ſaluti earum: & non deſpicientes: nec occidentes pingues columbas. Si autem oportet tres iſtas ſpecies reiectas a templo cautius exponere: poſſumus dicere. Quicunq; in populo chriſtiano ad nihil aliud uacant in ſæculo iſto niſi circa uenditiones & emptiones: rarius autem orationibus permanent: uel aliis actibus rectis quos quærit ſermo diuinus: ipſi ſunt uendentes: & ementes in templo dei: facientes domum orationis ſpeluncam latronum. Diaconi autem qui non bene tractant eccleſiaſticarum pecuniarum menſas: ſed ſemper de eis fraudant: & ipſas quas diſpenſant non ſm iuſtitiam diſpenſant: & diuites fiunt de rebus pauperum: ipſi ſunt nũmularii pecuniarum: menſas habentes quas Chriſtus euertit. Quoniam autem menſis eccleſiaſticarum pecuniarũ diaconi præſunt: docent nos in actibus ſuis apoſtoli. Cum factum fuiſſet (inquit) murmur græcorum ad hebræos eo q̧ deſpicerentur uiduæ eorum in miniſterio quotidiano: dicentes: non eſt bonum relinquentes uerbum dei miniſtrare menſis. Eligite ergo ex uobis ſeptem quos conſtituamus in hunc uſum: nos autem uerbo dei intenti erimus. Epiſcopi autem & preſbyteri quibus creditæ ſunt cathedræ qui tradunt eccleſias quibus nõ oportet: & conſtituunt principes quos conſtituere non expedit: ipſi ſunt qui uendunt columbas: quorum cathedras Chriſtus euertit. Vnuſquiſq; ergo ſedentium ſuper cathedram eccleſiaſticam: & amantium primas cathedras in ſynagogis: uideant ne forte ſic ſedeant in eis ut ueniens dominus eas euertat quaſi dignas euerſione. Et unuſquiſq; diaconorum qui congregant ſibi diuitias fraudantes pauperum pecunias intelligant præſentem ſcripturam ut iam non congregent ne forte ueniens dominus euertat menſas diſpenſationis eorꝝ. Sed & qui ſollicitudinibus mundialibus feruntur: ſemper ad uenditiones & emptiones currentes: ne forte ueniens dominus eiiciat eos de templo dei: quando eiectus nec ſpem habet regrediendi unde eiectus eſt. Scrutanti mihi ſcripturas apparet: ne forte hæc faciet Ieſus in ſecundo aduentu: & in futuro iudicio. Tunc enim ingreſſus in omnes eccleſias eiiciet uel euertet quos inuenerit (ſm ea quæ diximus) templo dei indignos. Si quis autem inuentus fuerit non habens aliquid de his criminibus tribus: & inuentus fuerit eſſe in templo: cõfidat. Nec enim eiicietur a Chriſto: nec aliqd eius euertetur: nec exprobrabitur quaſi fecerit domum orationis ſpeluncam latronum. Puto autem & in hoc tempore inuiſibiliter uenit Ieſus ad ſingulas eccleſias dei & eiicit quos ſupradiximus dignos eiectione. Quotienſcunq; enim excitat tentationem ſuper eccleſiam: uenit ad eam: & uiſitat eam: ut faciat quod facere ſcribitur in hoc loco. Poſt hæc uideamus: ne forte & ſic locus iſte intelligi poſſit. Omnis enim natura rationabilis templum eſt dei: quæ ad hoc eſt creata ut capiat gloriam dei. Hoc ergo quod eſt naturaliter templum dei (ideſt anima) implemus peccantes quibuſdam quidem uendentibus: quibuſdam autem ementibus cogitationibus malis. Et ſi aliquid ſanctum reliquum eſt in anima noſtra quod eſt columba. Dicit ergo ad eos q̃ peccant: & pleni ſunt furibus cogitatibus. Domus mea: domus orationis uocabitur. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et Ieſus quidem eos qui ſpeluncam fecerant latronum domum orationis fures eiicit de templo. Illi autem qui conſentiẽtes erant furibus: de Ieſu quidem dixerunt: crucifige: crucifige eum: de Barraba aũt latrone: dimitte nobis barrabam. Propter quod uſq; hodie iudæi Ieſum qdem non habent: nec enim crediderunt in eum: habent autem de ſpiritalibus neqtiis latronem Barrabam quem iam tentum: & in carcere clauſum aduerſus ſe petierunt dimitti. Ideo principes infidelium iudæorum eſt Barrabas latro. Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in tẽplo: & ſanauit eos. Quæ ſunt quidem ſm ſimplicem intellectum: habentur manifeſta. Secundum conſequẽtiam autem prædictorum moraliter expoſitorum: dicendum eſt quoniam in templo dei (ideſt in eccleſia) nõ ſunt omnes uidentes: neq; recte ambulantes. ſed alii quidem ſunt cæci: alii autem claudi. Qui ex eo qđ intelligũt propriam cæcitatem: & ſcientes quia nullius alterius opus eſt niſi Chriſti Ieſu: & uerbi dei ut ſanentur: ut percipiant ſanitatem accedentes ad uerbum dei ſanantur. Videntes autem pricipes ſacerdotum: & ſcribæ mirabilia quæ fecit: & pueros clamantes in templo: & dicentes oſanna filio Dauid: indignati ſunt: & dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis: utiq;. Nunq̃ legiſtis ex ore infantium: & lactentium perfeciſti laudem? Quemadmodum ſm hiſtoriam uituperabiles ſunt iſti principes & ſcribæ: ita & ſm eccleſiam Chriſti uituperabiles ſunt quidam epiſcopi & preſbyteri: qui uitam ſuam minime adornantes: nec induti ſcientia ueritatis: & quidem uidentes miracula Chriſti nihilominus contẽnunt puſillos eccleſiæ & paruulos deum laudantes: & Chriſtum ipſius: & indignantur in eorum profectu: & accuſant eos apud ipſum Ieſum quaſi peccantes: cum non ſint peccãtes. Et quaſi ad non audientem: neq; ſeruantem ordinem omnem dicũt. Audis quid iſti dicunt? Et hoc magis intelligere poterimus ſi cognouerimus quomodo frequenter eos qui feruent ſpiritu: & uſq; ad carcerem contra infideles luctantur: & pericula uniuerſa contemnunt: & cum omni uirtute continentiam: & uirginitatem ſeruare ſtudent. Sunt autem imperiti ſermone quos arguunt quaſi incontinentes ſacerdotes uituperabiles / & culpant eos apud Ieſum quaſi ipſi ſint iuſtiores talibus pueris ſimplicibus: & benignis: & ſtudioſis. Ieſus autem pueris quidem teſtimonium præſtat: ſacerdotibus autem ignorantiam ſcripturarum imputat dicens. Nunq̃ legiſtis quod ſcriptum eſt ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Qui adhærent eccleſiæ quaſi nuper nati infantes: rationabile et ſincerum lac deſiderantes / & ſugentes ipſum: laudant deum fide & conuerſatione. Et completur in eis quod dictum eſt: ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: Ipſe enim ſibi deus in talibus perficiet laudem: pro quibus gratias agens filius patri dicebat. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: quoniam abſcondiſti hæc a ſapientibus: & manifeſtaſti ea paruulis. Etiam pater quoniam ſic fuit bona uoluntas ante te.

Explicit Homelia. XV.

¶ Secundum Matthæum. Cap. xxi.

IN illo tempore: Abiit Ieſus foras extra ciuita/
tem in Bethaniam: & manſit ibi. Mane autem
reuertens in ciuitatem eſuriit.

¶ Homelia Origenis preſbyteri lectionis eiuſdem.
Et eſt. XVI.

QVos relinquens exiit ab Hieroſolymis Ie/
ſus: & manſit in Bethania niſi principes &
ſcribas qui ſciebant quidem mirabilia quæ
fecit Ieſus: & pueros clamantes in templo:
nihilominus indignãtes aduerſus eos qui
deum laudabant: quaſi q non intellexerant qđ fuerat ſcri/
ptum: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?
Et quoniam reliquit illam Hieruſalem: & factus eſt extra
eam: ideo cecidit & lapis ſuper lapidem ibi ſtare non po/
tuit. Venit autem in Bethaniam ad domum obedientiæ
(id eſt eccleſiam) in qua eſt etiam cõmoratus: & requie/
uit: eo ꝙ non habebat in Hieroſolymis ubi caput reclinet
quæ talibus ſacerdotibus & populo impio erat repleta.
Cum autem requieuiſſet in Bethania in domo obedien/
tiæ poſt principium conſtituendi eccleſiam: poſtq̃ repau/
ſauit aliquantulum in ea: tũc reuertitur in ciuitatem quam
paulo ante reliquerat. Et reuertens eſuriit. Et uidit unam
ficulneam ſecus uiam arborem (populum circũciſum)
Et ueniens ad eam, nullum fructum manducabilem inue
nit in ea: ſed tantum ſpeciem uitæ. Folia enim ſine fructi/
bus erant in ficu. Et quoniam arbor illa erat aĩam habens:
quaſi audienti dignam maledictionem ſuam dicit. Nunq̃
ex te naſcatur fructus in ſempiternum (Id eſt quãdiu ſtat
hoc ſæculum præſens) nunq̃ ex te fructum naſcatur. Ideo
infructuoſa eſt ſynagoga iudæorum. Et hoc erit ei uſq; ad
conſumationem ſæculi, donec intrauerit gentium pleni/
tudo. Et aruit ficulnea adhuc peregrinante in hac uita ho
minum Chriſto & inter homines quaſi homine conuer/
ſante. Et uidentes diſcipuli mirati ſunt: oculis enim ſpirita/
libus uiderunt myſterium fici ſiccatæ. Non tantum quia
ſiccata eſt: ſed quia confeſtim ſiccata eſt: id eſt populus iu/
dæorum. Reſpondens autem Ieſus, ait illis. Amen dico
uobis: ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſo/
lum idem de ficulnea facietis: ſed etiam ſi monti huic di/
xeritis: tolle te: & iacta te in mare: fiet. Ergo diſcipuli Chri/
ſti fideles & non hæſitantes, areſcere faciunt ficulneam il/
lam, dicentes ad eam. Vobis primum miſſum fuerat uer/
bum dei: ſed quia indignos uos iudicatis æterna uita: ecce
conuertimur ad gentes. Et relinquentes eam, ſiccam fa/
ciunt eam: cum uitalis uirtus eius tranſierit ad gentes. Sup
illud autem ꝙ poterunt ſiccare ficulneam adhuc diſcipu/
lis ſuis promittit: quoniam ſi habuerint fidem & non hæ
ſitauerint: etiam monti qui a Chriſto uidetur & manife/
ſtatur (id eſt contrariæ poteſtati extollenti ſe contra homi
nes) dicent: tolle te: & mitte te in mare: & fiet. Tollit enim
a ſingulis qui adducuntur ad fidem uerbo diſcipulorum
Chriſti: altitudo illa malitiæ: mons ille ſathanas: & mitti/
tur in mare: id eſt in abyſſum dignum ſe locum. De quo
mari dicit in pſalmo. Hoc mare magnum & ſpacioſum: il
lic naues pertrãſibunt: animalia puſilla cum magnis. Dra
co iſte quem formaſti ad illudendum ei. Item. Tu confre/
giſti capita draconum ſuper aquas: & dediſti eum eſcam
populis æthiopum. Ipſa autem eſt Bethania, ubi ex mor/
tuis ſuſcitatus amicus Chriſti Lazarus morabatur. Et om/
nis qui obedit uerbo dei confirmato & cõmoranti in ſe:
Bethania eſt & domus obediẽtiæ: & cõmoratur Chriſtus
in eo: & requieſcit. Et forſitan ſimplices dicũt de eo quod
ſcriptum eſt: relictis illis abiit in Bethaniam: quomõ enim
poterat fieri extra ciuitatem, niſi reliquiſſet priores apud
quos fuerat prius? Sapientiores autem auditores dicunt.
Non omnes reliquit priores quãdo fit apud alios: ſed ma
los quidem & peccatores reliquit. Quando fuerit apud
iuſtos, fiet & apud alios, poſt illos & cum illis. Nam & in
Bethania cõmorans Ieſus: non relinquens bethaniam ue
nit in ciuitatem. Erat enim in bethania: & uenit in ciuita/
tem. Eſuriit autem Ieſus ſemper in iuſtis, uolẽs manduca/
re fructum ſpiritſancti in eis. Et ſunt eius eſcæ, ut ita dicam
ficus quas eſuriens edit: id eſt charitas eius qui eam fructi/
ficauit: qui primus fructus eſt ſpiritusſancti, & gaudium,
& pax, & patientia: & reliqua. Quæ qdem q̃diu fructifica/
mus, nõ areſcimus. Si autem uenienti dño, & quærẽti hu
iuſmodi fructum, ut manducet in nobis, non exhibueri/
mus: dicet ad nos. Nunq̃ ex uobis fructus naſcatur in ſem
piternum. Et uide qm̃ ſecus uiam erat hæc ficus: quæ fo/
lia tãtum habuit ſine fructu. Sic enim & terram quæ ſecus
uiam eſt (licet fuerit ſeminata) nullum fructum producit:
diripientibus uolucribus ſemina ſeminata. Quãdiu ergo
nõ uenit Ieſus ad aliquam ficum: nec quærit fructũ eius:
ſed patienter agit: & ſuſtinet ſi forte proferat fructum: non
exſiccatur. Si aũt uenerit eſuriens: & fructum requirens: &
inuentus fuerit aliquis nihil iuſtitiæ habẽs niſi profeſſio/
nem tñmodo fidei (quod eſt folia ſine fructu) mox ex/
ſiccatur etiam hoc ipſum ꝙ uidetur fidelis amittens. Et eſt
multos in eccleſia uidere tales qui multo tẽpore portaue/
runt fidei nomen: oſtendentes tñmodo quia uiuũt: om/
nino autem ſunt ſicci. Quos quia non fructificabant ui/
demus recedẽtes a uerbo dei ad plenum: & ſiccos. Quem
talem cum uiderint diſcipuli ſiccum, mirantur, dicentes.
Quomõ confeſtim ſiccata eſt? Adhuc manifeſtius de hoc
ipſo dicamus. Quomodo in tentationibus petit fructum
Ieſus a ficulneis quas plantauit (id eſt in perſecutionibus
confeſſionem: & teſtimonium quærit fidelium.) Et cum
mulier meretrix iſaniens excitata fuerit ſup aliquem: quæ/
rit in eo Chriſtus fructum continentiæ. Quem protulit et
Ioſeph: cum fureret eius domina ſuper eum. Et ſic in ſin/
gulis quibuſq; tentationibus itellige Chriſtum uenire ad
chriſtianos in tentationibus eſurientem: & fructum uirtu
tis quærentem. Qui autem non fuerit præparatus ut exhi
beat fructum eſurienti: aut confeſſionis: aut caſtitatis: con/
feſtim ſiccatur. Qui enim denegat in pſecutione: ſiccatur.
Similiter & qui fornicatur, ſiccatur: quãuis oſtenſione fi/
dei quam antea baiulabat: quaſi foliis coopertus. Et ſup ta
les mirantur diſcipuli qũo mox ſiccantur. Et frequenter p
multos annos qs cõſtitit ficus: & non eſt ſiccatus. Venien
te aũt in ultimo uitæ eius ad eum Chriſto: uidelicet in ten
tationibus: & quærẽte fructum in eo: & nõ inueniẽte, ſic/
catur: & tantorũ annorũ perdidit ſubito uitam. Et hoc fit
ut impleatur ſermo dñicus, dicẽs. Qui habet dabitur ei: &
abũdabit. Qui aũt nõ habet: & ipm qđ habet auferetur ab
eo ut nõ ſit ocioſum qđ habet. Et unuſqſq; diſcipulorũ ſi
habuerit fidem: & nõ hæſitauerit: & ficum areſcere facit: et
qđ ſequitur eum. Et eſt operis demõſtrare: qũo chriſti diſci/

pulus quærens fructum in ficu: & non inueniens dicat ad eam: nunq̃ ex te fructus naſcatur in æternum/ut conſeſtim ſiccetur. Vtputa pone mihi aliquem quæ ſunt quidem fidei profitentem & pronũciantem ſe in nomine Ieſu mãducare & bibere coram ipſo: & Ieſum in plateis cordis eius docuiſſe ita ueniat diſcipulus Chriſti quærẽs fructum ſapientiæ & uerbi in eo ſm profeſſionem docendi quæ dei ſunt: quærens & ſcrutans eum per uerbum: nullum inueniat fructum in eo: & ideo manifeſtum faciens eum uidentibus: uacuum a chriſto exhibeat per uerbum: quoniam non eſt poſſibile aliquem fructum fieri in eo in ſempiternum qui ex arbitrio Ieſus eſt. Sicut & Petrus dixit ad Simonem areſaciens eum qui uidebatur Chriſti profeſſor. Pecunia tua tecum ſit in interitum: quoniam donum dei exiſtimaſti te p̄ pecuniam poſſidere. Cor enim tuum non eſt rectum coram deo. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te eſſe. Et melius eſt ut fallacem ficum quæ uiuere æſtimatur: non autem fructificat quaſi uiua: argutam quia eſt infructuoſa ſiccari uerbis diſcipulorum Chriſti & fieri manifeſtam: q̃ ut furetur dum uiuere æſtimatur per figmentum profeſſionis innocentium corda & eorum qui facile ſeducuntur a talibus. Arbitror autem & in unoquoq; infideli & iniquo montem eſſe ſm menſuram infidelitatis & iniquitatis ipſius qui uerbis diſcipulorum Chriſti tollitur: & mittitur in mare tormentorum eius. Et omnia quæcunq; petierint in oratione credentes diſcipuli Ieſu percipient: quaſi diſcipuli Chriſti nihil quod non oportet petẽtes: & quia credentes magiſtro nihil aliud petunt niſi magna & cœleſtia: ſicut ipſe dicit ad diſcipulos ſuos. Petite magna/& minima uobis adiicientur. Petite cœleſtia/& adiicientur uobis terrena. Marcus autem in hoc eodem loco ſcribẽs: aliud aliquid quãtum ad textum adiecisse uidetur dicẽs. Quoniam uidens Ieſus ficum de longe/habentem folia/uenit quaſi inuẽturus aliquid in ea. Cum ueniſſet autem & nihil inueniſſet niſi folia tm̃: nec enim erat tempus ficuum: reſpondens dixit ad eam. Nunq̃ ex te in æternum quiſq̃ fructum manducet. Dicet aliquis. Si non erat tempus ficuum quomodo uenit Ieſus quaſi inuenturus aliquid in ea? Et quomodo iuſte dixit ad eam: nunq̃ ex te q̃ſq̃ fructum manducet? Contra hæc reſpondemus quoniam numerati ab Apoſtolo fructus ſpũs ſancti hi ſunt: Charitas/gaudium/pax/patientia/benignitas/bonitas fides/manſuetudo/continentia. Hi omnes aliquando in tempore ſuo redduntur. Melius aũt eſt quando circunſtantibus aduerſariis: & p̄uocantibus ad non fructificandum: potuerit aliquis p̄pterea ꝙ ſatis eſt prodificatus in uerbo: nihilominus p̄ferre fructus ſpiritus ſancti. Quod aũt dico tale eſt. Vnus de fructibus ſpiritus ſancti charitas eſt. Huius tempus eſt q̃ñ nõ eſt difficile fructum reddere charitatis: & diligere diligẽtem. Et eſt quidem fructus iſte ſpiritus ſancti tamen in tempore ſuo. Si autem aliquis excitetur ad odium fidelis conſtitutus & circumueniatur: & inſidias patiatur: & diligat inſidiãtem ſibi: aut certe ſi fuerit aliquis male moratus & odio dignus: ille iuſtus nec hunc talem odiet: ſed quaſi filius eius q̄ ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: etiam tunc eum diligat: utputa non in tẽpore ficuũ fructum dans charitatis: beatus eſt. Similis & de gaudio poteſt eſſe tractatus. Qui profert fructum gaudii/nullo eum ad triſtitiam p̄uocante. Quando autem præſentia prouocant eum ad triſtandum: uel ad puſillanimitatem: prouocatus autem ille per uerbum in tantum proficit/ut etiam in tempore triſtitiarum gaudeat: & in tempore obprobrii uel caſtigationum glorietur: & in omni tempore periculi memor ſit eius quod dictum eſt: ſemper gaudete: beatus eſt huiuſmodi chriſtianus/fructum gaudii ferens/etiam non in tẽpore ficuum. Similiter in omnibus fructibus ſancti ſpiritus eſt tractandum. Vult enim Chriſtus fideles ſuos meliores eſſe humana omni natura: & exigit eos ſupra naturam: & ut ita dicam/opera dei magis q̃ hominum. Propter quod hominibus dicit: quoſcunq; ad beatitudinem uocat. Ego dixi dii eſtis: & filii excelſi omnes. Arguens autem eos qui nolunt eſſe dii: nec filii eſſe excelſi: uos autem ſicut homines moriemini. In ſingulis enim quibuſq; peccatis quando ſumus carnales: & ſm hominem ambulamus: nihil operamur niſi ut moriamur. Et uerum eſt: quia ſi ſm carnem uiuimus moriemur: ſicut docet Apoſtolus.

℄ Secundum Matthæum. Cap. xxi.

IN illo tempore. Cum ueniſſet Ieſus in tẽplum acceſſerunt ad eum docentem principes ſacerdotum & ſeniores populi/dicẽtes. In qua poteſtate hæc facis? Et qs tibi dedit hanc p̄tãtem?

℄ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione. Homelia. XVII.

TRibus euangeliſtis idipſum quaſi neceſſarium conſcribentibus dignum eſt uidere quid intelligentes principes ſacerdotum et ſeniores populi interrogauerunt Ieſum: nõ unam interrogationem/ſed duas p̄ponẽtes. Vnam quidem in qua poteſtate facis hæc: alteram autem quis tibi dedit hanc poteſtatem: & quid uolens dominus propter hoc ſolum contra interrogauit/ut ne reſponderet ad interrogationem eorum. Quod autem nõ ſicut arbitrantur quidam ſimplex eſt intellectus loci iſtius & facilis: ſed myſterialis & altus: manifeſtum erit ex eo quod oſtendemus. Dicunt enim ſimpliciores: quoniam ſcientes duas eſſe poteſtates: unam quidem dei: alteram autem diaboli: principes ſacerdotum & populi ſeniores interrogabant in qua ex duabus his poteſtatibus una p̄digia faciebat: & a quo eam acceperit: ita dominus ut ne ad interrogata eorum daret reſponſum: iterrogauit econtra ſimul: ut & interrogãtes argueret quaſi q nõ recte fecerũt credere nolentes Ioanni. Et ut abiiceret interrogatores indignos a ſuo reſponſo: ut uideretur eis rationabiliter nõ reſpondere. Sed dicet aliquis contra hæc: quia ridiculum erat interrogare in qua poteſtate hæc faceret Ieſus? nec enim poterat fieri: ut reſponderet quia in poteſtate diaboli. Et non dicam: Ieſus hoc non reſponderet: ſed nec ipſe homo peccati qui aduerſatur: & extollitur ſupra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: reſponderet: quod erat uerum: quoniam in poteſtate diaboli facit omnes uirtutes & ſigna & prodigia: quibus ſeducat ſi poſſibile eſt & electos dei. Si ergo nec ille diceret ſe in poteſtate diaboli facere ſigna & prodigia mẽdacia in omni ſeductione iniquitatis his qui pereunt: quanto magis dominus & ſaluator nequaq̃ & ſi non interrogaſſet econtra aliud aliquid reſponderet: niſi in poteſtate dei? Ad talem ergo

manifeſtiſſimam

manifeſtiſſimam rationem horum: & illos interrogare:& Chriſtum non reſpondere:ſatis uile mihi uidetur. Si quis autem dicat q̃m non interrogabant principes ut audientes diſcerent:ſed ut illum terrerent: utputa:ſi facit aliquis quod nobis non placet in noſtris:dicimus ei:quis te iuſſit hoc facere?non uolentes audire: ſed eum terrentes ut ille ſciens quia nemo eum iuſſit recedat ab actu:ſic & principes interrogabant dñm:terrentes potius q̃ interrogantes: ut ille quaſi ſciens ſe non in poteſtate dei hoc agere:ceſſaret ab opere. Sed qd quod & Chriſtus ita reſpondit. Dicite mihi uos hoc:& ego uobis dico in qua poteſtate hoc facio. Quod nunq̃ diceret Ieſus:ſi eos non diſcendi cauſa: ſed terrendi:interrogare ſenſiſſet. Vide ergo ne forte intelligatur ſic hic locus. Sunt poteſtates diuerſæ:quæ generaliter quidem ſunt duæ. Vna ex parte dei:altera ex parte diaboli. Specialiter aũt plures/& incomparabiles. De quibus Apoſtolus Chriſtum glorificãs:ſcribit ad coloſſenſes:dicens omnia in eo eſſe ſecreta quæ in coelis ſunt & in terris:ſiue uiſibilia/ſiue inuiſibilia:ſiue ſedes/ſiue dñationes: ſiue principatus/ſiue poteſtates. Nõ dixit unum principatum/aut unam dñationem:aut unam ſedem/aut unã poteſtatem/ſed multas. Et ſicut ſunt in parte dei/ita ſunt & in parte diaboli multi principatus/multæ poteſtates:ſicut teſtatur Apoſtolus dicẽs. Non eſt nobis colluctatio cum carne & ſanguine:ſed aduerſus principatus & poteſtates: aduerſus rectores huius mũdi tenebrarꝫ harum:aduerſus ſpiritalia nequitiæ in coeleſtibus. Ego aũt arbitror q̃m & omnia eorũdem nominum ſunt apud diabolũ:quæcũqꝫ ſunt apud deum. Et eſt forte poteſtas ex poteſtatibus uniuerſis:quæ ipſi Chriſto miniſtrat:alia aũt quæ prophetis cooperabatur facientibus ſigna. Et nõ omnibus una poteſtas:ſed alia forte iſtis:alia autẽ illis ſm dignitatem fidei eorꝫ quam ſolus ſciebat deus. Et nec in oĩbus uirtutibus faciendis una eadẽqꝫ poteſtas cooperabatur: ſed in qbuſdam qdem hæc:in quibuſdam aũt alia:& ad res forſitan inferiores inferior:ad res aũt eminẽtiores/eminẽtior. Principes ergo ſacerdotum & ſeniores populi cognoſcentes plura de poteſtatibus/& gradibus ſacramentorum coeleſtium:ſiue ex traditione maiorꝫ/ſiue de ſecretis qbuſdam: utrum aũt rationabiliter/aut irrationabiliter excitati uidebant Ieſum/multa prodigia facientem/non ſine poteſtate aliqua ei ſubiecta:& ideo poteſtatis illius ſpẽm & ꝓprietatem uolebãt audire a Chriſto. Et ſi quidem fuiſſent principes ſacerdotum aliqui ſancti/qualis fuit Aarõ uel Eleazar uel Finees:uel quicũqꝫ eorꝫ qui bene functionem ſuã conſumauerũt:quaſi nõ tentantibus/ſed diſcere cupientibus/ & dignis huiuſmodi ſcientia: ſine dubio declaraſſet myſteria poteſtatum/& differentias earꝫ. Et de cõtrariis poteſtatibus rationem:& differentias earꝫ manifeſtaſſet. Quoniam aũt illi principes ſacerdotum/& populi ſeniores nõ fuerant digni talia audire myſteria:ꝓpterea non eis dat reſponſum/ſed contra interrogauit:ut ꝓpter hoc quod nõ reſpondẽt ad interrogationem ſibi ꝓpoſitam de Ioanne: rationabiliter nec ipſe reſpondeat eis. Quæro aũt ſi unuſquiſqꝫ eorꝫ qui ſigna fecerunt in aliqua poteſtate/unum in una fecerunt ſemper:aut in primis qdem in iſta proficientes autem in alia poteſtate maiori: tamen ſaluator uidetur in una poteſtate uniuerſa feciſſe/quam accepit a patre. Nam hoc quod reſpondet/dicẽs: nec ego uobis dico in qua poteſtate facio hæc:docet q̃m in poteſtate quidem una fecit. In quali autem poteſtate nõ declarauit:nec proprietatem eius manifeſtauit: nec eminẽtiam quam habebat illa poteſtas ſuper alias poteſtates/in quibus ante eum ꝓphetæ fecerunt uirtutes. Et nũc in templo eccleſiæ Chriſtus habetur:& docet in ea:& ſunt qdam principes ſacerdotum ſimiles principibus illis:& ſeniores/ſimiles ſenioribus illis:& interrogant Ieſum/et nõ accipiunt reſpõſum ab eo:quia nõ ſunt digni ſcire quæ cupiunt. Item quæro: utrum uolẽs eos Ieſus a ſe remouere fortuito hanc eis interrogationem ꝓpoſuit de Ioãne:tanq̃ ſi aliam quãcunqꝫ interrogationem propoſuiſſet:aut neceſſariæ propter utilitatem eorꝫ de Ioãne ſpecialiter eos interrogauit. Et mihi uidetur q̃m non fortuito hoc eos interrogauit: ſed quia Ioãnes fuerat uox clamãtis in deſerto/parate uias dñi: rectas facite ſemitas eius. Et hic erat de quo deus per ꝓphetam dicebat. Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam: qui præparabit uiam tuam ante te. Propter hoc æſtimo:interrogauit de illo:non quidem ignorans:quoniam cogitantes dicturi fuerant:neſcimus: ſm quod ſcriptum eſt/ſed quantum ad ſe ſignificantes quaſi ex hominibus eẽt. Ita quaſi reſpondentibus illis: quoniam ex hominibus erat:conſequentem parabolam introducit.

¶ Secundum Matthæum. Cap. xxi.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios. Et accedens ad primum dixit. Fili uade hodie operari in uineam meam. Et reliqua.

¶ Homelia Origenis pſbyteri de eadẽ lectione. XVIII.

SOlus Matthæus hãc parabolam ſcribit ſicut mihi uidetur cõtinentem iſrael non credentem uerbis dei:& de populo crediturо ex gẽtibus. Iſti ſunt enim filii duo quos habuit deus:quaſi homo morem hominum gerens. Hic ergo accedens ad primum quem acquiſiuit in primis quem præcognouit:et præfiniuit:dixit ad eum. Fili uade hodie & opare in uineam meam. Et diſtulit fugiens hanc uineam ꝓpter æſtum qui habetur in ea & labores:& dixit Nolo. Poſtea circa conſumationem poenitens quod dixerat patri ſuo/nolo:uenit in uineam:& operatus eſt uolũtatem patris. Quando aũt primus reſpondit nolo:acceſſit pater ad alterum:& ſimiliter dixit. Secundus quidem reſpondit etiam domine: non autem uenit ad uineam uerbi/& in agrum patris. Et manifeſtum eſt: quoniam q dixit nolo:poſtea autem compũctus abiit: & operatus eſt in uinea:uoluntatem patris impleuit:nõ uerbis ſed factis. Qui autem uerbis promiſit: nõ autem fecit: operibus negauit uolũtatem facere patris. Vide autẽ ſi potes uti parabola iſta ad eos qui modicum quidem aut nihil promittunt:neqꝫ uirginitatem:neqꝫ alium ſm euangelium ſpiritalem actum:operibus autem oſtendunt quod nec ab initio uſqꝫ ad uerbum promiſerunt. Econtra eos q magna promittunt:nihil autem ſm promiſſionem ſuam huiuſmodi agunt. Dicit enim aliqs. Virginitas ſup me eſt. Propter qđ nolo eã:& maius eſt q̃ uirtus mea abrenũciare hãc uitã:& uacare ſpiritalib' uerbis: & poſtea recogitãs ad meliora ſe tradit q̃ profiteri uidebat in primis. Alii aũt audacter multa ꝓmittũt:operibus aũt contraria ſuis promiſſionibus agũt. Poſt parabolam autem dicit de eo qui

dixit nolo:poſtea autem recogitauit:& ſic abiit. Amen dico uobis:quoniam publicani & meretrices præcedũt uos in regno dei. Ad eum autemq̄ dixit:uado domine: & nõ abiit:hoc refert. Venit Ioãnes ad uos in uia iuſtitiæ: & nõ credidiſtis ei. Iterum de primo quidem publicani autem & meretrices crediderunt ei. Ad eum autem qui dixit:uado domine:& non abiit:uos autem uidentes nec pœnitẽtiam egiſtis:ut crederetur ei. Conſidera & illud quod ait: præcedunt uos in regno dei: quoniam non excluſit iudæos:ut non ingrediantur aliquãdo in regnum dei. Nemo enim dicitur præcedere eum in aliquo loco:qui non ſequitur eum per ipſum locum. Vide ergo ne forte hoc iudicet ſermo:ut cum plenitudo gentium intrauerit: tunc omnis iſrael ſaluus efficiatur. Intellige autem mihi iſraelitas qui non ſm carnem ſunt: ſed qui ingenuitate animæ iſrael intelliguntur in fide & operibus bonis.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo erat paterfamilias qui plantauit uineam:& reliqua.

¶ Homelia Origenis preſbyteri lectionis eiuſdem. Et eſt. XIX.

QVi non abũdantius diſcutiunt parabolam hãc:neq; ſingula uerba ſcrutantur:ſatis manifeſta uidetur:ſi hoc modo itelligatur. Populus qui fuit ante nos/cum eſſet pars dei: qui plãtatus eſt a deo/uinea fuit dei. Cuſtodia autem dei quæ exiſtit circa eam: ſunt ſepis ipſius. Turris autem/templum. Torcular autem/locus libationum. Coloni autem/ſacerdotes & ſapientes populi. Peregrinatio uero domini:quando dñs qui fuerat cum illis in nube diei:& in colũna ignis per noctem:donec plãtaret eos introducens in montem ſanctum ſuum & in tabernacula ſua nequaq̃ poſtea ſimiliter apparuit eis. Tempus autem appropians fructuum petendorum: tempus extitit prophetarum exigentium a colonis & a uinea ipſa ut oſtẽdant qui acceperunt legem ſi ſm eam uixerunt. Serui autem miſſi ad colonos ad fructus accipiendos: prophetæ qui prius fuerunt:quos principes & ſapientes populi iniuriauerunt cædentes:quoſdam & occidentes:& lapidantes. Alii autem ſerui plures poſt eos tempore prophetarũ multorum quorum nomina in ſecũdo paralipomenon ſunt conſcripta:& in Hieremia & in duodecim:& in Daniele. Dicet autem aliq̃s:& Ananiam:& Azariam: & Miſael prophetas fuiſſe temporis eius. Et his ergo plurimis ſimiliter ſunt abuſi cædentes:& occidentes: & lapidantes. Nouiſſime autem mittit paterfamilias filium ſuum Ieſum Chriſtum:qui poterat reuerentiam eis incutere. Sed principes ſacerdotum:& ſeniores populi:& prudentes uidentes filium non omnino inſenſati exiſtentes eminẽtiæ ſuæ hæredem eum eſſe intellexerunt. Auſi ſunt autem interficere eum:ut ipſi efficerentur domini ſuper uineam illam. Et eiicientes eum extra res iſraelitarum:foris eum iudicantes eſſe interfecerunt. Dñs autem qui ſtatim rediit quem occiderunt:uenit reſurgens a mortuis:& malos quidem colonos male perdidit. Aliis autem colonis (id eſt apoſtolis) uineam ſuam conſignauit (id eſt eos qui ex iudaico populo reliqui crediderunt) qui darent in tempore ſuo fructus domino ſuo. Item docet eos ex prophetia q̃m ab iſtis quidem ædificatoribus reprobatus eſt: a deo autem electus:& caput totius ædificationis:& caput mirabile factus in oculis eorum qui poſſunt eum uidere. Ita prophetãs gentium fidem:dicit non credentibus ſibi doctoribus iudæorum. Tolletur a uobis regnum dei:& dabitur genti facienti fructus ſuos. Ad quam multa:quis ſpiritalis cõſtitutus:& ad diſcutiẽda omnia paratus poterit dicere pulſans obſcuritatem eius (id eſt oſtium clauſum) & quærẽs inueniet. Et nos ſm mediocritatem noſtram talia ſuſpicamur in loco. Quoniam paterfamilias homo deus eſt: de quo ſcriptum eſt. Morigeratus eſt te dominus deus tuus: quẽadmodum ſi homo morigeraretur filium ſuum. Sic enim eo quod morigeratur homines:ut hominum prodificet mores:in q̃buſdam parabolis dicitur homo:quẽadmodum ſi pater cum paruulo filio ſuo colloquatur infantia:ut deſcendat ad uerba filii ſui:& morigeretur eum. Propterea puto omnis iuſtitiæ quas tradidit deus hominibus:quaſi pueriles ſunt quantum ad proprias iuſtitias dei. Quæ eſt ergo uinea alia præter colonos priores & ſecundos:quam plãtauit paterfamilias? Quæ iſta uinea primum quidem tradita eſt iniurioſis colonis:poſtea autem aliis colonis facientibus fructum eius in tempore ſuo: ſm quod dominus ait. Auferetur a uobis regnum dei & dabitur genti facienti fructum eius. Putas ergo idipſum debemus dicere regnum dei & uineam quæ colitur a colonis prioribus:& datur alteri genti:aut aliud quidem debemus æſtimare uineam: aliud autem regnum dei? Videamus ergo primum probantes de ſcripturis:quoniam uinea appellatur populus:ſi omnia eius ſm huiuſmodi expoſitionem ualeant conuenire. Dicit enim Eſaias. Cantabo nunc dilecto canticum/dilectæ uineæ meæ. Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco uberi:& ſepe circumdedi:& caricaui eam:& plantaui uineam ſoreth:& ædificaui turrim in medio eius:& torcular ſodi in ea:& expectaui ut faceret uuam:fecit aũt ſpinas. Et poſt aliqua ſic. Vinea enim domini ſabaoth domus iſrael eſt. Et homo Iuda nouellum dilectum. Protuli itaq; canticum Eſaiæ uolens conſiderare ſm parabolam hanc:ſi ſm illam uineam:& hæc uinea itelligi poſſit. Et uide quoniam quædam quidem ſimilia habent:alia autem diſſimilia: ut uidens differentia ſimilium ad ſimilia diſcas ſenſum ſcripturæ. Simile eſt ergo quod ait plantauit uineam:& ſepe circumdedit eam:& fodit in ea torcular:& ædificauit turrim. Diſſimile autem quoniam in Eſaia quidem ipſam uineam accuſat plantator/dicens. Expectaui ut faceret uuam: fecit autem ſpinas: in euangelio autem manifeſte non uinea accuſatur quaſi quæ non dederit fructus in tempore ſuo:ſed coloni qui ſuſceperunt:et patriſfamilias ſeruos cõtumeliis affecerunt diuerſis. Nouiſſime & ipſum filium patriſfamilias occiderunt. Iterum in Eſaia ipſe/uineæ minatur dicẽs. Auferam ſepem eius & erit in rapinam:& deſtruã maceriam eius:& erit in conculcationem:&c̃. Sed & nubibus ꝓmittit ſe mandaturũ:ut ne ſuper uineam pluãt illam quæ fuit ſm prophetam domus iſrael:& homo iuda q̃ nullum fructum fecerũt. In euangelio autem uineam nõ inuenimus aliq̃d patientem:ſed adhuc & ꝓuiſionem dei cõſecutam/ut poſſit fructus ſuos patriſfamilias dare. Ablata eſt enim a colonis impiis:& data genti meliori. Coloni aũt omnem ſuſcipiunt iram: dicentes enim: cum uenerit paterfamilias malos

lias malos male perdet.Siue ratione uerbi coacti: & cóſe/
quentia parabolæ:ſiue nolentes ,pphetauerunt de ſe:qm̄
cum uenerit malos male perdet:& uineæ promiſſionem
faciens:aliis eam dabit colonis.Item cóſequenter & Hier/
remias dicit ad populum.Ego plantaui te uineam fructi/
feram oém ueram:quomodo conuerſa es in amaritudi/
nem uineæ alienæ! Vides ergo qm̄ in prophetis popu/
lus iudaicus uinea appellatur:& cóminatio patrisfamilias
cótra uineam fit.In euágelio autem omnino uinea non
culpatur/ſed eius coloni. Sed qui uult euangelica uerba
caute conſiderare:nequaq̄ poterit clariter approbare:qm̄
uinea populus eſt. Sed ne forte ſm̄ euágelium uinea re/
gnum eſt dei:id eſt doctrina quæ prouidentiam habens
dei ſcripturis inſerta eſt ſanctis.Quod enim dicit:tolletur
a uobis regnum dei/& dabitur genti faciéti fructum:eius
manifeſte/ſicut arbitror/demonſtrat myſteria regni dei
uineam eſſe id eſt legem:& prophetas: & omnes diuinas
ſcripturas/quas tradidit dominus uineæ: primum qui/
dem colonis populo illi priori:qm̄ et primis credita ſunt
eloquia dei:ſecúdis autem gentibus facientibus fructum:
cuius uineæ ſepes nihil tale patitur/quale ſcriptum eſt in
propheta dicéte.Auferam ſepem eius & erit in rapinam.
Vide ergo ne forte naturali ratione:uineam poſſimus di
cere eloquia dei.Conſequéter autem ſm̄ eandem natu/
ræ rationem uitam irrepræhenſibilem hoium:& mores
ſpecioſiſſimos fructus ipſius uineæ.Ipſas autem ſcriptu/
ras & litteras ſcripturarum eſſe uineæ ſepem extrinſecus
circúpoſitam:ut nó uideatur uinea ab eis qui foris ſunt:
maxime fructus eius qui ſunt in abſconſo. Profunditas
autem eloquiorꝝ dei:torcular eſſe uineæ eius.In quam q
profecerút de eloquiis dei:& facti ſunt pfecti fructus eo/
rum:infundút ſtudia ſua quaſi fructus/quos de ipſis elo/
quiis colligunt.Turrim autem ædificatam in ea aſcéſum
habentem & eminétiam & altitudinem ſuper uineam ip
ſam:& ſepem & torcular æſtimo uerbum eē de ipſo deo
& de diſpenſationibus chriſti. Et téplum diuini ſenſus q
habentur in eo.Et de tali turre puto dicere ſaluatorem in
aliquo loco euágelii. Quis ueſtrum uolés turrim ædifi/
care:nó prius computat ſi poteſt prius ponere fundamé
tum:& cóſumare:ne forte incipiant uidétes deridere eum
qui nó cóſumauit:quī qui uult dicere de deo/debet cóſi
derare ſi poteſt/incipiens omnia quæ quærútur circa dei
expoſitionem cóſumare:ne forte incipiens dogmata pie/
tatis imperfectam relinquat turrim uerbi de deo:& coro/
nam nó ſuperædificet ei. Si enim nó ædificauerit ei co/
ronam:cadet aliqs ab intellectu dei ſcandalizatus/& mo
uetur.Hác uineam tradidit colonis: id eſt populo ante
nos:tam ſacerdotibus q̄ laicis:& profectus eſt ad ſuam p/
fectionem:dans occaſiones colonis ex eo q́ ipſe planta/
uit: & circúpoſuit ſepem:& fodit torcular: & ædificauit
turrem proferédi fructus:cum appropinquaſſet tempus
fructuum.Appropinquát enim & ſm̄ unumquéq; qui/
dem tempora fructuum. Puto aút & generaliter populo
uniuerſo. Appropinquationem aút temporis fructuum
exponere uere ſicut eſt:ſup noſtrum ingenium eſt:& cor/
dis eſt mundioris. Tamen ſm̄ uirtutem noſtram incipi/
mus hoc modo:incipientes ſm̄ unumquéq; hoium. Er/
go itellige mihi in unaquaq; anima/quaſi uineam uer/
bum dei plátatum. Vinea enim occaſiones ſunt oium p/
poſitionum quæ neceſſariæ ſunt ad ſaluté.Sicut ergo in
uineis eſt aliquod tempus quando principium fructus
demonſtrant:& aliud quando florent:quæ ſunt demon
ſtrata:& aliud quando acerbeſcunt fructus:et aliud quan/
do uariant: & aliud quando uindemiandi eſt tempus
fructus perfectos/& paratos ad præbendum uinum. In
oibus itaq; primum uitæ tempus eſt infantia: & eſt tunc
uinea nihil oſtendés niſi tm̄ habens in ſe uitalem uirtu/
tem.Cum aút cœperit poſſe loqui:tempus eſt generatio/
nis.Quátum aút proficit anima pueri operata:tantum &
uinea/quæ operatur in eo:Id eſt uerbum dei naturaliter
implátatum proficit:& pducit indicia botrionū futurorꝝ.
florétium qdem adhuc:& odoré ſuauitatis futuræ uirtu/
tis in primis dantium.Poſtea aút & acerbeſcunt: quádo
malitia qdem eſt in iuuétute:nó autem permanet/ſed ne/
ceſſarie ſuperueniens eſt propter ætatem:ſed ut ita dicam
ſemper ad uirtutem pergés.Quam ſiquis manducauerit
ſm̄ prophetam obſtupeſcere facit dentes: ſi autem nó ea
fuerit uſus:ſed ſemper quaſi per aliquam uiam adducat
eam ad uirtutem:ex parte incipit uariare:nó aút & uuam
habet perfectam. Eſt aút & poſt perfectum ſtatus aliquis
ſtudioſus quádo uinea operata fructum profert maturæ
& ſtudioſos botriones/diuerſos/atq; perfectos charitatis
& gaudii & pacis & lóganimitatis:cæterarúq; uirtutum
quas Apoſtolus refert & multæ ſcripturæ. Eſt enim ali/
qua botrio ſm̄ quod ſcriptum eſt:beati pauperes ſpiritu:
& altera Beati qui lugent:& alia Beati máſueti:& alia Bea
ti pacifici:& alia Beati mundo corde. Et qd neceſſarium
eſt dinumerare ſingulas beatitudinum cauſas: quaſi di/
uerſas botriones! Hæc aút diximus uolétes oſtendere qd
ſit quod ait:cum autem appropiaſſet tempus fructuum.
Patrisfamilias auté ſolius eſt cognoſcere uere qm̄ uniuſ/
cuiuſq; hominis tempus appropiat:uel quádo adhuc ló/
ge eſt fructuum tempus.Et nos ſi abundanter conſidere/
mus comparationem facientes temporꝝ: ex quo ſumus
uocati ad omne tempus fidei noſtræ poterimus uidere
quomodo qdam cum deberét eſſe magiſtri ſm̄ tempus:
iterum opus habent doceri qualia ſunt eleméta principii
eloquiorꝝ dei.Sic cum deberét quidam quátum ad tem
pus diſpéſationis dei/& ſm̄ uocationem oium iam fru/
ctus afferre:aut omnino nó habent:aut cum deberét ha/
bere perfectos:habét extra tempus florentes:& nó in tem
pore ſuo aceruos.Si aút intellexiſti in ſingulis qbuſq; ho
minibus quomodo oporteat itelligere qd' dicitur cū aút
appropiaſſet tempus fructuum:tráſi ad populum illum:
q tunc acceperút legem per Moyſem:qm̄ & illis tempus
fructuum appropiauerat aliqñ.Et miſit ſeruos ad priores
colonos/qbus credita fuerant eloquia dei:ut acciperét fru
ctus uniuſcuiuſq; uitis.Facile qdem eſt dicere qm̄ ſeruos
dicit prophetas:ſed quærere cóuenit quomodo mittun/
tur ad colonos accipere fructus uineæ. Dicit enim aliqs:
qm̄ nó ad accipiédos fructus mittútur prophetæ:ſed ope
rari magis.Vide ergo ſi poſſumus dicere:qa ſpiritales fru/
ctus:& diuinæ oblationes dantur ab iis q coluerant ui/
neam:prophetis tranſmiſſis:ut offerant quaſi ſacerdotes
deo/populi fructus.Sed accipientes coloni ex populo il/
lo:alium qdem ceciderút:ſicut Micheam pcutiens in ma/
xillam Sedechias filius Canaam/quando & dixit ei ,pphe
tanti:pſeudo propheta qualis ſpiritus dei qui locutus eſt

in te? Alium autem occiderũt ſicut Zachariam inter templum & altare: alium lapidauerunt: ſicut Azariam filium Ioiadæ ſacerdotem: ſicut in ſecũdo libro paralipomenon poſitum eſt. Cum ſpiritus dei induiſſet Azariam filium Ioiadæ ſacerdotem: ſurrexit ſuper populum: & dixit. Hæc dixit dominus. Quare præteritis mandata domini: & nõ proſperabimini? Dereliquiſtis dominum: & derelinquet uos. Et ſuperpoſiti ſunt ei: & lapidauerunt eum per mandatum Ioas regis in atrio domus domini & nõ eſt recordatus Ioas miſericordiam quã fecerat cum eo Ioiada pater ipſius: & mortificauit filium eius. Et cum moreretur dixit. Videat dominus & iudicet. Iterum miſit plures prioribus: & fecerunt eis ſimiliter. Plena eſt omnis ſcriptura eorum quæ acciderunt prophetis: quos miſit ad populum ut fructus eoꝝ offerant per orationes ſuas deo quaſi ſanctiſſimi ſacerdotes. Nouiſſime enim miſit filium ſuum dicens. Reuerebuntur filium meum. Quæres autem quõ deus quidem mittens filium ſuum: dicit reuerebuntur filium meum: quaſi qui non præſciebat qđ ei fuerat euenturum. Nec enim uidentur ſm textum præſentem iudæi reueriti eum: & inuenitur in hoc deus neſciſſe futuꝝ. Sed dicere aliud eſſe factum impium eſt. Iterum dicere q̃m reueriti ſunt eum coloni: falſum eſt. Coloni enim uidentes filium dixerunt apud ſe. Hic eſt hæres: uenite occidamus eum: & noſtra erit hæreditas. Niſi forte hoc modo ſoluamus. Sicut enim quaſi de omnibus iudæis occiſuris chriſtum: ſic dicit generaliter: coloni autem dixerunt. Hic eſt hæres. Venite occidamus eum. Et tamen non omnes iudæi occiderunt chriſtum: ſed qui ſm carnem fuerunt iudæi. Secundum ſpiritum autem iudæi non occiderunt chriſtum: ſed crediderunt in eum. Sic generaliter quaſi de omnibus colonis dicit: reuerebuntur filium meum: & tamen non omnes illum reueriti ſunt: ſed illi tm̃modo qui ſm ſpiritum fuerunt iudæi qui crediderunt in eum. Vt illud quidem quod ait: reuerebuntur filium meum: uideat᷑ impletum in illis iudæis qui intelligentes chriſtum crediderũt in eum. Hoc autem quod dictum eſt: hic eſt hæres: uenite occidamus eum / in illis impletum ſit qui uidentes chriſtum / & cognoſcẽtes filium dei nihilominus occiderunt eum. Simul autem quæret aliquis qui ſint iſti coloni q dixerũt hic eſt hæres: uenite occidamus eum. Nec enim uidentur iudæi occidiſſe eum: quaſi filium patriſfamilias dei. Econtra hoc aliquis dicit quando loquebantur ad alterutrum quis eſſet? quidam dixerunt: Hic eſt chriſtus. Ad quos alii reſponderunt. Chriſtus cum uenerit: nemo ſcit unde ſit. Hunc autem ſcimus unde eſt. Ita quoniam per ſigna & prodigia compuncti intellexerunt quidem eum eſſe chriſtum: non autem & confeſſi ſunt. Recognoſcens autem aliquis & quæ ſcripta ſunt de Herode cum didiciſſet a magis natum eſſe regem iudæorum: uidebit quoniam qui occiderunt chriſtum cognoſcentes quia filius dei erat: nihilominus auſi ſunt cõtra eum. Nam & Herodes condiſcens a ſcribis quoniam in Bethleem naſcitur Chriſtus: & conſentiens quoniam chriſtus erat qui naſcebatur: promittit quidem dicens. Ite & requirite caute de puero: ut & ego ueniam & adorem eum. Nihilominus autem auſus eſt cõtra puerum: credens quia chriſtus erat. Nec enim ſi non credidiſſet: omnes occidiſſet infantes in Bethleem a biennio & infra ſm tempus quod didiciſſet a magis. Sic & cæteri iudæi cognouerunt quidem eum ſm quæ diximus. Cognoſcentes autem: non diuulgauerunt: ut ſermo eoꝝ etiam ad alios perueniret. Sed quaſi qui nõ cognoſcerent: eiecerunt extra uineam filium / & occiderũt eum. Quod autem dicit: eiecerunt eum extra uineam: tale mihi uidetur quantum ad ſe: alienum eum eſſe iudicauerunt a uinea & colonis quando ſententiam mortis cõtra eum tulerunt. Et dixit eis Ieſus. Cum uenerit paterfamilias quid faciet colonis illis? Reſponderunt ore proprio iudicati: ꝙ malos male perdet & uineam dabit aliis agricolis. Aut enim prophetant quẽadmodum Cayphas ſacerdos qui nõ ex ſe dixit uerum: ſed quia ſacerdos fuit anni illius prophetauit: ſic & iſti non ex ſe prophetauerunt contra ſe quoniam tollenda eis erant eloquia dei & gentibus danda: fructum in tempore ſuo daturis. Dicit illis Ieſus. Nũq̃ legiſtis in ſcripturis lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli: a domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile oculis noſtris? Quoniam ergo putabant ſe eſſe ædificatores populi ſacerdotes illi cum non eſſent ædificatores probabiles: nec enim ſi fuiſſent probabiles lapidem huiuſmodi reprobaſſent. Tamen dicit illis de ſcripturis quoniam lapidem ſe conſtitutum & reprobatum ab eis pater collocauit in totius ædificii caput: ut compræhendat duos angulos ueteris teſtamẽti & noui: & duorum populorum ædificationem. Hoc eſt enim qđ ait lapidem quem reprobauerunt ædificãtes hic factus eſt in caput anguli. Et iſte lapis donum eſt donatum a deo ædificio uniuerſo: & admirabile caput in oculis noſtris q poſſumus eum uidere oculis mẽtis. Si ergo uerum eſt qđ ait: auferetur a uobis regnum dei & dabitur aliis colonis qui reddent ei fructum tẽporibus ſuis: ſine dubio nemini datur regnum dei: id eſt uerbum domini: niſi facientibus fructum de eo. Et nemini qui a peccato regnatur: datur regnum dei. Sed dicet aliquis. Si nemini datur regnum dei fructus eius non faciẽti quomodo illi populo datum eſt a quo & ablatum eſt? Conſidera ſi poſſumus dare idoneam rationem in tanta difficultate quæſtionis huiuſmodi. Conſidera quia cum uinea illi populo traderetur non eſt dictum: & dedit eam colonis: ſed ita: locauit: aut ſicut in græco habetur: tradidit eam colonis. Hic autem habet᷑: auferetur a uobis regnum / & dabit᷑ aliis colonis. Indiſſolubilis enim erat quæſtio ſi quẽadmodum dixit illic locauit aut tradidit: ſimiliter & hic dixiſſet: locauit / aut tradidit eam aliis colonis: aut quẽadmodum dixit hic: dabit eam aliis colonis: & illic ita dixiſſet dedit eam colonis. Quoniam quod datur / intelligitur ꝙ gratis datur: quod locatur autem & traditur non omnino gratis datur. Quibus ergo tradidit / aut locauit non omnino quaſi electis / & fidelibus tradidit aut locauit / quibus autem donauit cum iudicio electionis merito eoꝝ donauit. Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipſis dicit. Et quærẽtes eum tenere timuerũt turbas: q̃m ſicut ꝓphetam eum habebant. Et quicũq; inſidiatione uolũt tenere uerbum ueritatis: ut quãtum ad ſe mortificent eum: hi nunq̃ poterũt eum tenere / neq; mortificare: q̃m multus eſt populus q æſtimãt eum dei eſſe ꝓphetam: & ꝑconem ueritatis: & largitorem ſalutis: & ideo tenent eum in cordibus: q & auellent ab eis q uolũt eum tenere / & opprimere eum. Deinde ſciẽdum eſt quoniam

uolentium

uolentium Ieſum tenere differentia eſt. Aliter enim prin/
cipes/& phariſæi quærebant eum tenere: aliter autem illa
ſponſa quæ in canticis canticorum quærebat eum:& ſu/
biens ibat in ciuitatem/in plateis & nundinis:& uix inue/
nit eum. Poſtq̃ autem modicum pertranſiit cuſtodes: &
circũeuntes in ciuitate:& inueniens tenuit eum quando
& dixit: tenui eum:& non dimittam eum/donec introdu
cam eum in domum matris meæ:& in cubiculum eius
quæ concepit me. Hæc enim eadem ſponſa in principio
quidem cantici canticorum ſic dicit. Tenui eum in domo
matris meæ:& in cubiculum eius quæ concepit me:circa
finem autem ipſius libri quaſi iam prouecta:et aliter eum
tentura:melius q̃ in primis ſic dicit. Dixi aſcendam ſuper
palmam/& teneam altitudines eius. Vt autem intelligas q
ſunt uolentes eum tenere principes & phariſæi:nõ autem
tenuerunt:conſidera quoniam alia quidem uerba extra
uerbum chriſti poſſibile eſt compræhendere/& tenere/ &
ſeparare de ſenſu eorum: uidelicet qui aliud qualecunq;
extra ueritatem habuerint dogma:& manifeſte in irritum
eum facere poſſibile ẽ. Verbum autem ueritatis nemo po
teſt compræhẽdere:id eſt intelligere:neq; tenere:id eſt cõ/
uincere:neq; ſeparare a ſenſu credentium:neq; mortifica/
re:id eſt deſtruere. Dicit enim apoſtolicus ſermo. Spirita/
lis diiudicat omnia:ipſe autem a nemine iudicatur. Diiu/
dicat enim:& diſcutit:& conuincit alia uerba ſiue ſapien/
tiam huius mundi:ſiue hæreticorum:non autem diiudi/
catur:neq; compræhenditur ſenſus qui eſt in chriſto:neq;
coinquinatur ab eis qui proponunt eum irritum facere.
Quis enim cognouit ſenſum domini qui inſtruat eum.
Et manifeſtum eſt qm̃ qui iſtructurus eſt ſenſum alicuius:
primum cognoſcit eum:& poſt hæc inſtruet. Senſum au
tem domini nemo cognoſcit. Propterea nemo eſt qui in/
ſtruat eum. Qui habebant tanq̃ prophetam eum:ſapiunt
quidem aliquid de eo qđ uerum eſt:nõ aũt & magnitudi
nem eius intelligunt. Erat enim Ieſus / & propheta q̃dem
ſicut oſtenditur intelligentibus ex eo qđ ſcriptum eſt: ꝓ/
phetam ſuſcitabit uobis dñs deus ueſter de fratribus uñis:
tanq̃ me ipſum audite:ſm̃ omnia quæcũq; loquutus ſue
rit. Quicũq; autem non audierit prophetam illum: inte/
ribit de populo. Tamen eminentia eius non erat in eo ꝙ
erat ꝓpheta:ſed in eo ꝙ erat filius dei:primogenitus uni/
uerſæ creaturæ:in quo creata ſunt omnia in cœlis / & in
terris:&c̃. & eminentia eius erat in eo quod erat:ſapientia
dicente. Dominus creauit me in principio uiarum ſuaꝝ:
in opera ſua priuſq̃ aliquid faceret:&c̃. Iſtas autem turbas
ſic ſapientes de eo:& paratas pugnare pro eo contra im/
pugnantes timent principes & phariſæi:& non poſſunt
inſidiari Ieſu:uolentes eum tenere. Et q̃uis quaſi prophe/
tam eum habentes turbæ nihil magnum ſapiebant de di/
uinitate ipſius:tamen principes & ſcribæ:neq; eoꝝ ſcien/
tiam compræhendere poſſunt:qui ex parte eum cogno/
ſcunt:nihil dignum declarãtes de eo. Hoc autem dico de
his qui uere pro eo ſunt. Qui autem mendaciter ſapiunt
non ſunt pro eo:qui glorificare ſe putãt eum quales ſunt
hæretici qui confundunt patris & filii ſubſtãtiam:unum
dicentes eſſe patrem & filium: ſuſpitione ſola & nomi/
nibus ſolis diuidentes eos:quos æſtimant unum: quaſi
magna de eo ſapere proponentes iniquitatem in excelſo
loquuntur:& male loquentes de deo nõ ſunt pro eo:nec
enim ſunt cum eo:propterea ſunt contra eum:ſicut dicit:
qui non eſt mecum aduerſum me eſt. Sic & ſi cõgregant
qui non ſapiunt de chriſto quod uerum eſt in nomine Ie
ſu:diſpergunt magis q̃ congregant:ſicut ipſe dicit:qui nõ
congregat mecum/ſpargit. Et uide quia non ſimpliciter
dixit:qui nõ congregat/ſpargit:ſed cum cauta adiectione
qui non congregat mecum. Qui enim congregat: cum
chriſto congregare debet. Quid ſit autem cõgregare cum
chriſto intelliges ſi cõſideraueris quod dicit Apoſtolus:
congregatis uobis & meo ſpiritu cum uirtute domini no
ſtri Ieſu Chriſti tradere eum qui talis eſt ſathanæ in interi/
tum carnis:quod eñi dicit:cõgregatis uobis & meo ſpiri/
tu cum uirtute Ieſu chriſti:manifeſtat quid ſit congregare
cum eo. Et hoc non conuenit ad eos dicere: congregatis
uobis cum uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui enim
cõgregant cum male ſapiẽtibus de chriſto: nõ cõgregant
cum chriſto. Et manifeſtius hunc ſenſum habes apud Lu
cam ita dicẽtem. Et erat docens quotidie in templo. Prin
cipes autem ſacerdotum & ſcribæ & ſeniores populi uo/
lebant eum ꝑdere:& non inueniebant quid facerent. Po/
pulus enim omnis ſuſpenſus erat in eum audiẽs eum. Et
in his oſtenditur:quoniam qui præſunt inique iudaicis
turbis:& nominantur principes ſacerdotum & ſcribæ &
ſeniores populi inimici chriſti:uolunt q̃dem perdere chri/
ſtum:& diſperdere nomen eius ex hominibus: & fidem
de eo:ſed non inuenimus quid faciant:ſm̃ quod uolunt.
qm̃ præueniens omnis populus qui credidit ei pendet in
dilectione ipſius:& pendet ut audiat doctrinam eius. Et
eſt hoc uſq; nunc uidere quomodo quærunt extermina/
re qui ſe profitentur eſſe ſacerdotes dei: & ſcripturas eius
cognoſcere:quaſi ſcribæ eſſent:antiquitatem ſe tenere pu/
tantes quaſi ſeniores:& quærunt perdere Ieſum & exter/
minare fidem ueritatis ipſius:omnia cõſequenter ſm̃ uo/
luntatem patrum ſuorum agentes. Non tamen inueniũt
quid faciant:quia non poſſunt populum chriſti pendẽ/
tem in eum ab eo diuellere:neq; delere eum de ſenſu eoꝝ.
Forſitan autem & omnes qui non recte ſapiunt de diui/
nitate:ſed aliud loquuntur de ea q̃ eſt chriſti doctrina:per/
dere uolunt chriſtum:non autem poſſunt:quia totus po
pulus fidelis pendet in eum audiens eum. Sed & quicũq;
ad ſenſum ſcripturarum extranearum aſpiciunt:ideo mo
raliter dicũtur ſcribæ:& omnes alieni præſbyteri a chriſti
doctrina:id eſt philoſophi gẽtium:cæterorũq; barbaroꝝ
prudẽtes:perdere uolunt chriſtum:non aũt poſſunt uicti
a populo chriſti pendente:& audiente doctrinam ipſius.

¶ Secundum Matthæum. Ca.xxii.

IN illo tempore:Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si/
mile eſt regnum cœlorum homini regi qui fe
cit nuptias filio ſuo &c̃.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectiõe.XX.

HAec quoq; parabola ſimpliciter intellecta:
uidet oſtẽdere ꝙ homo rex moraliter deus
& pater domini noſtri Ieſu Chriſti dicatur.
Nuptiæ aũt filii regis reſtitutio ſpõſæ eccle
ſiæ ad chriſtũ ſponſum ipſius. Qui aũt mit
tunt ſerui uocare inuitatos ad nuptias ſm̃ tẽpus habẽtur
ꝓphetæ cõuertentes ex populo per ſuas ꝓphetias ad lætí/
tiam reſtitutionis eccleſiæ ad chriſtum. Qui aũt noluerũt
uenire in primis inuitati:q noluerunt audire uerba ꝓphe/

tarum. Item alii tranſmiſſi: alia cōgregatio prophetarum. Præparatum autem prandium in quo tauri: & ſaginata regis occiſa erant: ſolidæ & rationabiles myſteriorum dei eſcæ: ſic autem & omnia apparata: id eſt de omnibus quæ neceſſaria ſunt præparati ſermones: quos cum uenerit qđ perfectum eſt: qui inuitationem ſecuti ſunt dei manducabunt & bibent. Quoniam autem uocatorū per prophetas quidam qdem neglexerunt tm̄modo quæ dicebatur/ ſæcularibus occupati negociis: non autem & malignati ſunt aduerſus prophetas: alii autem & malignati ſunt cōtra eos: ideo differentiam eorum oſtendere uolens: dixit. Quidam qdem negligentes abierūt: alius qdem in agrum ſuum: alius aūt in negociationem ſuam: reliqui aūt tenentes ſeruos eius iniuriis affecerunt: & occiderūt. Adhuc aūt ſm̄ ſimplicem hanc traditionem ira intelligitur regis / de qua & Apoſtolus dicit: propter iudæos præuenit autem illos ira uſq; in finem. Et ꝓphetatur aduerſus iudæos bellum/ & interitus hieruſalem/ & īterfectio populi poſt aſcēſionem dn̄i facta in eo quod ait. Mittēs autem exercitum ſuum interfecit homicidas illos: & ciuitatem eorum ſuccendit igni. Quod autem dicit: tunc dixit ſeruis ſuis: nuptiæ qdem paratæ ſunt: inuitati autem non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus uiarum: & quoſcunq; inueneritis uocate ad nuptias: refert̄ ad apoſtolos Chriſti dicentes iudæis. Vobis primum miſſum fuerat uerbum dei: ſed qm̄ indignos uos iudicatis æterna uita ecce conuertimur ad gentes. Exitus ergo gētium ſunt res gentium foris extra iſrael: ex quibus quoſcunq; inueniebant apoſtoli uocabant ad nuptias. Vocabant aūt obedientes tantum: non autem & curabant utrum aliquado ante uocationem mali fuerint/ an boni qui uocabantur: omnes enim quos inuenire poterant/ uocabant. Bonos autem intelligere hic ſimpliciter conuenit/ humiliores & rectiores ex eis qui ueniebant ad cultum dei: qbus cōueniebat apoſtolicum dictum quod ait. Cum gentes quæ legem non habent/ naturaliter quæ legis ſunt faciunt: huiuſmodi legem non habentes: ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendūt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: teſtimonium eis perhibente conſcientia eorū. Et impletæ ſunt Chriſti & eccleſiæ nuptiæ/ & reſtituti deo qui ab apoſtolis ſunt inuenti recubuerunt ad epulandum in nuptiis: Sed quoniam bonos & malos oportuit quidem uocari: non aūt ut mali permanerent mali: ſed ut exuerent & deponerent ueſtimenta contraria nuptiis: & induerent ſe nuptialia indumenta: id eſt uiſcera miſericordiæ: benignitatem: humilitatem: māſuetudinem: longanimitatem. Hæc enim ſunt nuptialia indumenta: ideo rex ingreditur ut uideat diſcumbentes priuſq̄ apponatur prādium præparatum eis: tauri/ & ſaginata: & omnia præparata: ut uidens retineat qdem habentes nuptialia ueſtimēta ad quæ delectetur: condemnet autem cōtrarios. Ingrediens ergo inuenit quendam qui non mutauerat proprios mores: nec induerat ſe nuptialia indumenta & dixit ei. Quomodo intraſti huc non habens nuptialia indumenta? Et qm̄ qui peccat: & renouatus non eſt: nec induit dn̄m Ieſum: quaſi non habens excuſationem aliquam: ideo dixit: obmutuit: & non ſolum reiectus eſt a nuptiis qui iniuriam nuptiis fecit: ſed adhuc a miniſtris regis ſuper uincula cōſtitutus ligatis pedibus in ceſſione: qua non eſt uſus ad bonum: & manibus appræhenſoria uirtute: qua nullum bonum opus implēuit/ condēnatus eſt in loco ab omni lumine alieno: & quantum ad oēs tenebras/ preſſioribus tenebris quæ uocantur tenebræ exteriores. Sed & ſi quis noſtrum ad inuitationem quidem regis ueniens ad nuptias filii eius: non autem & indutus fuerit qualia prædiximus nuptialia ueſtimenta: ſimilia patietur: ligatus manus & pedes expelletur in tenebras exteriores ubi erit fletus ſm̄ qđ ſcriptum eſt: uæh qui nunc ridetis qm̄ flebitis: & ut oſtendat ſermo triſtitias & dolores eorū in quibus erunt qui ueſtiti non fuerint nuptialibus ueſtimētis: ideo dixit. Illic erit non ſolum fletus: ſed etiam dētium ſtridor. Hæc ergo ſm̄ ſimplicem traditionem ſint dicta: temptemus autem repetentes ſcrutari ſubtilius. Regnum ergo coelorū ſimile eſt ſm̄ eum quidem qui regnat/ homini regi: ſm̄ eum autem qui conregnat/ filio regis: ſm̄ ea uero quæ ſunt in regno regis aſſimilatum eſt ſeruis: & inuitatis ad nuptias: quorū quidam qdem nolentes uenire neglexerunt propter occupationes ſæculi huius: alii autem iniuriis affecerūt ſeruos/ & occiderunt. Adhuc autem ex eis qui regnabantur fuit etiam ille exercitus regis: & qui ab exitibus uiarum cōgregantur boni & mali donec implerentur ex recumbētibus nuptiæ: & qui inter diſcumbentes non habuit ueſtimentum nuptiale: & miniſtri qui iuſſi ſunt pedibus/ & manibus alligatum mittere in tenebras exteriores. Poterat quidem dicere ſimile eſt regnum coelorū regi ſine additamēto hominis: ſed qm̄ additum eſt etiā homini neceſſarium eſt exponere ēt hoc. Et ante me alius qdam interpretatus eſt ſicut & mihi uidetur. Fecit enim libros de legibus ſanctis: & protulit ſermonem ubi deus ſm̄ paſſibilem naturam hominum uertitur: & primum quidem dixit: ubi ſm̄ paſſibilem naturam uertitur diſpenſans homines ſm̄ qđ dictum eſt morigerauit te dn̄s deus tuus: quēadmodum ſi pater morigeret filium ſuum. Deinde protulit ubi non eſt deus quēadmodum homo ſm̄ quod dictum eſt: non ſicut homo deus noſter. Nos autem multam abundantiam exemplorum habentes de euangelicis/ in qbus deus pater aſſimilatur homini: exponimus parabolas nominātes quaſi hominem deum: & dicimus ad quoſdam hæreticos: qui non intelligentes quæ hoc modo dicuntur in ſcripturis ueteribus: peccant in deum legis: & prophetarū totius creationis: quoniam ſi homini aſſimilatur deus ſm̄ parabolas euangelii: ſm̄ conſequētiam parabolarum iſtarum ſuſcipere cōuenit & iram ei/ & furorem/ & poenitentiam/ & auerſionem uultus: & ſeſſionem: & ſtationem: & inceſſionem: & ſomnum quæ omnia de deo ſcripta ſunt in prophetis & ab exitu oſtendūtur: quia nec ueteris teſtamenti ſcripturas intelligunt. Nam ſi nihil deus habet in ſe quod uidetur humanum: dicant utrum iſte deus qui ſm̄ parabolas euāgelii: & homo dicitur / & iratus proponitur: ſm̄ humanā naturam ipſe eſt pater Chriſti: aut alius præter eum: & neceſſe habent/ aut alium aliquem dicere patrem chriſti extra hunc quem parabolæ & patrem chriſti appellant: & ſimilem eum humanæ naturæ proponūt. Aut ſi dixerint huncipſum eſſe patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: cogendi ſunt cōfiteri quoniam multa in eo ſm̄ paſſibilem naturam hominum eſſe dicunt̄: non quia ipſe paſſibilis eſt: ſed quia morigerat paſſibilem naturam hominum. Quādiu ergo hoīes ſumus: & nō expediunt nobis diuinæ bonitates dei et multitudo miſerationum eius

abſcondita

abſcōdita apud eum:ut ne noceamur uidētes eam:neceſſe
eſt ut ſimile ſit regnum dei hoi regi:ut hoibus quaſi ho/
mo apud homines loquatur/& diſpenſet homines non
capientes diſpenſari a deo:qui oino qdem deus eſt:& in
eo quod loqtur per prophetas : & in eo quod diſpenſet
hoies/& tunc ceſſabit regnum coeloꝝ ſimile eſſe homini:
cum ceſſante zelo & contentione:& reſiduis paſſionibus
& peccatis ceſſauerimus ſm̃ hoiem ambulare:& digni fa/
cti fuerimus audire a deo:ego dixi dii eſtis : & filii excelſi
oēs:iam non agentes talia propter quæ dicatur ad nos:
uos aūt ſicut homines moriemini.Ego aūt arbitror : q̃m
nō ſolum homini regi ſimile fieri regnum coeloꝝ ceſſa/
bit:ſed & alia multa:quibus opus habet homo peccator:
utputa/dicit in Oſee:ego aūt ſum ſicut panthera:& ſicut
leo domui iudæ:& in alio loco:& obuiabo eis ſicut ur/
ſus turbatus.Ceſſabit ergo aliq̃n eſſe ſicut panthera/& ſi/
cut leo/& urſus turbatus:cum deſinentes talia facere iam
non opus habuerint hoies deo/ſicut panthera / & ſicut
leone & urſo turbato:nec ipſe habeat eos tales qui talem
neceſſarium habēt.tunc manifeſtabit ſe ſicut eſt . Ego aūt
ſic intelligo quod ait:deus noſter ignis cōſumens eſt:cō/
ſumens ea.Cum aūt conſumpta fuerint ab igne cōſumen
te ea quæ conſueta ſunt cōſumi ab eo:tunc iam non erit
deus noſter ignis cōſumens/ſed lumen:ſicut dicit Ioan/
nes.Deus lumen eſt.Quoniam aūt nouimus hæc:uide ſi
ꝓtes etiam ſm̃ hunc intelligere modum:ex Ioannis epi/
ſtola catholica ſic habente.Chariſſimi nūc filii dei ſumus:
ſed nondum apparuit quid erimus.Scimus autem q̃m ſi
apparuerit ſimiles ei erimus:q̃m uidebimus eū ſicuti eſt.
Nunc qdē & ſi digni fuerimus deum uidere mēte & cor
de:uideamus eum non quēadmodum eſt:ſed quēadmo
dum ꝑp nr̃am diſpenſationem factus fuerit nobis.In fi/
ne aūt rerum/et reſtitutionis oium quæcūq; locutus eſt p
os ꝓphetaꝝ a ſæculo:uidebimus eum non ſicut mō qd'
nō eſt:ſed quēadmodum tunc docuerit/ſm ꝙ eſt. Quo/
niam aūt ſemel diximus hæc:in eo quod ait.ſimile eſt re/
gnum coeloꝝ homini regi:poſſumus inuenire & cauſas
propter quas ſæpe & ſaluator filium ſe hominis nomi/
nat:oſtendens q̃m ſicut deus homines diſpenſans/quaſi
in parabolis dicitur homo:forſitan ſicut & ſaluator prin
cipaliter qdem filius dei exiſtens/& deus:& filius charita/
tis eius:& imago dei inuiſibilis . Non aūt manens in eo
quod eſt principaliter efficitur ſm diſpenſationem filius
hominis eius qui in parabolis dicitur homo:ſm ſimilitu
dinem hois:cum coeperit homines diſpenſare.Sed deum
qui in parabolis dicitur : & fit quaſi homo nō debemus
quærere quis homo :ut illius dicamus eſſe filium ſalua/
torem:ſed ſtātes in ſenſu dei:& parabolaꝝ dicentium ip/
ſum eſſe hoiem : ſapienter audiamus eum dicētem ſe fi/
lium hois . Apud nos ergo hoies/ſimile eſt regnum coe/
loꝝ homini regi:apud eos aūt qui ſm ſcripturas dii uo/
cantur:quoꝝ in ſynagoga ſtetit deus in medio deos di/
ſcernens:regnum coeloꝝ ſimile eſt regi deo . Quæres aūt
ſi quēadmodum in hominibus q ſunt inferiores quan/
tum ad ſuam naturam & angelis:& ſedibus:& dn̄ationi/
bus:& principatibus:& poteſtatibus ſimile fecit regnum
coeloꝝ homini regi:ſic in ſedibus:ſimile eſt regnum coe/
loꝝ ſedi regis:dominationibus autē dominationi regis:
principatibus aūt principi regis:poteſtatibus/poteſtati re/
gis.Dicet enim aliquis.Quæ diſcretionis eſt ratio:ut ho/
minibus qdem aſſimiletur regnum coeloꝝ homini regi:
ſuperioribus autem non ſimiliter fiat?Iſte igitur qui aſſi/
milatus eſt homini regi/faciens nuptias filio:miſit ſeruos
ſuos uocare inuitatos ad nuptias.Et conſidera ſi quēad/
modum in corporalibus alia eſt quæ nubet ſponſa : alii
autem inuitatores:alii autē qui inuitantur ad nuptias:ſic
& in rebus myſterialibus:qdam qdem ſunt qui accipiun
tur in conſtitutione ſponſæ:alii aūt in ordine tranſmiſſo/
rum ſeruoꝝ inuitatos uocare:tertii aūt præter iſtos q uo/
cantur ad nuptias:Deus autem ſcit diuerſos ordines iſtos
animarum earūq; uirtutes & cauſas ob quas : hi qdem in
conſtitutionem ſponſæ accipiuntur:alii aūt in ordine ſer
uoꝝ miniſtrantium uocationi huiuſmodi:& alii in nu/
mero inuitatoꝝ ad nuptias.In ſpiritalibus autem nuptiis
cōmunicationem/ſponſi ad ſponſam:id eſt chriſti ad ani
mam:uerbi ſuſceptionem intellige . Partus autem/opera
bona aīæ nuptæ quæ nō corrumpitur a uerbo ſpōſi:ſed
quotidie per cōmunicationem eius/incorruptibilitatem
conſequitur:& generat qualia decet ex talibus nuptiis ra/
tionabilia generamina.Et in talibus nuptiis ītellige pran/
dium quod paratur eſſe eloquium dei/ut fortia quæq; elo/
quioꝝ dei/tauri intelligantur:ſuauia autē/& delectabilia
eoꝝ ſint ſaginata.Varietatem aūt diuerſam omnium elo/
quioꝝ dei diuerſitatem intellige.Quod ait omnia præpa
rata:rex enim in abundātia regali digna regno & diuitiis
ſuis exiſtens:prandia facit.Puto aūt ingenuarum aliqua/
rum animaꝝ & iſraeliticarum primam hanc fuiſſe uoca/
tionem ad nuptias . Principaliter enim uult deus uenire
ad epulationem iſtam beatam eos q ad intelligēdum ſint
ingenioſiores . Et eſt uidere plerūq; : q̃m qui huiuſmodi
ſunt/nolunt ad iſtam uocationem uenire:& ideo trāſmit
tuntur alii ſerui prouocantes eos q uenire nolebant:&ꝓ/
mittentes ſi uenerint inuitati/percipient a rege prandium
præparatum:carnes tauroꝝ quæ inter munda omnibus
mundis/mundiora habentur:manducabunt etiam ſagi/
nata:id eſt ad unamquāq; propoſitionem/exēpla multa
rationis ꝓbatione repleta & bene diuiſa:quæ moraliter i/
telligun tur occiſa:quæ in unaquaq; ꝓpoſitione afferunt
multam oſtenſionem:utputa argumēti gratia dico. Siqs
aduerſus aliquam ꝓpoſitionem proferat quædam dicta
modica & infirma:& non magnam uirtutem rationis ha
bentia:nonne uidentur tibi tenuia eſſe & exilia / & macra
quæ proferuntur : & ut ita dicam ſicca & ſine carnibus
uerba?Sed non ſunt talia quæ præparata ſunt in conui/
uio regis:in quo dicit:tauri mei:& ſaginata occiſa:& om/
nia parata.Vtputa (manifeſtādi intellectus gratia dicam)
loqtur aliquis apoſtoloꝝ de caſtitate ſermonem:ſermo il
le recte itelligitur turtur.Sed eum ipſum caſtitatis ſermo/
nem/cum multa rationis ꝓbatione de ſcripturis repletum
protulerit:ita ut delectet animum audientis pariter & cō/
firmet:ꝓtulit eum ſaginatum.Si de charitate locutus fue
rit/ꝓtulit columbam.Et ſic in omnibus eloquiis dei in/
tellige qd eſt exile & qd ſaginatum.Sed qui principaliter
quidem fuerant inuitati primos inuitatores quaſi paupe
res ſenſu neglexerunt:& egenos ſermone/& abierunt ſua
ſequentes:& magis ſunt delectati in illis q̃ in his quæ per
ſeruos ſuos rex promittebat : & unus qdem eoꝝ habens
proprium quēdam agrum nō uenit ad nuptias:alius aūt

negociationem exequẽs: imitati quodámodo uolens illum negociatorem margaritaꝝ: & quærentem margaritas bonas: q cum inueniſſet precioſiſſimam margaritam: uendidit omnes/ut emeret unam. Sed nõ bona negociatio iſta ad quam uadens qui fuerat inuitatus nõ percepit prandium/quod a rege fuerat præparatum. Qui ergo ex intelligentibus inuitatis: non ueniunt qdem: non autem & ſeruos ad uocandum tranſmiſſos iniuriant: nec interficiunt leniores ſunt illis qui auſi ſunt talia: & requieſcunt qdam quidem in agro ꝓprio: alii autem in ſua negociatione. Reliqui autem extra eos. Videamus qui ſunt. Puto ꝙ hi ſunt qui ceciderunt in præparatione cõtentioſorum & aſtutoꝝ uerborum in qbus tenuerunt: aut uiſi ſunt tenuiſſe ſeruos tranſmiſſos: q non ſuerũt præparati ad ſoluendas eoꝝ quæſtiones uerſutas: & contumeliis affecerunt miniſtros uocationis. Et eſt uidere quotidie quomõ inuitatores dei ſimplices: & non ualde aſtuti ſm carnem: cum diuina ſapientia ſua uolunt illos tales docere: ſed iniurias patiuntur ab eis: qui intelligunt qdem/non autem uolunt credere ueritati. Alii autem & interficiuntur ab eis: qbus rex iratus dicitur: qm̃ præuenit ſuper eos ira uſq; in finem. Et iratus rex miſit exercitum ſuum ſiue multitudinem cœleſtis militiæ: ſiue eos angelos qui poſiti ſunt ſup pœnas: & interficiunt interfectores miniſtroꝝ uerbi: & omnem ciuitatem eoꝝ ſuccendunt. Puto ciuitas impioꝝ eſt: ſm unũquodq; dogma/congregatio eoꝝ qui conueniunt in ſapientia principum huius ſæculi. Hanc ſuccendit rex/& exterminat: quaſi ex malis ædificationibus conſiſtentem. Et ſi quãdo uideris exterminationem/ſiue alicuius falſi nominis ſcientiæ: ſiue quorũlibet uerboꝝ profitẽtium ueritatem deſtructionem ualidam: non pigeat te dicere hoc factum eſſe a militibus dei: q ſuccendere ſolent ciuitates inimicoꝝ ueritatis dei. Succenſa eſt ergo & ciuitas doctrinæ iudaicæ poſt chriſti aduẽtum: qua ſuccenſa dixit rex ſeruis ſuis: ideſt apoſtolis: aut angelis dei: q præpoſiti erant ſuper uocationem gẽtium/dicẽs. Nuptiæ quidem paratæ ſunt: inuitati autem nõ ſuerũt digni. Ite ergo ad exitus uiarum: & quantoſcũq; i ueneritis/uocate ad nuptias. Et eſt uidere ex omni uia imperitorum dogmatum/quæ fuerũt ſm gentium mores/& ciuitatum et uillarum: uocatos ad nuptias. Et egredientes ſerui/ſiue de iudæa & Hieruſalem apoſtoli Chriſti: ſiue ab interioribus finibus in qbus ſuerant angeli ſancti: & uenientes ad uias diuerſas diuerſorum morum/congregauerũt & congregabũt quoſcũq; inuenerint: malos qdem/ut dependẽtes malitiam (quod eſt extraneum a nuptiis ueſtimentum) & induentes ſe opera bona/quæ ſunt nuptialia ueſtimẽta: impleant cõuiuium nuptiale recumbẽtes/& requieſcẽtes in fide. Cum autem impletæ fuerint nuptiæ ex requieſcẽtibus in fide & cultura dei: tũc ingredietur rex ad uidẽdum & iudicandum de diſcumbẽtium qualitate: ut eum qdem qui ueſtem nõ habuerit nuptialem arguens damnet: reliquis aũt prãdium præparatum apponat. Vidit aũt unum nõ habentem nuptialem ueſtem: id eſt qa unius ſunt generis omnes qui ſeruant malitiam poſt fidem quam habuerãt ante fidem/& non deponũt eam: arguit eos quaſi qui male fecerint: eo ꝙ auſi ſunt in huiuſmodi nuptias introire/nõ recipientes digna nuptiis indumẽta: ideſt texturam uirtutum claram ueſtem: de qua etiam Salomon in eccleſiaſte præcipit dicẽs: in omni tempore ſint ueſtimenta tua candida. Obmutuit aũt q auſus fuerat in huiuſmodi nuptias introire ſine ueſtimẽto decenti: & ſic condemnatur ab eo qui dixit miniſtris ſuis: uidelicet præter exercitum illum qui erat deſurſum: ut alligãtes eum manus/& pedes qbus nõ ſicut debuerat uſus eſt (Nec enim ad bonum cucurrerat aliquando: nec aliquos bonos impleuerat actus) eiiciant eum: nõ ſolũm de cõuiuio nuptiali/ſed etiam in tenebras exteriores: & omni lumine alienas mittunt: ut ſitientes lumen cum fuerit in tenebris exterioribus ploret ad eum qui potens eſt et miſereri/& eripere inde: & dentibus ſtrideat: qui qm̃ acerba manducauerant: malitia ſtupidi erant effecti. Vua enim acerba intelligitur malitia eius qui nõ obliuiſcitur poſteriora: nec appetit priora: ſed permanet in idipſum: cum deberet ad maturitatem proficere dulcem: & offerre uirtutis alicuius mãducabilem botrionem. Et addit. Multi uocati: pauci uero electi. Et ſiquis cõſiderat multitudinem hoĩum quæ in eccleſiis cõgregãtur: & diſcuſſerit quãti ſunt q cõuerſant diſciplinate: & reformãtur nouitate ſenſus ſui: quãti aũt negligentiſſime cõuerſantes configurantur ſæculo huic: uidebit qa uerus eſt ſermo dñi dicens. Multi uocati: pauci autem electi.

℃ Secundum Matthæum. Cap. xxii.

In illo tempore: Abierunt phariſæi: & cõſilium acceperunt ut eum caperẽt in ſermone: & mittunt diſcipulos ſuos cum herodianis/dicẽtes. Magiſter ſcimus quia uerax es: & uiam dei in ueritate doces: & non eſt tibi cura de aliquo: nec enim reſpicis in perſonas hominum &c.

℃ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione. Numero. XXI.

Voluntas loci præſentis ſm textum/talis mihi uidetur. Iudæi propriam habentes conuerſationẽ ex lege: extraneum ab omni cõuerſatione gentium: et habẽtes præceptum quod ait uſq; ad mortem certa pro ueritate: & dñs pugnabit pro te: ideo cõtradicebant gẽtibus dominantibus ſibi: ut nõ tranſgrederentur legem dei. Et frequenter radicitus ire periclitati ſunt ſub Romanis uolentibus ſtatuam Cæſaris introducere in templum dei: reſiſtentes & prohibẽtes fortiores ſup ſe factos ꝓpter peccata. Inuenimus aũt in hyſtoria iudaica/ꝙ in tempore Tyberii cæſaris ſub pontio Pilato periclitatus eſt populus: Pilato qdem cogente ut ſuſciperent ſtatuam Cæſaris in templo: Iudæis autem & ſupra uires ſuas reſiſtentibus: ſimiliter autem ſcriptum eſt factum: & in tempore Caii cæſaris. Aeſtimamus ergo qm̃ quãdiu qdem ſpeculabatur populum illum deus circũdatus fuerat ſæpe dominicæ tuitionis: quaſi uinea dñi ſabaoth. Nihil huiuſmodi cõtingebat eis. In primis aũt ipſe Pilatus cui tradiderant chriſtum: auſus eſt populum inquinare: quod grauius erat captiuitatibus uniuerſis. Quoniam omnis captiuitas quam frequẽter ſunt paſſi/corporis erat uexatio. Introductio aũt ſtatuæ in templum/animaꝝ erat interitus. Et in tẽpore ergo chriſti: quando tributum iuſſi ſunt dare Romanis: cogitatio & conſilium erat apud Iudæos: utrum deberent q dei populus erant/& portio eius: tributum dare principibus: aut potius pro libertate bella ſuſcipere: niſi permitterentur uiuere ſicut ipſis placebat. Et refert hyſtoria/ꝙ Iudas qdam

galileus:

galileus cuius memor eſt & Lucas in actibus apoſtoloꝝ/auellens multam multitudinem iudæorum:docebat nō oportere Cæſari dare tributum: neqꝫ dn̄m: neqꝫ Cæſarem appellare. Qui autem erat i tēpore illo tetrarcha:ſuadere pouplo feſtinabat:ut ſtatui præſenti conſulerent: & non uoluntarie contra fortiores ſuſciperent bellum: ſed acquieſcerent dare tributum. Et ſermo quidem euangelii præſentis:non qdem manifeſte:tñ hæc ipſa oſtendit. Qui autem diligenter conſiderat uerborum præſentium ſenſum:inueniet hoc:& in loco præſenti. Nec enim haberent occaſionem phariſæi:uolentes Chriſtum capere in ſermone:mittentes diſcipulos ſuos cum herodianis:ut eum interrogarent utrum liceret Cæſari dare tributum: an nō:ſi manifeſtum apud eos fuiſſet: quoniam non oportet dare:& ſi conſonantia uoluntatem apud eos fuiſſet ut non darent tributum. Et uide niſi manifeſtatur hiſtoria illa ex eo ꝙ uolentes Chriſtum capere in ſermone: non ſolum miſerunt diſcipulos ſuos interrogātes de cenſu: ſed cum Herodianis. Forſitan enim in populo tunc qui quidem dicebāt oportere dare tributum Cæſari uocabantur Herodiani ab his qui hoc facere recuſabāt. Qui autem proſpectu libertatis dare tributum uetabant: Videbantur eſſe phariſæi:ſubtilitatem Iudaicarum diſciplinarum cautius obſeruantes: ut ſi quidem Chriſtus reſponderet nō oportere Cæſari dare tributum traderent eum Romanis quaſi receſſionis auctorem. Si autem iuberet dari:phariſæi accuſarent eum quaſi perſonas hominum aſpicientem:magis ꝗ docētem uiam dei in ueritate. Conſidera autem:& uide quoniam phariſæoꝝ diſcipuli dicentes. Magiſter ſcimus quia uerax es:& uiam dei in ueritate doces:& non eſt tibi cura de aliquo:nec enim aſpicis perſonas hoīum:prouocabant eum per huiuſmodi laudem ut non acciperet Herodianorum perſonas qui partes Cæſaris defendebant: aut reſpondens ſm̄ uoluntatem phariſæoꝝ quia non licet Cæſari dare tributum traderetur Herodianis. Vnde & dominus uidens nequitiam eorum ita dixit. Quid me tēptatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cēſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imagō hæc:& ſupraſcriptio? Dicunt ei. Cæſaris. Tūc ait illis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris. Cæſari:& quæ dei ſunt/deo. Ex hoc diſcimus ſaluatoris exēplo:ut nō his quæ a multis dicuntur:et propterea glorioſa uidentur:occaſione pietatis attendamus:ſed quæ conuenienter ſm̄ ordinem rationis dicuntur. Nam cum quæreretur ab eo utrum licet Cæſari dare tributum:an non? nō ſimpliciter dedit reſpōſum ſm̄ qđ uidebatur eis:ſed dixit. Oſtēdite mihi numiſma cēſus. Et interrogauit. Cuius eſt inſcriptio. Et dicentibus eis:ꝙ Cæſaris:reſpondit:ꝙ oportet reddere Cæſari/quæ Cæſaris ſunt:& nō eum oportet fraudare a propriis eius pietatis occaſione. Nec enim ex eo ꝙ reddit quis Cæſari/quæ Cætſais ſunt:impenditur reddere deo quæ dei ſunt. Poſt aliquis moraliter intelligere locum iſtum hoc modo. Omnes conſiſtimus ex anima & corpore:differamus nunc dicere qm̄ et ex ſpiritu:& debemus quædam dare quaſi tributum corporum principi qui dicitur Cæſar:id eſt neceſſaria corpori & habentia imaginem principis corporum corporalem:hoc eſt eſcas:& ueſtimenta:& ſomnum: & quæcūqꝫ neceſſaria ſunt ad repauſationem ſimplicem naturę carnalis:ſine qbus cōſulere non poteſt carnis natura. Item quoniam anima quātum ad naturam ſuam ſm̄ imaginem eſt dei regis ſui:quæcūqꝫ ſunt conuenientia animaꝝ naturæ:id eſt uiæ omnes quæ ducūt ad uirtutem:debemus ea deo offerre. Quid ergo ſupra modum docent legem dei:& de rebus corporalibus/& debitis corpori nihil curare præcipiunt:ipſi ſunt phariſæi qui reddere tributum Cæſari uetabant:id eſt qui tota uirtute ſuadēt omnino ieiuniis & uigiliis debere affligere corpus & abſtinere ab omnibus quæ ſunt corporalia:& neceſſaria corpori:ut nihil ex nobis corporis principi tribuatur: quales ſunt de quibus ait Apoſtolus. Nouiſſimis tēporibus recedent quidam a fide attendentes ſpiritibus erroris & doctrinæ dæmonioꝝ in hypocriſi loquentium mendacium:cauteriatam habentium conſcientiam ſuam prohibētium nubere:et iubētium abſtinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Alii autem ſunt qui ſupra modum æſtimāt oportere corporibus indulgere: & per omnia ſatiſfacere principi corporum:& ipſi ſunt ſm̄ ſimilitudinem Herodianorum dicētium:oportere Cæſari dare tributum. Saluator aūt noſter uerbum dei dilucide ſeparans rationabilia corporis debita a debitis ſpiritalib' aīæ dixit. Reddite cæſari/quæ Cæſaris ſunt:& quæ dei ſunt/deo. Imaginem enim Cæſaris habet omnis res corporalis:& imaginem dei habet oīs uirtus. Si ergo ſic reddimus principi carnis quæ carnalia ſunt ut non fraudemus deum a ſpiritalibus eius uirtutibus:tunc reddimus principi corpoꝝ quæ corporis ſunt:ideſt ea ſola quæ neceſſaria habet carnis natura:& nihil amplius quod pertineat ad rationem uirtutum. Et ſi ſic uirtutibus ſeruiamus ut nō grauetur carnis natura a neceſſariis ſuis:tunc reddimus deo quæ dei ſunt: ut nec uirtus minoreť dum ſupra modum carni ſeruimus: nec carnis natura grauetur:dum abūdantius uirtutibus adhæremus. Scio & hui' loci aliam traditionem: qm̄ princeps mundi moraliter dicitur:ſicut & omnium gētium principes:in perſona principum mūdi ponūtur. Rex aūt omnium ſæculorum deus:nō in uno myſterio ſed ubiqꝫ eſt deus. Quoniam ergo habemus quædam in nobis quæ ſunt principis huius mundi (id eſt diuerſas malitias)& nō poſſumus prius reddere deo quæ dei ſunt:niſi reddiderimus principi quæ principis ſunt:ideſt niſi depoſuerimus malitiam uniuerſam:ideo dominus oſtēſo ſibi nuiſmate/& imagine eius reſpondit. Reddite Cæſari/quæ Cæſaris ſunt:& deo/quæ dei ſunt. Et hoc diſcamus ex loco præſenti:quoniam ſi quādo tēptati fuerimus ab eis q uolunt occaſionem:& proponunt nobis quaſdam propoſitiones non ut diſcant:ſed ut cauſam accuſationis inueniant contra nos:nec omnino tacere debemus:nec ſimpliciter reſpōdere:ſed cum cogitatu & circūſpectu:ut quātum poſſibile nobis fuerit ꝑdamus occaſionem quærētium in nobis occaſionem:& doceamus irrepræhenſibiliter ea quæ poſſunt ſaluare uolentes ſaluari.

℄ Secundum Matthæum. Cap.xxii.

In illo tempore. Acceſſerunt ad Ieſum Saduczæi qui dicunt nō eſſe reſurrectionem:& interrogauerunt eum dicentes. Magiſter Moyſes dixit:Si quis mortuus fuerit:& cætera.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione. Quæ eſt.XXII.

IN qua die: in illa die ſine dubio quādo inuenientes phariſæi conſilium acceperūt aduerſus eum ut caperent eum in ſermone: & interrogauerunt eum de cenſu. Forſitan enim reſpondente dño: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt dei deo. Et admirantibus cunctis de reſponſo ipſius: æſtimauerunt phariſæi uidentes ſenſata eius reſponſa per interrogationem huiuſmodi: uoluerunt ſe oſtendere prudentiores habere ſermones dicentes reſurrectionem nō eē. Saducæi tñ ꝗ dicūt reſurrectionem non eſſe: non ſolum hanc quæ in conſuetudine a ſimplicioribus carnis reſurrectio nominat̃ negabant: ſed etiam animæ imortalitatem tollebant. Secundum quos etiam nunc ſapiunt Samarei. Necnon etiam apoſtoloꝝ tēpore quidam ex corinthiis ſimilia ſapiebāt: animæ uitam poſt mortem negantes. De quibus talia ſcribit Apoſtolus. Si Chriſtus prædicat̃ ꝙ a mortuis reſurrexit quomodo quidam dicunt in uobis: quia reſurrectio mortuoꝝ nō eſt: & cætera quæ de ipſa cauſa ſequuntur. Quod autem Corinthii permanſionem animæ denegabant ſm ſententiam Saducæoꝝ: illud oſtendit quod ait Apoſtolus: Si in hac uita tantum ſperātes ſumus in Chriſto: miſerabiliores ſum⁹ omnibus hoībus. Quamuis enim quis carnis reſurrectionem nō credat: tñ qui animam extimat imortalem: nō tantum in hac uita ſperat in Chriſto. Sed ille ī hac uita tātum ſperat in Chriſto: qui animam uicturam non credit poſt mortem. Quoniam ergo ad defenſionem ſui erroris proferunt Saducæi exemplum de lege Moſayca: dignum mihi uiſum eſt ponere ipſum textum legis quem proferunt Saducæi: habentem hoc modo in Deuteronomio. Si habitauerint fratres in idipm: & mortuus fuerit unus ex eis: ſemen aūt non fuerit ei: non erit uxor mortui fratris uiro nō appropinquanti. Frater uiri eius igredietur ad eam: & accipiet eam ſibi in uxorem ut habitet cum ea & erit infans quicūq; fuerit natus conſtituetur ex nomine fratris eius mortui: & non delebitur nomen eius ex Iſrael. Si autem noluerit homo accipere uxorem fratris ſui: aſcendet uxor fratris eius ad portam ad ſeniores: et dicet. Non uult frater uiri mei ſuſcitare fratris ſui nomen in Iſrael. Et uocabunt eum ſeniores ciuitatis illius: & dicent ei. Et ſi ſtans dixerit Nolo eam accipere: accedens uxor fratris eius ad eum añ conſpectum ſeniorum excalciabit calciamētum eius de pede ipſius: & expuet in faciem eius: & reſpondens dicet. Sic facient homini: qui non ædificat domū fratris ſui: & uocabūt nomen eius in Iſrael: Domus excalciati calciamentum. Hæc uerba legentes Saducæi: & nihil dignum deo intelligentes in eis: arbitrati ſunt non poſſe fieri ꝓpter hæc uerba: ut mortui reſurgant: ut uir iterum ſit uirilia habens mēbra: aut mulier ut mulier ſit: muliebria habēs membra. Et dominus quidem reſpōdens eis. Voluntatem uerboꝝ legis non expoſuit quaſi indignus huiuſmodi agnitione myſterii: ſed tātum ſimpliciter eis dixit reſurrectionem futuram: conteſtantibus hoc etiam ſcripturis diuinis. quoniam illic nuptiæ non ſunt ſed erunt qui reſurrexerit ſicut angeli in cœlo. & quia transformabūtur corpora humilitatis eorum ſm corpora angeloꝝ cæleſtia: atq; luminea. Non aūt æſtimaui ſuperfluum ex quo ſemel ipſa uerba protulimus legis ut ſenſum eorum aliquatenus explanemus. Quæro ergo quæ ſit hæc mulier una: & duo fratres: quorum primus quidem habuit uxorem: & fructum nō reliquit ex ea alter aūt mortui frater: qui accepit eam: et generauit ex nomine mortui. Et quis eſt ille qui nō uult accipe uxorem fratris ſui: & ꝓpterea coram ſenioribus excalciat eum mulier calciamētum unum: & expuit in faciem eius aſcendēs ad portam dicēs: nō uult frater uiri mei ſuſcitare nomē fratris ſui in Iſrael: & qui ſunt ſeniores: & quæ porta ad quam aſcēdit mulier illa. Duo igitur fratres ſunt: primus qdem ſermo legis. ſecundus antē euangelii ſermo. Hos ambos una peperit ſapiētia mater: & una eos ſemper habuit domus: id eſt eadem ſcriptura ueteris teſtamenti & in idipſum habitauerunt ſemp. In aduentu autem Chriſti mortuus ē frater prior id eſt ſermo legis ex eo ꝙ euacuat⁹ ꝑ nouum teſtamētum irritus factus eſt. Mulier aūt ſermonis illius ē omnis anima: uel ſynagoga quæ prius fuit ſub lege. Qualis fuit anima Pauli: uel Petri: cæterorūq; ex populo illo. Omnis aūt aīa recta quæ fuit amatrix ſermonis illius & uult memoriam illius & nomen apud ſe ſemper ſeruare: ut nunꝗ̃ deſinat dici uxor illius. efficitur uxor fratris alterius: non peregrini: & extranei uerbi quod nō appropinquat. Peregrinum aūt extraneum ē omne uerbum gentile: quod longe eſt a genere legis dei: ſed accepit ſibi uirum. euangelicum ſermonem: fratrem uiri ſui defuncti atq; ꝓpinquum ſm genus diuinum ut faciat natos ex eo: ex priore ſmone nullum potuit facere natum quia ex operibus legis nemo iuſtificatur. Nati aūt mulieris de uiro ſecundo opera eius ſunt ſancta: & ipſa eſt mulier ſeruans legis mandatum. Et omnis puto anima in primordiis ſuis prius accepit uerbum ſm ſimplicem hiſtoriam legis: qui ſine dubio morietur: cum cœperit anima illa ad maiora ꝓficere. Sic mortuo ſimplici uerbo: ſpecialiori iūgitur uerbo q ē ſm myſteria altiora in ſcripturis. Anima āt quæ nō ſeruat legis mādatum quæ prius fuit ſub lege: poſt mortem legis fit uxor uiro nō appropiquāti quando ſuſcepit uerbum quod non appropinquat oīno legi priori: nec ē ſm ſenſum eius: ſed omnino habetur extraneum. Et tales ſunt omnes animæ hæreticoꝝ quibus ſermo quidem legis antiquæ mortuus eſt: noluerunt autem uerbo nubere ſpirituali quod ſemper habitauerat in idipm cum lege antiqua ſub una eadēq; domo eiuſdem ſcripturæ: ſed nupſerunt alicui extraneo uerbo: & alieno tam a nouo ꝗ̃ a ueteri teſtamento: & nunꝗ̃ eis appropinquāti. Cum aūt anima recta mortua ſibi ſicut diximus lege: acceperit ſuper ſe euāgelicum uerbum: fratrem defunctæ legis: tunc frater mortui: hoc eſt uerbum nouæ legis intrat ad animam illam: & fit intus in ea: & accipit illam ſibi uxorem: & cohabitat animæ illi in omni beatitudine eius: & ex ea fructificat: & infans quicunq; natus fuerit ei (id eſt opus quodcūq; factum fuerit ei) bonum efficitur ex nomine fratris mortui. Et quāuis non ſit ex lege natum: tamen baiulat nomen legis prioris: & dicitur opus illud generatum ex lege: & nomen legis dei nominat̃ in opere illo bono: quoniam & illa lex dei lex uocabat̃. & non deletur nomen legis illius ab omni opere animæ ſanctæ. licet ſit ipſa euacuata. Sequit̃ aūt quod ait. Si autem noluerit homo accipere uxorem fratris ſui: aſcēdet uxor fratris eius ad portam ad ſeniores & dicet quæ ſcripta ſunt dici. Et primum uide. Quandiu

quidem

quidem & mulier faciebat quod præceptum ei fuerat ex
lege:& uir intrans ad eam habitabat cum ea:& generabat
ex ea:non dicebatur homo: ſed frater defuncti. Quando
aũt non uult accipere uxorem fratris ſui:nec uult ſuſcita/
re fratris ſui nomen in Iſrael:& uocatus a ſenioribus ciui/
tatis dixerit:nolo eam accipere:tunc iam non dicitur fra/
ter:ſed homo. Vtputa q̃diu quidem facit legis mãdatum:
dicit ad eum ſcriptura. Ego dixi dii eſtis:& filii excelſi om
nes. Si autem prætererit dicitur ei. Vos autem ſicut ho/
mines moriemini. Propinquus autem qui nõ uult acci/
pere fratris ſui uxorem habetur omnis hæreſiacus ſermo.
Quoniam poſt mortem legis:facta eſt altera quædam tra
ditio legis erraticæ:& non ſpiritalis:neq; uera quæ q̃uis ſit
peruerſa tamẽ generationem habet ex lege:q̃m ex occaſio/
nibus eorum quæ dicuntur in lege ſumit originem: &
ideo dicitur homo:ꝓpinquus nolens ſuſcitare nomẽ fra
tris ſui:& honorare nomen legis. Hoc aũt uerbum cum
ſit prauum non uult accipere uxorem fratris ſui (ideſt ani
mã rectam) ad fructificandum & reparãdum nomen le/
gis. Propter quod mulier illa non deorſum ſtat quæ pa/
rata fuit honorare uirum ſuum priorem:ſed aſcendit ad
portam:de qua ſcriptum eſt. Hæc porta domini:iuſti in/
trabũt in eam:& ad ſeniores ciuitatis illius id eſt ad præ/
ſbyteros eccleſiæ dei: & conuincet mulier uerbum illud
prauum dicens:ꝙ nõ uult frater uiri mei ſuſcitare nomen
fratris ſui in Iſrael. Qui enim contraria docet legi:nõ uult
ſuſcitare ſemen legis. Ita ſeniores ciuitatis illius iterrogãt
uirum illum talem ſi uere non uult. Quando enim ſacer/
dotes diſcutiunt uerba dogmatis alicuius quaſi interro/
gant illud. Et cum inuenerint eum quia legi contraria ꝓ/
fitetur. uidetur dogma illud ſenioribus dare reſponſum
& dicere quia nolo accipere eam quæ fuit legis. Cum er/
go ille reſponderit nolle ſe:accedit ad eum anima ſancta:
& ſub præſentia ſeniorum excalciat eum calciamentum
eius unum & ignominiat eum. Et uide in his ex eo quod
alibi ſcriptum eſt. Solue calciamenta pedum tuorum ad
Moyſen. Et iterum in euangelio dicit: Cuius nõ ſum di/
gnus ego ſoluere calciamenta pedum eius:ne forte non
ſit hoc ipſum ſoluere calciamentum:& excalciare: Nec eni
excalciare iubetur Moyſes:nec Ioannes de Saluatore lo/
quens excalciare dixit:ſed ſoluere. Iſte autem q contra le/
gem agit excalciat̃. Omne enim dogma quoniam ex oc/
caſione ueritatis ſcripturaꝝ naſcitur. pleriq; in aliqua q/
dem parte uerum dicit:in alia autem falſum. In qua ergo
parte falſum dicit in ea parte arguitur:& cõuictum ab ani
ma ſancta excalciatur a colore ueriſimilis erroris ſui quod
fuerat calciatum. Et ideo omnis hæreſiacus ſermo nec ad
plenum excalciatus eſt:nec ad plenum calciamẽtis orna/
tus. Propter quod expuit in faciem eius coram ſeniorib⁹
mulier illa abrenuntians eum. Expuere enim uidetur in fa
ciem dogmatis erratici:omnis anima in eo quod abrenũ
tiat ipſum:& abdicat. Et uere niſi abrenuntiauerit anima
omne dogma peruerſum nõ poteſt firmiter uerbo nube
re ueritatis. Et reſpondens dicet. Sic facient homini:qui
non ædificat domum fratris ſui. Omnis ergo qui uidet
hunc hominem excalciari a muliere & expuiset audire di/
centem: ſic facient omni homini qui non ædificat do/
mum fratris ſui: omnia ad ædificationẽ fratris facere de/
bet. Si autem non ædificauerit domum fratris ſui legis:

excalciabitur ſimiliter unum calciamentum: & expuetur.
& nomen eius uocabitur in Iſrael ab omnibus uidentib⁹
eum. domus excalciati calciamentum. Quoniam autem
animæ uir prior fuit ſermo Moſaycæ legis. ſecundus aũt
euangelicus ſermo:cui nubit omnis anima recta mortua
lege illud eſt documẽtum quod Apoſtolus dicit hoc mo
do: An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor)
quoniam lex dominatur homini. in quãtum tẽporis ui/
uit? Si autem mortuus fuerit uir ſoluta eſt a lege uiri. Igit̃
uiuente uiro adultera eſt: ſi facta fuerit alteri uiro. Si aũt
mortuus fuerit uir:liberata eſt a lege uiri ita ut nõ ſit adul
tera ſi fuerit cum altero uiro. Hæc in exceſſu diximus ad
manifeſtãdum legem Moyſi:cuius memoriam facientes
Saducæi: Chriſtum interrogabãt dicentes. Moyſes dixit:
& cætera. putantes omnia ſic futura eſſe illic: quomodo
ſunt in ſæculo iſto uiri & uxores:patres & filii:fratres &
ſorores. Debuerant enim conſiderare tunc Saducæi ea
quæ ſequebantur opinionem eoꝝ: quoniam ſi ſunt ibi
nuptiæ:& partus. Si part⁹/ & mortes & infirmitates. Si na
tiuitas/ & pueritia/ & aſcenſiones a pueritia ad maturita/
tem uirilem:& minorationes ſenectutis. Si aũt hæc om/
nia:erit & malitia:& uix alicubi uirtus inuenietur in raris
hominibus quærentibus eam. Et his quid poteſt eſſe:am/
plius uanum? Et melius eſt ut nec ſit reſurrectio:q̃ ut ſit ta
lis qualem æſtimant Saducæi. Si autem eſt ibi:aut pater/
aut frater:aut aliquid eiuſmodi:nõ tamen eſt ſm natiuita
tem carnalem:neq; ꝑ mulierem / neq; per turpes corporis
partes. Ego autem æſtimo non tãtum ibi patres & filios
eſſe ſm impaſſibilem ſpiritum: ſed etiam uxorem & ui/
rum i ſpiritus unitate:ſm parabolam illam quæ dicit. Si/
mile eſt regnum cœloꝝ homini regi qui fecit nuptias fi/
lio ſuo:& cætera. Ego filius regis in reſurrectione mor/
tuorum faciet nuptias extra omnes nuptias quas oculus
uidet: & auris audit:& ſuper cor hominis aſcendit: &
erũt illæ nuptiæ caſtæ:& diuinæ:& ſpiritales i uerbis my/
ſterialibus conſtitutæ: quæ non licet hominibus loqui.
Et quæres ſi in reſurrectione poſſunt eſſe:& alioꝝ nuptiæ
ſm nuptias Chriſti: aut potius ſolus Chriſtus ſpõſus:de/
ſtruens nuptias omnes. faciet nuptias ut ſint duo in car/
ne una. magis autem non ſolum duo in carne una: ſed
duo ſpiritus unus:id eſt ſponſus & ſponſa. Sed uide ne
tu audiens hæc aberres audiẽs fabulas aliquoꝝ dicẽtium
eſſe ſæcula maſculina:& fœminina qui finxerunt & con/
iunctiones ſæculorum illoꝝ:quæ non ſunt:neq; ſit eoꝝ
memoria in ſcripturis. Nunc uideamus Chriſti reſponſa
quibus ait. Erratis neſcientes ſcripturas:neq; uirtutem dei.
In reſurrectione neq; nubunt: neq; uxores accipiunt:ſed
ſunt ſicut angeli in cœlo. Queritur hic Saluator qui dicit
ad Saducæos: Erratis neſcientes ſcripturas:neq; uirtutem
dei. Indicat enim quoniam in quibuſdam ſcripturis poſi
tum eſt:ut in reſurrectione nuptiæ non ſint hominibus
uidelicet factis in ſimilitudine angelorum. Quæ ergo ſcri/
pta eſt docens quoniam in reſurrectione neq; nubũt:neq;
uxores accipiunt: Et in qua ſcriptura uel legis uel prophe/
tarum diſcimus:quoniam erũt qui reſurrexerint ſicut an/
geli in cœlo? Manifeſte enim in ueteri teſtamẽto:hoc non
legitur ſcriptum. Et quærat qui uult ſi potuerit inuenire.
Nos autem dicimus quia ſcriptum eſt. Non autem in ip/
ſis ſermonibus manifeſte iſta dicentibus: ſed in myſterio

indicantibus ſm intellectum moralem. Nam cum ſit lex
umbra futuroꝝ bonorum: & dicens quædam de uiris/&
uxoribus: & exponens nuptias non principaliter de ipſis
nuptiis intelligitur quas non ſimpliciter ſm carnem nu/
ptias æſtimamus: ſed de talibus nuptiis quales nos ſupra
de Chriſto: & eccleſia expoſuimus in ſæculo in illo fore:
Vtputa Abraham duos filios habuit: unum ex ãcilla: alte/
rum ex libera: & q ex ancilla ſm carnem natus eſt: qui aũt
de libera ſm promiſſionem. nõ omnino oportet me ſtare
in intellectu carnalium nuptiaꝝ liberæ & ancillæ: ſed hæc
alia ſignificant ex aliis. Et iterum propter hoc relinquet ho
mo patrem & matrem: & iungetur uxori: & erunt duo in
carne una. Nõ ita debemus æſtimare quod dicitur quaſi
nullum myſterium demonſtretur in eis: quoniam myſte/
rium illud magnum eſt de chriſto & eccleſia. Et ſunt alia
mille loca de nuptiis ſcripta: & unuſquiſq; locus caſtum
& diuinum de nuptiis continet itellectum. ſm expoſitio/
nem moralem. Quicũq; ergo ſcripturas legit: & nuptias
uiroꝝ: atq; uxorum & nihil amplius æſtimat demõſtrari
in eis niſi ſimplices nuptias. errat in eis neſciẽs ſcripturas
neq; uirtutem dei: ſicut errabant Saducæi: nuptias legen/
tes in ſcripturis: & carnaliter eas intelligentes. Quæret ali/
quis: hoc quod dicit Saducæis: erratis neſcientes ſcriptu/
ras. utrum in hoc eos errare ſignificet quoniam ſcriptu/
ras alias extra libros Moſaycos nõ legebant: aut quia nec
ipſos libros Moſaycos legentes intelligebant. Et dicet ali/
quis. In hoc illos increpabat errare: quia nõ legebant cæ/
teras ſcripturas quæ ſunt extra legem: id eſt libros ſecre/
tos. & ideo errabant neſcientes ſcripturas. Alius autem di/
cit. Sufficit ad arguendum errorem Saducæoꝝ: ꝙ neſcie/
bant Moſaycæ legis ſcripturas: ex eo ꝙ diuinum ſenſum
earum non ſcrutabãtur. Duas tamen res dicit Saducæ/
os neſcire: unam quidem ſcripturas: alteram autem uirtu
tem dei per quam reſurrectio fit: & noua uita in ea. Poteſt
aliquis dicere: quoniam dominus arguẽs Saducæos ne/
ſcire uirtutem dei ſe eos non cognoſcere arguebat. Ipſe
enim erat uirtus dei: & ſapientia: & nõ cognoſcebãt eum
Saducæi quaſi neſcientes ſcripturas quæ loquũtur de eo.
Propterea nec reſurrectionem credebant quam facturus
fuerat ipſe ſanctoꝝ ſuorum. Qui autem non uult intelli/
gere dictum hoc: ut Saducæi ideo uideantur culpati: quia
ſcripturas de nuptiis quibuſq; poſitas mora liter nõ intel
ligebant: ſm ſpiritalem expoſitionem ſed ſimpliciter ſm
corporalem hyſtoriam neceſſe habebit unũ facere ex duo/
bus: aut non credere præſentibus uerbis: Chriſti. quaſi ma
le Chriſto dicẽte: qui dixit poſitum eẽ in ſcripturis: quod
poſitum non erat: aut refugere ad libros ſecretos in quib⁹
de uita illa beata manifeſtius uidetur eſſe conſcriptum: &
dicet ad illas ſcripturas referendum eſſe: quod hic domi/
nus dicit ad Saducæos. Erratis neſciẽtes ſcripturas. Et ui/
de niſi ex omni parte cadat quicũq; moralem ſcripturaꝝ
reſpuit intellectum. Propterea non aliter mihi uidet̃ ſolui
poſſe quod dicitur: Erratis neſcientes ſcripturas: neq; uir/
tutem dei: niſi ſcripturas quis moraliter audiens: aliam ex
aliis intellexerit demonſtrãtes in quibus aliquid de uiris:
& uxoribus loquuntur ſcripturæ: & quemadmodum er/
rãt qui propheticas ſcripturas non intelligẽtes moraliter:
putant poſt reſurectionem homines mãducaturos: & bi/
bituros eſcas carnales. & poſt: quoniam & ſcripturæ pro/
pheticæ talia continẽt quædam ſicut & de nuptiis uiroꝝ
& mulierum ſcripta: ſm textum intelligentes: putant nos
etiam poſt exitum futuros eſſe in uſu carnalium nuptiaꝝ:
ꝓpter quas nec uacare quis orationibus poteſt abſq; ma/
cula nec ĩ hoc mũdo. Item quæro: quod dicit Erratis ne/
ſcientes ſcripturas neq; uirtutem dei: utrum ad illud ſo/
lum pertinet quod dicit: in reſurrectione: neq; nubunt:
neq; uxores accipiunt: aut etiam ex eo ꝙ ait. Sed erũt ſicut
angeli in cœlo: nec inuenio alicubi ſcripturam dicentem:
ſanctos poſt exitum fore ſicut angelos dei: Niſi forte quis:
& hoc moraliter intelligat ſm illud quod dicitur. Tu aũt
ibis ad patres tuos cum pace nutritus in ſenecta bona. Itẽ
appoſitus eſt ad populum ſuum: aut appoſitus eſt ad ge/
nus ſuum. Reſtat ut dicamus de eo quod ait. Non legiſtis
de reſurrectione quod dictum eſt uobis a deo: Ego ſum
deus Abraham: & deus Iſaac: & deus Iacob: non ẽ deus
mortuoꝝ: ſed deus uiuentium. Et hic dicimus quoniam
cum poſſet mille exempla proferre: oſtẽdentia reſurrectio/
nem futuram hoc non fecit ex prophetis: ſed tãtum ex le/
ge: quoniam Saducæi tñ Moſaycam legem legebant: ex
qua uolens illos placare: protulit inde exemplum. Deus
enim qui eſt dicit. Ipſe ego ſum qui ſum. Et hoc mihi no/
mẽ ẽ ſempiternũ. ſi impoſſibile eſt ut dicatur eorum deus
eſſe: qui non ſunt. Et ſi hoc impoſſibile eſt: ergo eorum eſt
deus qui ſunt/& qui uiuunt: & ſentium beneficium eius.
Et uide quia nõ dixit: Ego ſum deus Abraham/& Iſaac/et
Iacob: ſed deus Abraham: & deus Iſaac: & deus Iacob. In
alio autem loco ſic dixit. Vade & dic ad Pharaonem. deus
hebræoꝝ miſit me. Qui enim ꝑfectiſſime ſunt circa deũ
quantum ad comparationem dico cæteroꝝ hominum
plenius totum habent deum in ſe. Propterea non cõmu/
niter: ſed ſingulariter eorum dicitur deus: utputa ſi dicat̃:
ager ille eoꝝ eſt: oſtẽdimus ꝙ unuſquiſq; eorum qui poſ/
ſident agrum illum: partem modicam habẽt de eo: & nõ
habẽt eũ in toto. Si autẽ dicimus quoniã ager ille illius ẽ.
demõſtramus quia totum agrum illum poſſidet ille. Sic
et ubi dicitur deus Hebræoꝝ: imꝑfectio demonſtrat̃ eoꝝ:
quoniam unuſquiſq; eorum aliquid modicũ de deo ha/
bebãt. Abraham aũt totum habebat deum: & Iſaac totum
habebat deum: & Iacob totum habebat deum: ideo non
dicitur in cõmunione deus eorum: ſed deus Abraham: &
deus Iſac: & deus Iacob. Quaſi ſinguli eorum totum ha/
bebant deum. Sic & alibi dicitur deus Heliæ. Chriſti aũt
& deus/& pater eſt: quod beneficium ſingulare donauit
etiam diſcipulis ſuis: ut non ſolum deus ſit eoꝝ: ſed etiam
pater: ſicut dicit ad Mariam poſt reſurrectionem ſuam. Va
de ad fratres meos: & dic eis. Aſcendo ad patrem meum
& patrem ueſtrum: ad deum meum/et ad deum ueſtrum.
Lucas autem hoc addidit amplius dicens. Non eſt deus
mortuorum: ſed uiuorum. Omnes enim ei uiuunt quod
non ad modicam laudem reſpicit patriarcharum qui nõ
ſolum uiuebant: ſed deo uiuebant quod uiuebant: & ne/
mini alteri: ut nos feſtinemus nemini uiuere niſi deo.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Audientes autem phariſæi ꝙ
ſilentium impoſuiſſet Ieſus Saducæis. conue/
nerunt in unum: & interrogauit unus ex eis:
temptans eum. Magiſter quod eſt maius man
datum in lege. Ipſe autem dixit eis. Diligẽs dominum

deum

deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex
tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum manda/
tum. Et reliqua.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione.
Quæ eſt. XXIII.

CVm dominus ad interrogationem Sa
ducæoꝝ eſſe reſurrectionem audire no/
lentibus demóſtraſſet legis exemplo(ſi
cut dixit Matthæus.) ſilentium Sadu/
cæis impoſuit Ieſus: uolens oſtendere:
quonian amaram & nociuam mēdacii
uocem obmuteſcere fecit claritas ueritatis. Sicut ergo Sal
uator uerbo doctrinæ ſuæ ſilentiū impoſuit Saducæis:
& falſum dogma quod apud illos ueritas putabatur cō/
uicit fiducialiter:ſic facient & Chriſti imitatores exemplis
ſcripturarum quibus oportet ſm ſanam doctrinam om/
nem uocem obmuteſcere Pharaonis in qua glorіās dicit.
Mea ſunt flumina: & ego feci ea:ſicut ſcriptum eſt apud
Ezechielem. Saducæi ergo qui dicunt reſurrectionem nō
eſſe:interrogauerūt Saluatorem ea quæ ſcripta ſunt æſti/
mantes ſilentium imponere ei. Sed nec Ieſus: nec dilecti
diſcipuli eius aliquādo obſtruūtur ab impiis. Proprium
eſt enim ut Saducæis ſilētium imponat a Chriſto. Iuſtus
enim tacet quidem ſciens tempus tacendi:& tempus lo/
quēdi:non autem obmuteſcit:Et ſicut proprium eſt iuſti
tacere:nō autem obmuteſcere:ſic ꝓprium eſt Saducæoꝝ
uel omnium qui mēdacii ſunt doctores:obmuteſcere q/
dem:non aūt tacere. Nam & ſi obmuteſcūt quantum ad
rem:non tamen tacent. ideo & dominus nō homini di/
xit:ſed mari tace: & obmuteſce:increpans illud cum tur/
baretur. Tamen phariſæi qui reſurrectionem conſentiūt
audientes quod ſilētium impoſuit Saducæis:cōuenerūt
in unum uidelicet reſurrectionis dogmate præualente:&
congregati ſunt qui non congregabātur ꝗdiu Saducæis
ſilentium non poneretur. Nihilominus tamen & ſi con/
gregati fuerint:propterea ꝙ tenuit reſurrectionis ꝓbatio:
tamen unus ex eis interrogauit: non quaſi uolens ab eo
diſcere quæ interrogabat:ſed temptās dominum deum.
Omnem ergo hominem qui non diſcendi gratia:ſed tē/
ptandi cauſa: neqꝫ ex affectu ſimplici interrogat aliquem
doctorum de qualicūqꝫ capitulo:æſtimare debemus fra/
trem phariſæi illius q Saluatorem interrogatione ſua tem
ptabat. Omnia enim quæ fiunt in ſanctos Chriſti ſiue ab
inſidiatoribus:ſiue a diligētibus:in ſe ſuſcipit uniuerſa. Se
cundum ea enim quæ ſcripta ſunt:tractare debemus et ea
quæ ſcripta non ſunt. Scriptum eſt enim ꝓpter eſurientes
& ſitientes eum dixiſſe eſurii:& ſitii:& propter nudos &
peregrinos et ægrotantes & in carcere poſitos nudus fui:
& hoſpes fui:& in carcere fui:& infirmus fui. Secundum
conſequētiam ſimilitudinis addamus & nos:iniurias paſ
ſus ſum:cæſus ſum: & temptatus ſum:& omnia. Et ſicut
in illis quæ ſcripta ſunt uerus eſt ſermo domini dicentis:
ꝗdiu uni ex minimis iſtis feciſtis: mihi feciſtis:ſic cū iniu/
riam paſſus fuerit iuſtus:uel blaſphematus: uel aliqd tale
paſſus: pone Chriſtum in eos qui fecerunt dicentem eis.
Quando uni ex minimis iſtis feciſtis iniuriam me tem/
ptaſtis:me blaſphemaſtis. Videamus nunc ꝓpoſitionem
temptatis. Magiſter(inquit) quod eſt mandatum maius
in lege? temptans dicebat Magiſter: quoniam non quaſi
diſcipulus Chriſti ꝓferebat hanc uocem. Hoc autem ma/
nifeſtius erit ab exemplo quod dicimus. Puta: pater filii
ſui pater eſt:& nemo eum ꝓprie poteſt dicere patrem niſi
filius eius:et mater filiæ ſuæ mater eſt. & nulla eam poteſt
dicere matrem:niſi ſola filia eius. Sic & magiſter diſcipuli
ſui magiſter eſt:et diſcipulus magiſtri ſui diſcipulus eſt. ꝓ/
pterea nemo poteſt dicere bene magiſter: niſi diſcipulus.
Et uide. niſi propter hoc quia non omnes qui dicūt eum
magiſtrum bene dicunt:ſed hi ſoli qui habēt diſcendi uo.
lūtatē ab eo. Dicebat ad diſcipulos ſuos. Vos uocatis me
magiſtrum/& dominum:et bene dicitis. Sum etenim. Be
ne ergo diſcipuli Chriſti:uocant eum magiſtrum: & ſer/
uientes uerbo ipſius bene illum dominum uocant. Vnde
bene dicebat Apoſtolus. Nobis autem unus dominus Ie
ſus Chriſtus per quem omnia:& nos per ipſum. Et illud
conſidera quod ait. Satis eſt diſcipulo ut fiat non ſimpli/
citer ſicut magiſter:ſed ſicut magiſter eius. Si qs ergo ali/
quid non diſcit a uerbo: nec tradit ſe ex toto animo ſuo
ut fiat dilecta plātatio eius:Dicit autem ei:Magiſter:frater
eſt phariſæi temptantis Chriſtum:& dicentis ei:magiſter.
Sic & omnis qui dicit Pater noſter qui es in coelis: non
debet habere ſpiritum ſeruitutis i timore:ſed ſpiritum ado
ptionis filiorum. Qui autem nō ſpiritum adoptionis fi/
liorum habet:& dicit Pater noſter qui es in coelis, mentit/
cum non ſit filius dei:deum patrem ſuum appellans. In/
terrogatio aūt ipſa eſt talis. Quod eſt magnum manda/
tum in lege? In quo dignum eſt ut de mandatoꝝ differē/
tia aliquid exponamus. Quædam enim mādata ſunt ma
gna:quædam aūt ſubſequētia:& ſic per ordinem uſqꝫ ad
minima mandata eſt requirendum. Si enim temptati pha
riſæo:& dicenti quod eſt maius mandatum in lege:non
reſpondiſſet conſequenter: æſtimabamus non eſſe man/
datum maius altero mandato. Nunc autem cum reſpon/
dens dicat. Dileges dominum deum tuum ex toto corde
tuo:& ex tota aīa tua:& ex tota mente tua:hoc eſt magnū
mādatum:& primum. Neceſſariam diſcimus ſententiam
de mandatis: quoniam & ſunt magna: & ſunt inferiora
uſqꝫ ad minima. Adhuc autem & illud attende ꝙ phari/
ſæus interrogauit: quod eſt magnum mādatum in lege:
dominus autem reſpondens ei docet nos:quia nō ſolum
magnum eſt mādatum:diligere dominum:ſed etiam pri/
mum. Primum autem nō ordine ſcripturæ:ſed dignitate
uirtutis:Et hoc quaſi cōueniens huic loco eſt attenden/
dum:quia quaſi multis mandatis cōſtitutis ita nunc ma/
gnum hoc:& primum dixit mādatum. Diliges dominū
deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex
tota mente tua. Secundum:& ſimile eſt priori:& propter
ſimilitudinem magnum. Diliges proximum tuum ſicut
teipſm:ut ſcđm hoc itelligamus & aliud eſſe quod ſit ma/
gnitudine & ordine tertium:aliud uero quartum:& ſic ꝑ
ordinem dinumerans legis mandata accipiens a deo ſa/
piētiam:ordinet ea quis uſqꝫ ad minimum. Quod opus
nullius alterius eſt niſi Chriſti ſolius qui eſt dei uirtus: &
dei ſapiētia. A temporibus igitur Moyſi uſqꝫ ad Saluato/
ris aduentum cum legeretur lex:forſitan quærebat quod
eſſet magnum mādatum in ea. Nec enim iterogaſſet hoc
phariſæus:niſi diu apud illos de hoc quæſitum fuiſſet:&
non inuentum: donec ueniens Ieſus docuit non ſolum
qđ eſſet magnum:ſed etiam primum. & quod eſſet ſcđm

ſimile priori. Ipſius ergo eſt opus inuenire & tertium: &
quartum: & reliqua. Quæres autem ſi eſt aliquod manda
tum non habẽs utrũq; ad eſt ut & primum ſit & magnũ:
ſed unum ex eis. Et puto tale aliquid dicit Apoſtolus ad
Epheſios: Honora patrem tuum & matrem quod eſt mã
datum primum in promiſſione ut bene ſit tibi: & eris lõ/
gæuus ſuper terram. Ergo primum quidem: non autem
& magnum: honora patrem tuum: & matrem: & ſi ẽ ali/
quod magnum quidem: non aũt & primum quæres in
differentia magnitudinis mandatorum. Et quia ad cõpa/
rationem quidem mandatorum: ſunt alia minima utile ẽ
ad exemplum proferre quod ipſe dominus ait: Si quis ſol/
uerit unum de mandatis his puſillis: & docuerit ſic homi
nes: minimus uocabiť in regno dei. Et Saluator quidem
tradens quod eſſet magnum mãdatum: & primum: Ad
interrogationem phariſæi temptantis adiciens autem &
ſcd̃m ſimile priori: quod erat: Diliges proximum tuum
ſicut teipſum. Addit dicens. In his duobus mãdatis: oĩs
lex/& prophetæ pendent. Apoſtolus autem ad Roma/
nos dicit. Non mœchaberis: nõ occides: non furtum fa/
cies: et ſi quod eſt aliud mandatum in hoc uerbo recapitu
latur: Diliges proximum tuum ſicut teipſm. Videamus er/
go utrum aliud eſt pendere omnem legẽ: & prophetas in
his duobus mandatis de dilectione dei: & proximi: aliud
autem recapitulari omne mandatum in hoc mãdato: Di/
liges proximum tuũ ſicut teipſum: aut omnia mãdata: &
pendẽt & recapitulantur in utroq; mandato: Dicit ergo
aliquis pendere a mandatis mandata. Et a primo quidem
& magno pẽdere ſcd̃m & ſimile primo. a ſecũdo aũt ter/
tiũ: & ſic deinceps omnia quæ ſunt poſt ſcd̃m pendere a
præcedẽtibus. Et apoſtolum quidem ſm̃ cõſiderationem
rei dixiſſe pendere omne mãdatum a mãdato: Diliges ꝓ/
ximum tuum ſicut teipſum: Saluatorem aũt docuiſſe: qm̃
dominationem habẽt omnium mandatorũ hæc duo mã
data. Alter autem diſcutiens quæret: quomodo dictum
eſt illud. Non mœchaberis: nõ occides: nõ furtum facies:
& ſi quod aliud eſt mandatum in lege. in hoc uerbo reca/
pitulatur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum? Dicet
ergo. Et illud mandatum. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mẽte tua
recapitulatur in eo mandato. Diliges proximum tuum ſi/
cut te ipſum. Quomodo aũt uerũ ſit quod ait: & ſi quod
aliud eſt mãdatum in hoc uerbo recapitulatur: niſi & mã
datum quod poſitum eſt de dilectione dei recapitulatur
in ſecũdo: & ſimili priori? Et ſi primum mandatum reca/
pitulať in ſecundo: neceſſe eſt maius eſſe ſcd̃m priore. Re/
capitulatur ergo omne mandatum: ſed & primum illud
& magnum in hoc ſecundo: Diliges proximum tuum ſi/
cut teipſum. Quoniam diligentes noſmetipſos ſi quid fe/
cerimus: & ipſum diligimus deum q̃ factus eſt auctor di/
lectionis noſtræ: ut alterutrum diligamus: et diligamur ab
inuicem. Gratias enim agẽtes in eo ꝙ rationabiles ſumus:
& uocati ſumus ad dei agnitionem: & cõſequimur bene/
ficia eius: et gratiam: recapitulamus Dei dilectionem in ſe/
cundo: & ſimili priori. Magnum ergo & primum man/
datum in lege eſt hoc: Diliges dñm deum tuum ex toto
corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente: Et forſi
tan omnes qui diligunt deum: & dominum ſuum: niſi et
ſequentes partes impleuerint: & ex toto corde dilexerint:
& ex tota anima: & ex tota mente: ex parte ſeruant manda
tum. Hi autem ſoli magnitudinem eius in ſe ſuſcipiunt:
& primatum qui non ſolum diligunt dominum deum
ſuum: ſed etiam tria illa ſuſceperint: id eſt ut ex toto corde
ſuo apud ſe illam totam recondant: et operationes eius: &
cogitationes eius: & ex tota anima ſua: id eſt ut parati ſint
ponere eam pro pietate dei qui uniuerſa creauit: quando
utilitas exegerit uerbi ex eo ꝙ ex tota anima diligit deum
ita ut nulla pars animæ euellatur ad aliquam rem quæ a
fide eſt aliena: & in tota mente noſtra: nihil aliud cogitan/
tes: uel proferẽtes niſi ea quæ dei ſunt. Et uide ſi potes cor
quidem accipere pro intellectu qui eſt in intelligibilibus
ſpeculans: et oſtendens fontem/& principium eorũ quod
eſt deus: mentem autem ad proferendas res. Mente enim
proferimus ſingulas res: & per unũquodq; ſignificatur
quaſi mente noſtra inambulamus: atq; proferimus. Et ſi
quis ingenioſe intelligat mandatum quod de dilectione
poſitum eſt: in omnibus illis tribus quæ ſunt nominata:
& conſiderauerit in ſingulis quibuſq; fidelibus: Dei dile/
ctionem inueniet forſitan totum mandatum: aut apud
unũ forſitan: uel ſcd̃m uel tertium: & hoc ſi fuerit datum
in omnibus: aut dei dilectionem minus habentem: uel
modicum: uel ãplius: aut ex eo ꝙ dicit ex toto corde: aut
ex eo ꝙ ait: ex tota anima: aut ex tota mente. Simile eſt &
ſcd̃m mandatũ priori quoniam eſt dilectio hominis qui
factus ẽ ſm̃ imaginem dei: forſitan/et ſm̃ ſimilitudinem.
In expoſitione autem mandati quod eſt de dilectione ꝓxi
mi poſitum: etiam hæc ſunt diſcẽda. Quoniã ſm̃ quod
dictum eſt in decimo pſalmo: Qui diligit iniqtatem odit
animam ſuam: & ſm̃ quod in prouerbiis dicitur. Qui re/
pellit diſciplinam odit ſeipſum: manifeſtum eſt qm̃ ne/
mo diligens iniquitatem diligit ꝓximum ſuum ſicut ſe/
ipſum: cum nec ſeipſum diligat. Et nemo repellens diſci/
plinam diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum: quippe q̃
nec ipſum ſe diligit: Et ita fit ut qui diligit iniquitatem &
odit animã ſuam nec poſſit ſeruare ſcd̃m mandatum. Si/
militer & qui repellit diſciplinam: peccatum diligit: ideo
& qui repellit aliquod uerbum diſciplinæ dei: odit animã
ſuam. Poſt hæc quæres quomodo omnis lex & prophe/
tæ pendent in duobus iſtis mandatis. Videtur enim textꝰ
oſtendere ꝙ omnia quæcũq; ſunt ſcripta: uel in Exodo:
uel in Leuitico: uel in Numeris: uel in Deuteronomio pẽ/
deãt in his duobus mandatis. Quomodo autem lex quæ
poſita eſt de leproſis: uel de fluxum ſanguinis patiẽtibus:
uel de menſtruatis mulieribus: pẽdeant in iſtis mandatis:
adhuc autem quomodo & ꝓphetia quæ de Hieruſalem
captanda poſita eſt: uel uiſio Aegypti apud Eſaiam cæ/
teroſq; prophetas: quomodo & uiſio tyri: uel quæcũq; ꝓ/
phetantur de tyro: uel de principe tyri quomodo etiam ui
ſio quadrupedum in deſerto apud Eſaiam pendeant in
duobus iſtis mãdatis? Quod autem uidetur mihi in hoc
loco: huiuſmodi eſt. Qui omnia adimpleuit quæ ſcripta
ſunt de dei dilectione et proximi: dignus eſt maximas gra
tias a deo percipere quibus præpoſitus ẽ ſapiẽtiæ ſermo:
per ſpiritum ſanctum: per quem ſermo ſcientiæ qui ſm̃
ſpiritum eſt: dignus autem conſtitutus his omnibus do/
nis exultat in ſapientia dei: plenum habens cor de dei dile/
ctione: & totam animam lumine ſcientiæ illuſtratam: &
totam mentem uerbo dei. Conſecutus autem huiuſmodi

dona ex deo:profecto intelligit omnem legem & prophetas:partem aliquam eſſe ex omni ſapientia:& ſcientia dei: & intelligit omnem legem / & prophetas pendere:& adhærere a principio dilectionis domini dei & proximi.'Et quoniam perfectio pietatis in dilectione cõſiſtit:ſufficientia quidem ſunt & iſta quæ diximus : tamen ad demonſtrationem magnitudinis eius nihilominus conueniunt & iſta ſubiungere. Charitas patiens eſt:benigna eſt: Charitas non inflatur:non agit perperam:non eſt ambitioſa: non irritatur:non cogitat malum/non gaudet ſuper iniquitatem:congaudet autem ueritati.Omnia ſuſtinet:omnia credit:omnia ſperat:charitas nunquã excidit. Nemo enim puſillanimis conſtitutus charitatem habet:nec contrarium aliqd faciens benignitati:neq; zelãs zelum quem habuerunt patriarchæ aduerſus Ioſeph:uel Aaron & Maria contra Moyſen. Et nemo inflatus habet dilectionem: neq; perperam aliquid agens:nec qui in iracundiam excitatur. Item nemo cogitans malum:charitatem habet in corde coinquinatus. Qui charitatem habet nunquam de aliqua re iniuſta gaudet : ſed ſemper ueritati congaudet. Qui charitatem habet:omnia accidentia ſuſtinet mala:& non pro parte credit:ſed omnia credit & nõ ex parte ſperat:ſed omnia ſperat : nec eſt quod non ſuſtinet dilectio: ſed omnia ſuſtinet. Et quoniam charitas nunquã excidit: confidens Apoſtolus totam eam ſuſcepiſſe dicebat : quis nos ſeparabit a charitate dei? Tribulatio:an anguſtia:an fames:an nuditas:an periculum:an gladius? Sicut ſcriptum eſt:Quoniam propter te mortificamur tota die : æſtimati ſumus ut oues occiſionis. Propter dilectionem enim dicebat. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Ex charitate enim nunquã excidente erant illæ uoces dicentis. Confido enim quia neq; mors neq; uita: neq; angeli neq; principatus:neq; præſentia neq; futura: neq; uirtutes:neq; altitudo neq; profundum:neq; alia aliqua creatura poterit nos ſeparare a charitate dei : quæ eſt in chriſto Ieſu dño noſtro. Et qm̃ habebat duo Apoſtolus dilectionis mandata:dei & proximi:ideo habebat in ſe totius legis & prophetarum manifeſtata myſteria : ut intelligẽs ea diceret:quoniam omnis lex & prophetæ in his duobus mandatis pendẽt. Congregatis autem phariſæis interrogauit eos Ieſus dicens. Quid uobis uidetur de chriſto cuius eſt filius? Dicunt ei:Dauid. Dicit eis Ieſus. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu dominum eum uocat : dicẽs. Dixit dominus domino meo/ſede a dextris meis:donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid dominum eum uocat/quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei uerbum : nec auſus eſt quiſq̃ ex illa hora interrogare eum quicq̃. Verba quidem ipſa poſita ſunt in pſalmo centeſimo nono : Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis:donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quaſi confitentibus autem phariſæis:quoniam qui dixit quidem eſt dominus deus:ad quem autem dixit ſecũdus dominus chriſtus:interrogat eos Saluator dicens. Quid uobis uidetur de chriſto cuius eſt filius:& ad reſponſionem eorum qui dixerunt Dauid:addit dicens. Si Dauid dominũ eum uocat:quomõ filius eius eſt? Digna eſt ergo res ut uideamus quid uolens proponat ſaluator phariſæis quæſtionem de Chriſto ut reſponderent quid eis uideretur : & quæ fuit cauſa ut non poſſint ei dare reſponſum. Et ſimplicior aliquis ex diſcutientibus iſta dicet:quia uoluntas Saluatoris fuit hæc:ut compeſceret phariſæorum audaciam:multas propoſitiones proponentium ei. Similiter & Saducæorum qui propoſuerant ei de ſeptem fratribus:& una uxore eorum. Quoniam ergo multa proponentes phariſæi & ſaducæi aliquid dicere uidebantur : & hoc facientes non quaſi diſcipuli diſcere cupiebant:ſed tentabant chriſtum: & uidebantur legis eſſe doctores cum nõ eſſent. Ideo fuit & dominum interrogationem ꝓponere eis neceſſarium: profitentibus legis habere ſe ſcientiam:ut coram populo argueret eos. Cum reſponſum ad interrogata non dederint:ipſe ad omnia reſpondens:quoniam ipſe quidem idoneus erat ſm̃ profeſſionem doctoribus condocentem manifeſtare/& tradere doctrinam diuinã. Illi autem: nec ipſum prophetam : qui erat faſtigium prophetarum ſciebant. Adhuc autem cui hæc expoſitio placet adiciens dicit. propterea & ſic adiicit ſcriptura euangelii dicens. Et nemo poterat reſpondere ei uerbum : nec auſus eſt quiſquam ex illa hora interrogare eum uerbum. Cauſa autem ut non eſſent auſi interrogare eum poſtmodum uerbum : hæc fuit : quia interrogati reſpondere ei non potuerunt. Si enim interrogatio eorum fuiſſet ex uoluntate diſcendi : nunquam talia eis propoſuiſſet : ut poſtmodum non eſſent auſi interrogare. Sed tentantes interrogabant : ideo obſtruere eos uoluit interrogatione ſua ut erubeſcentes quieſcant ab audacia ſua:& poſtmodum nihil interrogent eum. Hæc ſm̃ intellectum ſimplicis interp̃tatoris ſumus locuti. Nos autem dicimus quoniam cognoſcebat ſeipſum Saluator : & dominus noſter factum quidem ex ſemine Dauid ſm̃ carnem : prædeſtinatum autem filium dei in uirtute. Et quoniam hæc omnia erat quæ ipſe de ſe docens dicebat : ego ſum uia / ueritas/& uita : ego ſum ianua : ego ſum reſurrectio:ego ſum panis uiuus qui de coelo deſcendi : & ſciens eſſe ſe ante natiuitatem etiam ipſius Habraæ : propterea ꝙ & dicebat : ante Habraam ego ſum : & ſciens quoniam ſapientia erat : & uerbum uiuum:ſapientia quidem quam deus creauit principium uiarum ſuarum in opera ſua:uerbum autem quod erat in principio apud deum. Deus uerbum hæc omnia de ſeipſo cognoſcens & uidens phariſæos quia illud quidem quod ſm̃ diſpenſationem humanam: & propter homines erat ut capere poſſint : ſciebant ex diuinis ſcripturis : quoniam de ſemine erat Dauid ſecundum carnem:forſitan autem quoniam & omnino eum arbitrabantur filium eſſe Dauid:uidens autem longe eos eſſe ab intellectu diuinitatis ſuæ ſecundum ꝙ principium erat uniuerſæ creaturæ : nullius filius conſtitutus niſi dei qui ſuper omnia eſt:arguere titubantem æſtimationem eorum de ſe : & prouocare eos ſermonibus ſuis : ut uelint aſcendere uerbo : & uidere ſecundum quod deus uerbum erat:qui erat in principio apud deum in primis quidem dixit : quid uobis uidetur de chriſto cuius eſt filius? Ita reſpondentibus : & dicentibus Dauid : iterum eis reſpondit : manifeſtans ſublimitatem diuinitatis ſuæ : quæ demonſtrabatur in ipſo principio pſalmi dicẽs. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis:donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝝ : ut & ſi tunc ei rñdere non poſſent:tamen occaſionem accipent

ex uerbis ipſius:ut totum pſalmum conſiderãtes:aliquid amplius ſentirent de chriſto:qui non ſolum excedens erat humanam naturam:ſed etiam cæteras genitas ſm quod ait. In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante luciſerum genui te. Non enim ſpecialiter deſignauit in ſplendoribus aliquorum ſanctorum:ſed generaliter de omnibus ſanctis:id eſt non ſolum hominum:ſed etiam angelorum dicens. In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante luciſerum genui te. Et ſi quidem ſapienter conſideraſſent: & illud: iurauit dominus:nec eum pœnitebit:tu es ſacerdos i æternum ſecũdum ordinem melchiſedech: ſubieciſſent utiq; ſe:ſicut diſcipuli tali ſaluatori noſtro:qui a deo erat tranſmiſſus magiſter:atq; ſacerdos. Sed cauſa fuit ꝓpter quam phariſæi non potuerunt reſpondere ſermonibus chriſti iſta:quoniam nihil magnum de chriſto in ſanctis ſcripturis poſitum ſentiebant:ſed tantummodo de diſpenſatione eius humana:ſed nec ipſam digne diuina diſpẽſatione. Puto enim ꝙ nec illud ſciebant quod dixit. Ecce uirgo in utero concipiet: & uocabitur nomen eius Emanuel: nec illud:ecce orieẽ ſtella ex Iacob:de natiuitate uidelicet chriſti. Hoc autem ipſum quod dicit in pſalmo. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis:donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:opportunius quidem exponet quis:cum ipſum ſibi exponere propoſuerit pſalmum. Et nũc tamen ſenſum eius leuiter deguſtemus. Nec tibi deſcribas ſenſibiles ſeſſiones: & duas cathedras:et ſedentes ſuper eas:humano ſchemate patrem & filium: ſed intellige hæc moraliter dici de regno dei: & de regno filii:quod a patre eſt ſtabilitum: & eſt ſemper ad dexteram patris. Si quis autem hæc moraliter intelligi non uult:exponat quomodo & hoc ſit uerum quod ait. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis: & illud quod alibi dicit:ſedere autem ad dexteram meam & ad ſiniſtram nõ eſt meum dare uobis:ſed qbus paratum eſt a patre meo. Cogendus eſt ergo dicere qui non uult hæc intelligere digne:ſm magnitudinẽ ſenſus chriſti:quoniam aliquando quidem ad dexteram ſedet patris:aliquando autem dignitatem huiuſmodi derelinquens ſedendi ad dexteram patris:priuatim ſedet cum eis quibus parauit pater ut ſedeãt ad dexteram eius:uel ad ſiniſtram. Item adhuc cogendus eſt dicere/quoniam ad dexteram quidem ſedens patris: adhuc inimicos habet. Tãdiu enim ſed iuxta eum: donec ponantur a patre ſcabellum pedum chriſti. Cum uero deſierit ſedere ad dexteram patris tunc iam non habebit inimicos:cum ſedere ad dexteram eius:uel ſiniſtram cœperint ſm ordinationem patris:qui prius fuerant ſcabellum pedum ipſius. Et ita ſit ut ſedentium aliqui in loco priori ſedeant patris. His autem quid magis ridiculum poteſt eſſe? Deinde corporalem uolens intelligere ſeſſionem: inuenies in eodem pſalmo:quoniam & filius ad dexteram ſedet patris:ſm ꝙ ait. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis: & pariter ſedet ad dexteram filii:ſm ꝙ in ſequentibus declaratur/dicens. dominus a dextris eſt tuis: confringet in die iræ ſuæ reges. Nos autem dicimus non eſſe neceſſe corporalem conſiderationem introducere in his quæ ſpiritaliter ſunt intelligenda. Nam moraliter & filius ad dexteram patris eſt: & pater ad dexteram filii ſemp. Quomodo & inimici Saluatoris ponuntur a patre ſcabellum pedum eius:congruum eſt uidere digne:ſm benignitatem dei ponentis inimicos eius ſcabellum pedum ipſius. Nec enim eſt æſtimandum ſimiliter ponere deum inimicos chriſti ſcabellum pedum eius/quemadmodum ponuntur inimici ſub pedibus regnum terrenorum exterminantium proprios inimicos. Nonne illi ſine miſericordia conculcant aduerſarios proprios? Deus autem non ad perditionem ponit inimicos Chriſti ſcabellum pedum eius ſed ad ſalutem ipſorum:ſicut proferemus ſcripturarum ſanctarum/exempla idipſum ſignificantia. Scriptum eſt enim in lamentationibus Hieremiæ in ſecundo Aleph quomodo contenebricauit dominus in ira ſua filia ſyon: deiecit de cœlo in terram gloriam Iſrael: & non fuit memor ſcabelli pedum ſuorum. Et uide quoniam quando quidem erat Iſrael ſcabellum pedum dei in cœlo erat glorioſus:poſtq̃ autem eſt deiectus ut non ſit ſcabellum pedum eius:deſiit eſſe in cœlo. Attende enim diligenter qđ ait:deiecit de cœlo in terram gloriam iſrael: & nõ fuit memor ſcabelli pedum ſuorum. Item & illud. Cœlum mihi ſedes:terra autem ſcabellum pedum meorum:non ignominiam:ſed gloriam ſignificat terræ:quæ de deo modicam aliquam & nouiſſimam intelligit partem: quæ moraliter appellatur pedes eius. Sic & eccleſia ſuper terram in initiis quidem culturæ dei: & notitiæ dei ſcabellum pedum eius:ſicut & pœnitentiam agens mulier illa peccatrix ad pedes erat Ieſu in principiis pœnitentiæ ſuæ: nec enim poterat unguentum odoris actuum ſuorum bonorum effundere ſuper caput chriſti. Optabile enim erat uelut ſecus pedes domini ſtare & ungere. Et unuſquiſq; noſtrum ſe intelligens eſſe quod dicit Apoſtolus:eramus & nos aliquando ſine intellectu/increduli/errantes/& ſeruientes deſideriis & uoluptatibus uariis:uidebit quomodo quandoquidem talis erat:priuſq̃ lauaretur ab illis:inimicus fuerat Chriſti:inimicus iuſtitiæ/ueritatis/ſapientiæ/pacis. Poſtq̃ autem benignitas apparuit Saluatoris noſtri dei:primum factus eſt ſcabellum pedum chriſti. Et ego confidens quoniam iſte eſt ſenſus ſcripturæ non dubito affirmare:quoniam ſic dicit filio pater: ſede a dextris meis donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Et Apoſtolus in prima ad Corinthios talem introducit ſenſum ſcripturæ/ut ad ſubiectionem intelligamus: eorum qui aliquando fuerant inimici fieri eos ſcabellum pedum Chriſti/hoc modo dicens. Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ dormiẽtium factus eſt. quoniam quidem per hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum: ſicut enim in Adam omnes moriuntur:ſic & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Vnuſqſq; aũt in ſuo ordine. Initio Chriſtus:deinde hi qui ſunt Chriſti qui in aduentu eius crediderunt:deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri:cum euacuauerit omnem pricipatum & poteſtatem & uirtutem:oportet enim illum regnare donec ponat inimicos eius ſub pedibus eius. Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors:omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem dicat quia omnia ſubiecta ſunt ei: manifeſte præter eum qui ſubiecit ei omnia. Cum autem ſubiecta illi fuerint omnia:tunc & ipſe filius ſubiectus erat ei:qui ſibi ſubdidit omnia:ut ſit deus oĩa in omnibus. Horum quidem omnium manifeſtationem fecimus in proprio loco. Vide tamen qũo in omnibus iſtis nomen ſubiectionis ad ſalutem ponitur ſubiectorum.

222

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Locutus eſt Ieſus ad turbas & ad diſcipulos ſuos dicens. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Oia quæcunq; dixerint uobis facite: ſm autem opera eorum ne faciatis.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione. Numero.XXIIII.

FRequēter quidem: maxime autem apud Matthæum ſeruatur: quoniam meliores ſunt diſcipuli Chriſti cæteris turbis. Et inuenis quidem in eccleſiis quoſdam quidem cum dilectione audientes diuinas doctrinas: & affectuoſius accedentes ad uerbum. Iuſte ergo huiuſmodi homines dicuntur eſſe diſcipuli Chriſti: cæteros autem multos qui non ſunt tales populum eſſe illius. Et quædam interdum quidem diſcipulis ſuis ſolis dicit: non etiam turbis: ſicut beatitudines illas in euangelio ſcriptas: de quibus Matthæus qdem dicit ita: quoniam uidens turbas aſcendit in montem: & ſedente eo acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: & aperiens os ſuum docebat eos/dicens: Beati paupes ſpiritu: & cætera. Lucas autem tollens (inquit) oculos ſuper diſcipulos ſuos/dicebat. Beati pauperes: quia ueſtrum eſt regnum cœlorum. Alia autem annunciat turbis: ſicut parabola ſeminantis declarat. Matthæus autem ita ſcribit. Loquente autem eo ad turbas: ecce mater & fratres eius ſtabant foris quærentes loqui cum eo. Turbis ergo loquebatur quæ ſcripta ſunt ante hæc. Cum autem dixiſſet ei aliquis: ecce mater tua: & fratres tui ſtant uolentes te uidere: reſpondens nuntianti ſibi dixit. Quæ eſt mater mea & fratres mei? Non iam extendens manum ſuam ſuper turbas: ſed ſuper diſcipulos ſuos/dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt: ipſe eſt mihi: & mater/& frater. Et præcedētes parabolas exponens Matthæus ſcribit. Egreſſus Ieſus de domo: ſedebat ſecus mare. Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ: ut ingrediens in nauem ſederet: & totus populus ſtabat in littore: & loquutus eſt eis multa in parabolis dicens. Ecce exiuit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et ne putes euentu ſic poſitam parabolæ narrationem ſeminantis: quia turbis eam Ieſus loquebatur: conſidera Marci & Lucæ expoſitionem qui ſimiliter conſcripſerunt. Marcus quidem ita. Cœpit iterum docere ad mare: & congregatus eſt ad eum populus multus: ut intraret in nauem: & ſederet in mari: & totus populus ſecus mare in terris erat: & docebat eos in parabolis multa: & dicebat eis: exiit qui ſeminat ſeminare. Lucas autem hoc modo. Conuenien te autem populo multo: & per ſingulas ciuitates exeunte ad eum: dixit parabolam talem. Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Manifeſte autem differentiam populi: & diſcipulorum ſcientes euangeliſtæ poſt parabolam addiderunt: ꝙ iam non turbis: ſed diſcipulis: exponebat cauſam propter quam turbis in parabolis loqueretur. Matthæus quidem dicit ita. Accedentes diſcipuli: dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Lucas autem ita. Interrogabant autem diſcipuli eius quæ eſſet hæc parabola. Marcus uero. Et cum facti fuiſſent ſecreti: interrogabant eum diſcipuli quæ eſſet parabola hæc. Et uide ſi potes ex euangelio Ioannis audire/& dicere: quoniam qui tantūmodo credunt: & in uerbo aſcendere non concupiſcunt: Chriſti populus ſunt. Qui autem æmulantes ſunt dona meliora: & quod eſt primum omnium gratiarum: ſapientiæ uerbum ſtudent ſuſcipientes: diſcipuli ſunt ipſius. Dicit autem Ioannes ita: quoniam dicebat Ieſus ad eos qui crediderunt ei iudæos. Sed ſi manſeritis in uerbo meo: cognoſcetis ueritatē: & ueritas liberabit uos. Ergo quædam quidem diſcipulis ſuis dicit: quædam autem turbis: alia uero turbis ſimul: atq; diſcipulis: ſicut & ſunt hæc ipſa præſentia de quibus loqmur modo. Quid ergo dicit turbis & diſcipulis uideamus. Sup cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Quod arbitror huiuſcemodi eſſe. Qui legem Moyſi profitentur ſe interpretari & in hoc gloriantur: aut qui ſuperaſcendere hæc ſe profitentur: hi ſedent ſuper cathedram Moyſi. Qui ergo non recedunt a litera legis: ſcribæ dicuntur. Qui autem maius aliquid profitentes diuidunt ſeipſos quaſi meliores a multis: ſm hoc phariſæi dicuntur: ꝙ interpretantur diuiſi & ſegregati. Phares enim diuiſio appellatur. Eſt ergo uidere uſq; nunc apud iudæos: ſedentes ſuper cathedram Moyſi: ſcribas & phariſæos. Non hoc dico quia ſoli ſcribæ & phariſæi ſederunt ſuper cathedram Moyſi qui dicebant/& non faciebant: & alligabant onera grauia: & importabilia ſuper humeros hominum: ipſi autem nec digito uolebant ea mouere. Arbitror enim quoniam qui Moyſen ſm ſpiritalem uirtutem intelligunt & exponunt: ſedent qdem ſuper cathedram Moyſi: ſed non ſunt ſcribæ & phariſæi: ſed his meliores. Tales ſunt dilecti chriſti diſcipuli qui & uerbum eius per gratiam dei interpretantur: & inueniunt ea quæ ſunt aliud ex alio ſignificantia. Ergo ante chriſti qdem aduentum ſup cathedram Moyſi ſedebant bene: qui bene & ſm rationem dicta Moyſi interpretabantur. Poſt aduentum autem chriſti ſedent ſuper cathedram eccleſiæ quæ eſt cathedra chriſti & thronus. Sicut aūt ſuper cathedram Moyſi male qdem ſedebāt ſcribæ & phariſæi: bene aūt qui recte intelligebant legem: atq; tradebant: ſic & ſup eccleſiaſticam ſedent qdam dicentes: quæ facere oporteat unūquēq;: non aūt facientes & alligantes onera grauia: imponunt ſup humeros hominum: ipſi nec digito uolentes ea mouere. De quibus dicebat ſaluator. Quicunq; ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis: & docuerit homines ſic: minimus uocabit̄ in regno cœlorum. Alii aūt ſedentium faciunt anteq̄ dicant: & dicunt ſapienter moderantes differentias humerorum: & onera eis parce imponunt: ipſi ea prius mouentes ad exhortationem audientium cæterorum de quibus dominus ait. Qui autem fecerit & docuerit ſic: hic magnus uocabitur in regno dei. Adhuc autem ſm ſimplicem traditionem dicti huius: quo ait: ſm omnia quæcūq; dixerint uobis facere facite: ſm opera eorum ne faciatis: dicimus quoniam per hæc oſtendere uolunt quoſdam in eccleſia eſſe: qui quantum ad uerbum quidem potentes ſunt docere mirabilia: & exponunt ea ſm rationem: non autem uolunt ſm ꝙ dicunt agere/quorum quidem doctrina eſt audienda: non autem eſt & conuerſatio imitanda. Reprahendit ergo huiuſmodi præceptores qui non ſolum quæ docent non faciunt: ſed etiam crudeliter: & ſine miſericordia: & non ſm æſtimationem uirium uniuſ

cuiuſq; audientis : ſed maiora uirtute ipſorum iungunt:
utputa qui prohibent nubere : & ab eo quod expedit ad
imoderatam imunditiam compellunt. Qui docent etiam
abſtinere a cibis: & alia huiuſmodi ad quæ non omnino
oportet cogere homines fideles:alligant per uerbum ex/
poſitionis ſuæ onera grauia:citra uoluntatem Chriſti di/
centis:iugum meum ſuaue eſt: & onus meum leue eſt: &
imponunt ea quantum ad uerbum ſuum ſuper humeros
hominum curuantes eos: & cadere facientes ſub ponde/
re grauium mandatorum:eos qui baiulare ea non ſuffe/
runt. Et frequenter uidere eſt eos qui talia docent contra/
ria agere ſermonibus ſuis : & nec modica uirtute animæ
quæ moraliter digitus appellatur:uolunt ea mouere . Ca/
ſtitatem enim multi docentes : caſtitatem nõ ſeruauerunt.
Abſtinere a cibis hortantes alios:ipſi ſiue propter ſimula/
tionem:ſiue ꝓpter hoc ꝙ uicti ſunt a cõcupiſcentiis ſuis:
cibos huiuſmodi ſuſceperunt quos abrenunciauerãt:uer/
bis alia docentes in publico: & alia ſecrete/& occulte agẽ/
tes:omnia facientes propter perſonas hominum : & glo/
rias uanas:ſicut ſubſequens ſermo demõſtrat dicens. Om
nia opera ſua faciunt:ut uideantur ab hominibus. Et plæ/
riq; omnes illi ſunt tales qui diligunt primos diſcubitus
in conuiuiis: & ſalutationes in foro: & uocari ab homini/
bus rabi:aut aliquid quod ſimile eſt rabi huic : utputa qui
uolunt uocari epiſcopi, aut præſbyteri/aut diaconi : cum
deberet unuſquiſq; eorum etiam ſi uocaretur ab aliquo:
uel conſcientiam ſuam oſtendere deo : quoniam uõ uult
hoc noie nominari:cuius nec ſcientiam habet/nec actum.
Et ſi habet tamen nõ debet uelle uocari eo nomine:quod
proprie alterius eſt. Proprie enim epiſcopus dominus Ie/
ſus eſt. Et præſbyteri Habraam/Iſaac/& Iacob:ſicut mani/
feſtum eſt his qui in Geneſi conſiderant : quæ de ſemine
eorum ſunt ſcripta:uel cæteri qui hoc nomine digni ha/
biti ſunt:quales fuerunt Apoſtoli Chriſti. Diacones uero
ſeptem archangeli ſunt dei. Ad quorũ myſteria ſeptem dia
coni in actibus ſunt ordinati. Præcidit ergo dominus hu/
iuſmodi concupiſcentias ab anima noſtra per hæc uerba
quæ poſita ſunt: & hortatur magis zelare humilitatẽ quæ
eſt prima exaltationis occaſio apud deum : ſicut econtra/
rio:humiliationis occaſio eſt apud deum:diligere primas
cathedras in ſynagogis: & primos diſcubitus in cõuiuiis:
& primas ſalutatiões in foro: & uocari rabi. Et uide quo/
niam ſuper hæc addit/& dicit. Qui maior eſt iter uos fiat
miniſter: & qui ſe exaltauerit/humiliabitur: & qui ſe humi
liat exaltabitur. Ita ex philacteriis & fimbriis ad oſtenſio/
nem eorum qui uanas glorias concupiſcunt : & ex iacta/
tionibus propter pompam : & ex ueſtimentis & ex anulis
& calciamẽtis:manifeſtum eſt ꝙ ſiunt qui diligũt ab hoi/
bus uocari rabi. Si ergo ſm quod diximus ſcribæ & pha/
riſæi ſedẽtes ſuper cathedram Moyſi ſunt iudæorum do/
ctores:ſm litteram docentes legis mandata:quomodo iu
bet nos dominus præſentibus uerbis:ſm ea omnia quæ
dicunt illi facere:cum omnes apoſtoli uetent fideles uiue/
re ſm literam legis : ſicut teſtatur epiſtola apoſtolorum in
actibus:quam miſerunt ad gentes: & nihil ſeruent ex lege
niſi imolatum & ſuffocatum: & fornicationem . Sed illi
docent ſm literam legem.legis ſenſum ſpiritaliter non in/
telligentes:ſicut de illis ait Apoſtolus. Finis autem eſt legis
charitas de corde puro & fide non ficta. A quibus qui/

dam aberrantes conuerſi ſunt in uaniloquium uolentes
eſſe legis doctores:non intelligentes/neq; quæ loquun/
tur/neq; de quibus affirmant. Qui enim legem Moyſi ex/
ponunt ſm literam cadentes a dilectione quæ eſt ex cor/
de puro & a fide non ficta : in quibus poſita eſt lex ſpiri/
tualis:omnes uaniloqui ſunt. Vaniloquium enim eſt:cir/
cumciſio azima/paſcha: & de mundis & imundis ſm lite/
ram legis. Hi ergo qui conuerſi ſunt in uaniloquium : &
uolunt eſſe legis doctores nec tamen ſunt : ſm ueritatem
legis:dicunt quidem legis mandata:non autem intelligũt
ea quæ dicunt:nec quid ſignificent legis dicta de quibus
affirmant. Ideo dicit de illis ſaluator. Dicunt enim & non
faciunt:utputa dicunt de circumciſione:de paſcha:de azi/
mis:de eſcis:de feſtiuitatibus:de neomeniis:de ſabbatis:cæ
teriſq; legis mandatis:non autem faciunt ſm uoluntatem
legis : nec enim circumciduntur : ſicut eſt legis uoluntas.
Vnde ait Apoſtolus. Nos enim ſumus circumciſio qui ſpi
ritu deo ſeruimus: & non in carne confidimus . Nec im/
molant paſcha:ignorantes ꝙ paſcha noſtrum pro nobis
imolatus eſt Chriſtus. Nec manducant azima ſm legis ꝓ/
poſitum:quod interpretatur Apoſtolus dicens . Epule/
mur non in fermento ueteri/neq; in fermento malitiæ &
neqtiæ:ſed in azimis ſinceritatis & ueritatis. Sed nec cor/
poraliter paſcha celebrant : cum præcipiat lex in Hieruſa/
lem ciuitatem quam elegit dominus deus:oportere imola
re agnum: & ter in anno apparere omnem maſculum in
conſpectu domini dei. Nos autem qui diſcipuli ſumus Ie/
ſu intelligẽtes eos qui ſedent ſuper cathedram Moyſi:ſcri/
bas & phariſæos/ſeruantes circumciſiones : & cætera cor/
poralia legis mandata.longe autem conſtitutos a ſpiritua/
libus legis mandatis:quæcũq; dicunt nobis ex lege intel/
ligentes ſenſum legis facimus & ſeruamus:nequaq̃ facien
tes ſm opera eorum . Nam quæ loquuntur ex lege qui/
dem uidentur dicere:tamen ſicut lex docet non faciunt.
Nec enim ſuſcipiunt charitatem in corde puro:nec fidem
non fictam/in quibus ſenſus legis poſitus eſt. Nec intelli/
gũt uelamen eſſe ſuper literam legis:nec audiunt prophe
tam hæc intelligentem/pariter & petentem. Reuela ocu/
los meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua . Et ſic alli/
gant onera grauia: & ſicut Lucas ait importabilia : & im/
ponunt ſup humeros diſcipulorum audientium ſe. Nam
corporalia legis mandata ſm literam onera ſunt grauia:
& alligationes non leues:ſicut Petrus teſtatur in actibus
apoſtolorum dicens. Quid tentatis deum: & uultis impo
nere iugum ſup ceruicem diſcipulorum:quod neq; nos:
neq; patres noſtri potuimus portare ſed per gratiam dei
credimus ſalui fieri ! Spiritale autem eius onus eſt leue:
ideo & dominus dicit ad eos qui legis mandatis corpo/
ralibus erant grauati & alligati. Venite ad me qui labora/
tis: & onerati eſtis: & ego uos reficiam . Suſcipite iugum
meum ſuper uos : & uidete quia iugum meum ſuaue
eſt: & onus meum leue eſt . Onus autem leue euange/
lium eſt : quod eſt lex ſpiritalis . Adhuc autem ſedentes
ſuper cathedram Moyſi ſcribæ & phariſæi omnia ope/
ra ſua faciunt:ut ab hominibus uideantur:uiſibilem ſuſci
pientes circumciſionem: & uiſibiliter corporalia fermenti
auferentes de domibus ſuis: & pro eis ſimiliter corpora/
lia azima inducentes : & Hieruſalem uiſibilem homini/
bus requirentes: & ſimilia his agentes uniuerſa. Aſpiciunt
enim ea

enim ea quæ uidentur & temporalia ſunt & elemoſynas
facientes ut ab hominibus glorificentur:& ſtantes in pla/
teis orant/ut uideantur eſſe religioſi.Chriſti autem ueri di/
ſcipuli qui aſpiciunt quæ non uidentur:& ſunt æterna:
orant in occulto promptuario ſuo:& elemoſynas in oc/
culto faciunt:& legem in occultis implent:quaſi in occul
to conſtituti iudæi:ſm q ait Paulus.Non enim q in ma/
nifeſto iudæus:neq; quæ palam in carne circūciſio:ſed q
in occulto iudæus eſt:& circunciſio cordis in ſpiritu:nō
in littera.In occultis enim & in azimis inuiſibilibus epu/
lantur ſinceritatis & ueritatis.Manducant etiam paſcha i/
molatum chriſtum pro nobis qui dixit.Niſi manducaue
ritis carnem meam:nō habebitis uitam manentem in uo
bis.Et per hoc q bibunt ſanguinem eius uerum potum:
ungunt ſuperlimina domorum animæ ſuæ:quærentes
non ſicut illi ab hominibus gloriam:ſed a deo occulta ui
denti.Poſt hæc uideamus quid eſt quod ait dilatant phi/
lacteria ſua:& magnificant fimbrias ueſtimentorum ſuo/
rum.Sciendum eſt in iſtis:quia quod ſcriptum eſt in lege
de uerbis diuinis dicens:alligate eam ſuper manum ue/
ſtram:& erūt mobilia coram oculis ueſtris.Qui ergo om
nia faciunt ut ab hominibus uideantur ſcribæ & phariſæi
ſcribentes legis dicta in duobus præciſuris mēbranis alli/
gant:& alteram quidem in domibus portant:quaſi coro
nam ponentes in capitibus ſuis:qd̓ ſcriptum eſt ſm fron/
tem.alteram autem ſuper brachium manus ſuæ:& uocāt
eas philacteria.Similiter & de fimbria aliquid inuenientes
in deuteronomio:æſtimātur ſeruare legem:fimbriam ali/
quam facientes in aliqua parte ueſtimentorum ſuorum
quæ portant.Etiam hæc ergo dominus repræhendens
ſcribas & phariſæos in corporalibus et uiſibilibus eorum
obſeruationibus dicit:omnia faciūt ut ab hominibus ui/
deantur.Dilatant enim philacteria ſua:& magnificāt fim
brias ueſtimentorum ſuorum.Diſcipuli autem Ieſu om/
nia opera ſua faciunt ut a deo uideant̄ ſolo.Alligāt enim
legem dei ſuper manum ſuam:ſpiritaliter ſup opus ſuum
bonum:& per meditationem diuinarum diſciplinarum
ſemper ea mouentes:mobilia faciunt diuina præcepta co/
ram oculis animarum ſuarum:& fimbriam uirtutis Ieſu
plenam in eo q imitantur magiſtrum.Quid autem opor
tet dicere de his q amant primos diſcubitus in conuiuiis:
& primas cathedras in ſynagogis:& primas ſalutationes
in foro:& uocari ab hominibus rabi?Manifeſte huiuſmo
di delicta non tantum apud tunc ſcribas:& phariſæos ſo
los inueniebantur:uel inueniuntur apud ipſos ſed etiam
in eccleſia chriſti inueniuntur:non ſolum conuiuia & fa/
cientium ea menſas ſuſcipientes:ſed etiam cathedras pri/
mas in eis amantes:& multa facientes.primum quidem
ut diacones fiant non tales quales dicit ſcriptura:ſed qua/
les ſunt qui comedunt uiduarum domos occaſione lon
ga orantes:& propterea accipient iudicium maius.Et qui
tales diaconi fieri uolunt conſequenter uiſibiles primas
cathedras eorum qui dicuntur præſ byteri præripere am/
biunt.Quidam autem nec iſtis contenti plurima machi/
nantur:ut epiſcopi uocentur ab hominibus:quod eſt ra/
bi:cum deberent intelligere epiſcopum fieri oportere irre/
præhenſibilem:& cætera quæ ſequuntur:ut ſi non dicat̄
ab hominibus eſſe epiſcopis:tamen ſit apud deum.Qui
enim habet in ſe quæ Paulus enumerat de epiſcopo:& ſi nō

eſt coram hominibus epiſcopus:epiſcopus eſt apud deū:
& ſi non per ordinationem hominum ad eum gradum
peruenit.Sicut enim medicus eſt qui medicinalem didicit
diſciplinam:& poteſt medicare quaſi medicus:et ſi ægro/
tantes non ei credant corpora ſua medicus eſt:ſed & gu/
bernator eſt:qui didicit gubernatoriam artem & poteſt
ea ſicut conuenit uti:& ſi non crediderit ei aliquis guber/
nacula nauis:tamen eſt gubernator.Inuenies autem no/
uæ gloriæ amatores zelantes ab hominibus gloriam:& a
deo non deſiderantes:quaſi ante iudices & præſides:ſic
quoſdam adduci ante eos:& ſi dicere oportet:per hoc ip/
ſum leuiſſimum chriſti onus intolerabile faciunt onus.
Chriſti autem diſcipulus ſuſtinet/& adhuc intercedit:om
nia facit ut uideatur a deo:gloriam contemnens huma/
nam.Iſte uidens parabolarum euangelicarum cœnam:&
cœleſtes primitiuorum eccleſias:& congregationes & nun/
dinas in quibus erat ſm canticum cāticorum ſponſa:di/
ligit quidem in ſpiritalibus cœnis diſcubitus primos:ut
meliora ſpiritualium ciborum:& primitias conuiuii ſpiri/
talis manducet:& non reliquias cæterorum.Diligit etiam
cum apoſtolis ſedentibus ſuper thronos duodecim/pri/
mas cathedras:actibus bonis dignum ſe præbere feſtinās
cathedras huiuſmodi.Sic autem & ſalutationes quæ fiūt
in nundinis:quas expoſuimus ſupra.Vnus eſt magiſter
omnium.Vocari autem rabi:neq; ab hominibus:neq; ab
alio aliquo diligit iuſtus:certus quia unus eſt magiſter om
nium.Omnes autem qui ſub eo ſunt:alterutrum ſunt fra
tres.Sed & qui ſuperna natiuitate non ſolum ex aqua:ſed
etiam de ſpiritu natus eſt:ſpiritum adoptionis accepit ut
dicatur de eo:quia non ex carne:neq; ex uolūtate uiri:ſed
ex deo natus eſt:nullius eorum qui in terris habentur:&
deorſum filius adhuc exiſtens nō uocat patrem in terris:
quaſi qui per omnem actum ſm deum impletum dicit.
Pater noſter qui es in cœlis.Et ſi miniſtrat quis uerba di/
uina:nequaq̄ ſe præbet ut magiſter uocetur:quaſi ſciens
quia chriſtus in eo eſt:quādo bene profecerit quem opor
tet uocare magiſtrum a cunctis prodificatis:ſe autem ꝓfi/
tetur miniſtrum:ſm mādatum Chriſti dicentis.Qui ma/
ior eſt inter uos ſit omnium miniſter:qm̄ & ipſe chriſtus:
cum eſſet uere magiſter miniſtrum ſe eſſe profeſſus eſt di/
cens.Ego autem ſum in medio ueſtrum non quaſi q re/
cumbit:ſed quaſi qui miniſtrat.Bene autem poſt omnia
quibus uanæ gloriæ uetuit concupiſcentias:addidit di/
cens:qui ſe exaltauerit humiliabitur.Quod utinam om/
nes quidem audirent:maxime autem diaconi:& præſby
teri:& epiſcopi maxime qui arbitrantur ſibi hæc non eſſe
ſcripta:qui ſe exaltauerit humiliabitur.Propterea q quaſi
neq; illud ſcientes:qui ſe humiliat exaltabitur:non audiūt
eum qui dixit.Diſcite ex me qm̄ mitis ſum & humilis cor
de.Inflati ſunt autem & per inflationem decidunt in iudi
cium diaboli:nec quærūt ꝑ humilitatem aſcēdere a iudi/
cio inflationis cum deberēt recordari ſapiētiæ uerbum di
cētis.Quātum magnus es:tantū humilia te:& coram deo
inuenies gratiā.Quod primū dn̄s conſumauit:Quātum
enim fuerat magnus:tantum ſe humiliauit.Cum enim
eſſet in forma dei non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe pa/
rem deo:ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui acci/
piens in ſimilitudine hominum factus:& in ſpecie inuen
tus ut homo humiliauit ſe uſq; ad mortem:mortem aūt

crucis:propterea quod & deus illum ſupexaltauit:& donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore:Dixit Ieſus turbis iudæorum. Væh uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ:quia cluditis regnum cœloꝝ ante hoies.Et reliqua.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadẽ lectione.XXV

QVi audent dicere deum non bonum propter maledictiones:quas aduerſus peccatores in lege ſua poſuit deus:audiãt quomodo quaſi uere filius dei illius q legem dedit:ſm ſimilitudinem quidem benedictionum quæ poſitæ ſunt in lege:dicit:& ipſæ beatitudines eorum qui ſaluantur.Secundum ſimilitudinem autem maledictionum poſitarum in lege : ponit aduerſus peccatores uæh dicens:uæh uobis/& uobis.Et hæc audientes qui deum legis cauſantur non intelligentes ꝙ & illa a deo benigno ſunt dicta:dicant.Quid debemus intelligere de Ieſu dicente:uæh uobis ſcribæ & phariſæi! Qui fatentur bonitatis eſſe aduerſus peccatores iſta pronuntiare:intelligant ꝙ ſimile eſt propoſitum dei in maledictionibus legis ꝓferendis in lege.Siue autem illa maledictio:ſiue illud uæh pronuntiatum : non ex pronuntiatione pronuntiantis unicuiq; contingit peccanti : ſed ex peccatis ipſius peccantis qui dignum ſe præbet ad ſuſceptionem:uel illarum maledictionum uel iſtorum uæh quæ deus diſciplinæ cauſa pronuntiauit aduerſus illos: ut conuertat illos ad bonum.Nam & pater increpans filium:profert frequenter ad emẽdationem eius:quoſdam ſermones qui uidentur eſſe maledictiones:& tamen non uult dignum fieri maledictionibus illis:ſed auertere eum magis cupit ab eis.Hæc diximus:ut demonſtremus euãgelica conuenientia eſſe legi.Similiter & nũc dicens:uæh uobis ſcribæ & phariſæi qui cluditis regnum cœlorum: terruit ſcribas & phariſæos:ut nec cludant regnum cœlorum ante homines.Cludentes autem regnum cœloꝝ ſcribæ & phariſæi duo ad ſemel delinquunt.Vnum quidem ꝙ ipſi non ingrediuntur in regnum cœlorum : ſm ꝙ intrantes introire non ſinunt.Hæc duo peccata naturaliter inſeparabilia ſunt ab inuicem . Qui enim alterum ex iſtis peccat:ab altero ſe non poteſt abſtinere:item econtra:qui ab altero ſe abſtinet/impoſſibile eſt ut non ab altero ſe abſtineat:utputa non inuenitur aliquis : ut ipſe quidem ingrediens in regnum cœlorum alios ingredi non permittat:quoniam q alios uetat intrare in regnum:ſufficit ei ad expulſionem quo minus intret in regnum cœlorum:hoc ipſum ꝙ alios non permittit intrare:quoniam qui ſcandalizauerit de puſillis eccleſiæ:ꝓhibens aliquem intrare in regnum cœlorum:patietur quod ſcriptum eſt in euangelio uæh.Item econtra:qui poteſt aliquem facere intrare in regnum cœlorum:ſi tamen in eius poteſtate fuerit & permittere:& uetare:multo magis ipſe introibit in regnum cœlorum.Cum frequẽter dicat dominus ſcribis et phariſæis uæh:uniuſcuiuſq; uæh cauſam in loco ꝓprio exponemus.Nunc autem huius præſentis uæh exponemus cauſam.Præſentis ergo uæh:cauſa eſt:quia cludebant regnum cœlorum ante homines . Cludentes aũt ante alios:nec ipſi intrabant propter hocipſum ꝙ introire uetabãt eos qui introiſſent utiq; ſi ab iſtis non fuiſſent excluſi.Et primum quidem ſimpliciter quaſi de ſcribis & phariſæis qui apud iudæos habentur : ſermo præſens eſt exponendus.Hi enim non contenti ꝙ ipſi dño non credebant:adhuc derogabant doctrinæ eius:& ſubuertebãt oẽm prophetiam ſcriptam de eo:& blaſphemabant omne opus ipſius quaſi falſum/& a diabolo fictum/dicẽtes: hic non eiicit dæmonia/niſi in belzebub:& homicidialiter ſe præbebant eis qui crediderant chriſto:& omnimodo prohibebant aliquem ad chriſtianitatẽ uenire ꝑ quam introitur in regnum cœlorum. Cludebant illud quod in conſpectu omnium palam eſſet annunciatum & prædicatum:& apud omnes homines conclamatum. Et cludẽtes regnum cœlorum nec ipſi intrabant:nec enim uolebant eum audire qui dixit.Siquis per me introierit ſaluabitur:& introibit & exiet.& paſcua inueniet : nec intrãtes id eſt eos qui credere poterant propter fidem quæ a lege & prophetis ante fuerat declarata de chriſto introire ſinebant:omnino diſſipantes principium. conſenſus eorum. & cum omni terrore & ferali audacia quantum ad ſe omnes uolentes introire per ianuam ꝓhibebant ipſi eam cludentes . Huic ſimplici expoſitioni iungemus etiam hoc: de his qui peccant apud nos:qm̃ omnes qui mala cõuerſatione ſuadent exemplum peccandi in populo:& qui faciunt iniuriam eis qui adhuc ſunt puſilli in chriſto & imperfecti:& examinantes & ſcandalizantes cludere uidentᷓ ante homines regnum cœlorum:& nec ipſi intrant : nec alios introire permittunt . Et hoc peccatum inuenitur quidem etiam in popularibus:maxime aũt in doctoribus q docent qdem ſm iuſtitiam euangelii hoies:non autem faciunt quæ docent:qa ſunt mali paſtores:et ideo non parcunt ouibus:neq; curant de ſalute earum:ſed ſemper aſpiciunt ad lucra ex hominibus uenientia ſibi : pro eo ꝙ uidentur paſcere populum cum nõ paſcant & depræhenduntur in ſordidius lucris:& concupiſcentiis gloriæ uanæ . Iſtæ enim ſunt mercennariorum mercedes:qui cludunt ante homines regnum cœloꝝ:nec intrant in illud: nec uolunt intelligere quod eſt dictum:contendite intrare per anguſtum oſtium . Et qm̃ ſuper omnia certamina: hoc eſt certamen ut ſit aliquis uim faciens & rapiens regnum cœleſte:ad eos ergo tales doctores:cõuenienter iſta dicuntur.Nec uos intratis:nec intrantes ſinitis ĩtrare:maxime ſi uideamus eos uita ſua mala:& ſuperbia & conuiuiis:et auaritia.non dicam unũ de puſillis:ſed etiam quantum ad ſe:omnes in ſcandalum inducentes.Væh ergo illis qui cludũt regnum cœlorum ante homines:uel hoc modo uel alio.Beati autem qui aperiunt illud:uel uerbo uel opere ſuo bono:ſicut ille qui dixit.Oſtium mihi apertum eſt magnum/& euidens : uel ſicut cæteri Apoſtoli aperuerunt . Et ſi quis fuerit imitator eorum : aperit regnum cœloꝝ ante homines ſua iuſtitia & ueritate & caſtitate & ſapientia . Et quanto magis quis proficit pietate:tanto magis aperit ante homines regnum cœloꝝ. Arbitror ergo oẽs qui ꝓfitentur ſe in eccleſiam intrare omnino:aut cludunt regnum cœlorum ante homines : malis conuerſationibus ſuis ſm ꝙ peccant ipſi:aut aperiunt actibus ſuis bonis ſm ꝙ iuſte fuerint conuerſati. Maxime hoc faciunt qui uidentur in eccleſia clariores:quales ſunt epiſcopi/præſbyteri/diaconi . Bene enim uiuentes & bene docentes uerbum ueritatis aperiunt ante homines regnum cœloꝝ.

gnum cœlorum.Et dum ipſi intrant/alios prouocant in/
troire.Mali autem qui non ſunt paſtores ſed mercenarii/
cludunt regnum cœlorum ante homines:nec audiunt
quod ait Apoſtolus.Sed omnia ſuſtinemus/ut nõ offen/
diculum demus euangelio Chriſti.Eſt uere uidere multos
doctores non permittentes intrare in regnum cœlorum:
intrare concupiſcentes:maxime quando ſine iudicio &
ſine ratione non propter peccata quæ faciunt/excõmu/
nicant quoſdam:ſed propter aliquem zelum & conten/
tionem prohibent intrare frequenter:& meliores q̃ ſunt
ipſi.Et ipſi quidem non permittuntur introire:illi autem
qui ſobrii ſunt mente/& animo uigilantes:uincentes ſua
patientia & longanimitate tyrannides eorum:quãuis ue/
titi tamen intrant & hæreditant regnum cœlorum.Dein/
de uideamus extra eos quos diximus ſi poſſibile eſt etiam
alios uidere qui cludunt/& aperiunt regnum cœlorum.
Qui enim digni habiti ſunt & idonei ad euangelium ex/
ponendum:& qui tales ſe præbent ut uere dicere poſſint:
an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chri/
ſtus:aperiunt ante homines regnum cœlorum:quando
altitudinem diuinorum eloquiorum quæ non de terris
dicta ſunt:ſed de cœlo/& de ſenſu domini q uenit ad ho/
mines cum omni manifeſtatione & probatione demon/
ſtrant:ita ut quantum ad ſe eſt gentiles & barbaros:ſapien
tes & inſipientes inducere uelint ad pietatem Chriſti.Qui
autem per ſuam indocilitatem & iniuſtitiam cum multa
temeritate/ſeipſos dederunt ad ꝓfeſſionem docendi prius
q̃ diſcerent & cognoſcerent ueritatem:& propterea fabu/
las uanas iudaicas imitantes:tradunt corporales hyſtorias
ſcripturarum & non ſenſum ſpiritalem:aut uoluntatem
earum:& adhuc detrahunt eis qui Chriſto conſurrexerũt:
& quæ ſurſum ſunt in ſcripturis requirunt & non ſuper
terram:nec in terrenis ſcripturarum poſitam æſtimant ue/
ritatem:cludunt quãtum ad ſe ante homines regnum cœ
lorum:cludentes illud iniuſtitia ſua:& trahentes ad ſe eos
qui poterant audientes diuiniorem & maiorem doctri/
nam & altitudinem ueritatis intrare per cœleſtes doctri/
nas:& per conuenientes eis actus in regnum cœlorum.
Huic expoſitioni cõueniens eſt:quod ſcribit Lucas.Væh
uobis legiſperitis:quoniam abſtuliſtis clauem ſcientiæ,&
ipſi non introiſtis:& alios intrantes ꝓhibuiſtis.Qui enim
criminantur expoſitionem allegoricam:et docere uolunt:
q̃ manifeſta eſt diuina ſcriptura:& nihil habẽs amplius q̃
tus oſtendit:neq; diuiniorem aliquem ſenſum/& de cir/
cunciſione:uel de paſcha:uel de azimis:uel de æſcis & po
tibus:uel de feſtiuitatibus:uel de neomeniis:uel de ſabba/
tis:& non reſpiciunt quoniam in oſtenſione & umbra fu
turorum tunc ſeruiebant iudæi:legiſperiti quidem ſunt:
tamen tulerunt clauem ſcientiæ quãtum ad uerbũ ſuum:
id eſt omnem legis uiam ad intelligenda legitima auferen
tes.Propterea nec ipſi intrauerunt:nec alios quantum ad
ſe intrare permiſerunt.Væh uobis ſcribæ & phariſæi hy/
pocritæ qui circuitis mare & aridam:ut faciatis unum ꝓ/
ſelitum:& cum fuerit factus:facitis eum filium gehennæ
duplo q̃ uos eſtis.Hæc conuenienter dicuntur poſt ad/
uentum Chriſti ad ſcribas & phariſæos iudaicorum uer/
borum qui diligenter circũeunt plurima loca mundi:ut
aduenas iudaizare ſuadeant.Quicunq; enim poſt ſalua/
torem iudaizant:docentur mirari affectum eorum qui di
xerũt in illo tempore.Crucifige:crucifige eum.Et iterum.
Tolle:tolle a terra eiuſmodi.Docentur autem & accuſare
eum:ſicut tunc accuſabant ſacerdotes plæbis.Eſt autem
eos uidere uſq; nunc:cum iudicatur latro:& teſtimonium
dat ueritati chriſtianus uolentes magis abſolui imitato/
rem barrabæ:q̃ Chriſti diſcipulum:quæ omnia non ſim/
pliciter faciunt proſelitum filium gehennæ:ſed ſicut ſcri/
ptum eſt dupliciter ſuper ſcribas & phariſæos qui proſe/
litum eum fecerunt.Sed dicet aliquis in hoc loco.Quo/
modo diſcipulus proſelitus eis qui nunc ſunt ſcribæ &
phariſæi mirabiles conſtituti:non æqualiter efficitur filius
gehẽnæ doctoribus ſuis:ſed dupliciter.Dici enim quo/
niam debebat minus fieri gehẽnæ filius.Aut ſi forte pro
dimidia parte ei qui fecit proſelitum eum.Aut ſi & aliqs
concedat:ut ſit diſcipulus ſicut magiſter eius debebat di/
ſcipulus æqualiter magiſtro ſuo fieri filius gehennæ.Ar/
bitror ergo omnem hominem qui ex conuerſatione gen
tili iudæorum factus eſt proſelitus filium gehennæ fuiſſe:
& priuſq̃ proſelitus efficiatur.Sufficiens eſt enim etiam
uita idolatriis ſubdita:facere hominem filium gehennæ.
Talem ergo filium gehennæ ſaluat quidem & liberat per
lauacrum baptiſmatis:ſermo dñi noſtri Ieſu chriſti dans
ei poteſtatem fieri filium dei:& uiam ei oſtendens:ut effi/
ciatur filius dei patris qui eſt in cœlis.Sermo autem iu/
dæorum non credentium chriſto:non ſolum gentilem
non ſoluit a gehenna:ſed adhuc addit illi dãnationis nu/
merum:ut etiam ſm iudaiſmum fiat filius gehennæ.Et
ſic facit ſcriba/uel phariſæus filium gehennæ alterũ prius
q̃ ſe:non quia ipſe dupliciter facit:ſed quia cum factus fue
rit homo dupliciter filius gehennæ per doctrinam docto
ris efficitur.Et ſic fit ille qui docuit cauſa ſecundi erroris
illius:ut fiat dupliciter filius gehennæ ſupra illum qui ma
le docuit eum.Alius autem dicit alio modo.Quoniam
qui ab initio nutriti ſunt in lege Moyſi:iam ſunt filii ge/
hennæ:propterea q̧ non crediderunt in Chriſtum.Qui
autem gentilem reliquerunt uitam ſemel iudicantes relin
quere idolatriam in qua fuerant enutriti:& appræhende/
runt iudaicam uitam:duplici pœna ſunt digni:qui non
cum requiſitione reliquerunt:neq; diſcutere uoluerũt iu/
daicum uerbum:& ipſum quod uidetur iudaico uerbo
eſſe cogatum:id eſt profeſſionem chriſtianorum:nec ſer/
uati ſunt ab eis qui utranq; ſectam idonei ſunt docere:ut
intelligerent quod uerbum uerius eſſet & potius eligen/
dum.Simul diſcimus ex hoc loco:quoniam & eorum q
in gehenna futuri ſunt/erit differentia tormentorum:qm
alter quidem eſt ſimpliciter filius gehennæ:alter autẽ du/
pliciter.Sed & hoc uidere oportet:ſi adhuc abundantius
fiat aliquis filius gehennæ:utputa tripliciter:uel multipli/
citer ſm multitudinem peccatorum:& ſi generaliter eſt
fieri aliquem filium gehennæ:utputa iudæum:uel genti/
lem aut cuiuſcũq; falſi dogmatis ꝓfeſſorem:aut & ſpecia/
liter:ut ꝑ ſingulas ſpecies peccatoꝝ fiat qs filius gehẽnæ:
utputa q fornicatur ſit filius gehennæ:& qui adultera/
tur:dupliciter ſit:& qui furtum facit adhuc tripliciter ſm
quod ſcriptum eſt.Qua menſura mẽſi fueritis,eadẽ men
ſura metietur uobis:ut iuſtus qdem ſm numerum iuſti/
tiarum ſuarum augeatur in gloria:peccator autem ſm nu
merum peccatoꝝ ſuorum multiplicetur in gehẽna.Quæ
ſit autem hæc gehẽna/& in quo loco ſcripturarum prius

eſt nominata:qui poteſt requirat:maxime in diuiſione hæ
reditatis Ieſu filii Naue:ubi interdum quidem appellatur
uallis filiæ nom:interdum autem uallis enon quæ eſt in
gehenna. Gehenna enim eſt uallis. Et obſeruet quoniam
ſicut Hieruſalẽ ſors:ut tribus Beniamin:& aliæ quædam
ciuitates electæ uel uici:ſic & gehenna. Conſequẽs autem
eſt ei qui cognoſcit quæ ſit Hieruſalem in diuiſione ueræ
hæreditatis filiorum Iſrael:ut intelligat ſermonem de ge/
henna. Qui autem legit diligenter Ieſum naue:uideat & q
uici referuntur illic uicinare ualli ei quæ dicitur gehenna.
Hæc prolixius & manifeſtius tradere per atramentum &
calamum & chartam uiſum mihi eſt non eſſe cautum:uti/
nam & hæc ipſa quæ dicimus nõ uideamur temere & pe
riculoſe dixiſſe. Væh uobis duces cæcoꝝ qui dicitis. Qui/
cũq; iurauerit per templum nihil eſt. Qui autem iurauerit
per aurum templi/debet. Stulti & cæci: quid enim maius
eſt:aurum,an templum quod ſanctificat aurum. Et qui/
cũq; iurauerit per altare nihil eſt: ſed quicũq; iurauerit per
donum quod ſup illud eſt:debet. Stulti & cæci:qd enim
maius eſt:donum/an altare quod ſanctificat donũ? Qui
ergo iurat per altare iurat per illud: & in oĩbus quæ ſunt
ſuper illud. Et qui iurat per templum/iurat p illud: & per
eum qui habitat in ipſo. Et qui iurat per coelum/iurat per
thronum dei:& per ſedentem ſuper eum. Per hoc quoq;
uerbum criminatur traditiones phariſæoꝝ quaſi non re/
ctas. Hoc facit & in eo loco ubi uituperat traditiones pha/
riſeoꝝ factas aduerſus dei mandatum:quod poſitum erat
de honore patris uel matris:dicentibus enim phariſæis:q/
cũq; dixerit patri uel matri:donum quod ex me tibi pro/
derit nõ honorabit patrem ſuum:poſt quæ addidit:& di/
cit:irritum feciſtis mandatum dei:ut ſtatuatis ueſtram tra/
ditionem:& profert Eſaiæ exemplum/dicẽs. Populus hic
labiis me honorat:cor autem eoꝝ lõge eſt a me. Sine cau/
ſa autem colunt me docentes doctrinas/mandata homi/
num. Vna autem ex phariſaicis traditionibus erat talis de
iurantibus:qm̃ quidam quidem per templum iurabant:
alii autem per aurum templi:item alii per altare:alii per do
num altaris:& dicebant debitorem eſſe eum qui p aurum
templi iurauerit:aut per donum altaris:eum autem in nul
la re obnoxium eſſe:qui iurauerit per templum/uel per al/
tare. Ideo ergo aduerſus eiuſmodi traditiones loquens
iudæis Saluator:& uolens eos corrigere ab humanis tra/
ditionibus ad diuina mandata/dicit. Quoniam cæci & fa
tui ſunt qui talia tradunt non uidentes: quoniam omne
quod poſitum eſt in templo non per ſeipſum ſanctifica/
tum eſt/ſed per templum:ſic & quod poſitum eſt ſuper al
tare/donum iam dei eſſe iudicatur/ex eo ꝙ ſuper altare ſu/
ſceptum eſt. Si ergo cauſa ſanctificandi auri templum eſt:
& ſanctificandi doni altare:qũo non uideatur fatuum hic
qui iurat per ſanctificantem non eſſe reum:qui autem per
ſanctificatũ iurauerit/reum uideri? quaſi melius ſit quod
ſanctificatur:q̃ quod ſanctificat. Ita qm̃ iudæi conſuetudi
nem habent:& per coelum iurare:præcedentibus addidit
etiam hoc ad repræhenſionem eoꝝ qui facilius iurabant
per coelum q̃ per deum. Quoniam ſimiliter irrationabili/
ter agit qui iurat per coelum:ſicut qui iurat per templum/
uel per altare:quoniam qui iurat per coelum:& per ſeden
tem ſuper eum iurare uidetur. Et non ſicut arbitratur eua/
dit periculum ex eo quod non per ipſum deum iurat:ſed
per thronum dei. Et hæc loquitur ad iudæos prohibens
homines phariſæorum attẽdere traditionibus. Alioquin
manifeſte ſuperius uetuit omnino iurare. Si autem opor/
tet quaſi in talibus euangelii agris abſconditum:& non a
quibuſcunq; compræhẽſibilem ſenſum ſcripturæ: uel ex
parte altius publicare:dicendum eſt. Omne iuramentum
colligatio eſt/& confirmatio uerbi de quo iuratur. Iura/
mentum ergo eſſe intelligendum eſt omne teſtimonium
ſcripturarum quod profertur ad confirmationem/& col
ligationem noſtri uerbi quod loquimur:ut ſit qdem tem
plum gloriæ dei omnis ſcriptura diuinitus inſpirata:au/
rum autẽ poſitus ſenſus in ea. Debemus ergo ad teſtimo/
monium omnium uerboꝝ quæ proferimus in doctrina
proferre ſenſum ſcripturæ quaſi confirmantem quem ex/
ponimus ſenſum. Sicut enim omne auꝝ quodquod fue
rit extra templum non eſt ſanctificatum:ſic omnis ſenſus
qui fuerit extra diuinam ſcripturam (q̃uis admirabilis ui/
deatur quibuſdam) non eſt ſanctus:quia non continetur
a ſenſu ſcripturæ:quæ ſolet eum ſolum ſenſum ſanctifica/
re quem habet in ſe:ſicut templum ꝓprium aurum. Non
ergo debemus ad confirmãdam doctrinam noſtram/no
ſtros proprios intellectus iurare:& quaſi teſtimonia aſſu/
mere/quos unuſquiſq; noſtrum itelligit & ſm ueritatem
æſtimat eſſe:niſi oſtenderit eos ſanctos eſſe ex eo ꝙ in ſcri/
pturis continentur diuinis/quaſi in templis quibuſdam
dei. Stulti ergo & cæci omnes qui non cognoſcunt: qm̃
templum:id eſt lectio ſcripturarum/magnum & uenerabi
lem facit ſenſum:ſicut aurum ſacratum. Adhuc autem ui/
de/ne forte ſm ſimilitudinem templi & auri poſiti in tem
plo/itelligere debeamus altare:& donum quod poſitum
eſt ſuper altare. Altare ergo quod uotum ſanctificat eſt ho
minis cor/qđ principale habetur in homine. Vota aũt &
dona quæ ponuntur ſuper altare:omne quod ſuperpo/
nitur cordi. utputa propoſuiſti orare:uotum orationis po/
ſuiſti ſuper cor tuum:quaſi ſuper quoddam altare:ut ora/
tionem offeras deo. Propoſuiſti pſallere:uotum pſalmoꝝ
poſuiſti ſuper cor tuum: quaſi ſuper quoddam altare:ut
offeras deo uotum pſalmoꝝ. Propoſuiſti elemoſynas fa/
cere:uotum elemoſynarum poſuiſti ſup cor tuum: quaſi
ſuper quoddam altare:ut uotum elemoſynarum offeras
deo. Propoſuiſti ieiunare:uotum ieiunii poſuiſti ſuper cor
tuum:quaſi ſup quoddam altare. Venerabile ergo & ſan/
ctum facit omne uotum hominis cor eius:ex quo uotum
deo offertur. Ideo non poteſt honorabilius eſſe uotum q̃
cor hominis ex quo tranſmittitur uotum. Cæcus ergo eſt
omnis homo qui uidet/aut elemoſynas alicuius magnas
aut pſalmos/aut ꝓces magnas/aut ieiunia: & ſine iudicio
beatificat illa:& non conſiderat ex quali corde elemoſy/
næ offeruntur/uel pſalmi/uel preces/uel ieiunia offerunt.
Altare eſt enim cor quod ſanctificat uotum eius qui mun
di eſt cordis. Si enim cor & conſcientia hominis nõ com
pungit:fiduciam habet ad deum. Non propter dona ſua:
neq; uerba orationis uel pſalmi:quãuis uideantur bñ cõ/
poſita/& de ſcripturis electa: ſed quia/ut ita dicam/altare
cordis ſui bene cõſtruxit. Qui ergo teſtem altare:id eſt cor
principale & conſcientiam aſſumit:iurat per altare:cõple/
ctens omnia quæ cõtinentur in eo. Et qui iurat ſm quod
tradidimus per templum:idem per ſcripturam iurare ui/
detur & per uerbum: ſenſumq; dei qui continetur in ea.

Tertium

Tertium aũt eſt ut dicamus:quoniam ſuper templum:id
eſt ſuper omnem ſcripturã:& ſuper altare:id eſt ſuper om
ne cor:eſt intellectus quidam ſuper intellectum omnium
ſcripturarum : & ſuper omne cor:qui ſuper cor hominis
nondum aſcendit:qui moraliter appellat̃ coelum:& thro
nus iam non gloriæ dei quemadmodum templum : ſed
dei ipſius. Templum enim gloriæ dei:tẽplum eſt in quo
p̱ ſpeculum uidemus in ænigmate. Coelum autem quod
eſt ſuper tẽplum ipſius dei in quo thronus eſt dei:in quo
eſt conſiderare facie reuelata cum uenerit quod perfectum
eſt / faciem myſterioꝝ ueritatis ſedentium in huiuſmodi
coelo. Væh uobis ſcribæ/& phariſæi hypocritæ qui deci/
matis mentham / & anethum & cyminum : & relinqui/
tis quæ grauiora ſunt legis:iudicium/& miſericordiam:et
fidem . Hæc autem oportuit facere : & illa non omittere.
Duces cæci liquantes culicem:camelum autem glutien/
tes. Hic ſermo opportuno tempore eſt dicendus eis qui
circa res quidem minimas religionem oſtendunt ad deũ:
circa res autem magnas & neceſſarias contemnunt man/
datum :& deum ipſum qui ea mãdauit. Talia & apud iu
dæos fiebant qui arbitrabantur ſe legem Moyſi ſeruare:
qui præcipit ex oĩbus fructibus decimas dare leuitis/& ſa/
cerdotibus:ita quoniam facile erat implere legem in mini
mis:mẽtham quidem & anethum & cyminum decima/
bant/& omnia:ut ita dicam minima : & quæ leuia erant
legis:grauia autem eius nõ obſeruabant : id eſt iudicium/
& miſericordiam / & fidem. Iudicium quidem:ut unuſ/
quiſq; iuſto iudicio de omnibus iudicaret:nõ de quibuſ/
dam:& acquieſceret ei qui dixit miſericordiam uolo q̃ ſa
crificium:ut ſacrificia miſericordiarum deo offerret:ut di
ſcutiens ea quæ fidei ſunt eſſet fidelis. Sed quoniam con
ueniens erat ut audiẽtes quidam de decimãdis rebus mi/
nimis dominũ iſta loquentem cõtemnerent minimarum
rerum decimationem:ſapienter addidit dominus dicens.
Et hæc oportuit facere:hoc eſt iudicium:& miſericordiã:
& fidem : & illa non omittere id eſt decimationem men/
thæ:& anethi:& cymini. Et dicit eos qui talia agũt ſcribas:
& phariſæos qui omittunt grauiora legis : & decimant
cõtemptibilia fructuũ duces eſſe cæcos. Et ſapienter dicit
eos tales liquare:id eſt expellere a ſe minima delicta : quæ
culices nominauit:glutire autem:id eſt cõmittere maxima
delicta quæ nominauit camelos : animalia uidelicet tor/
tuoſa & grandia:Secundum hos itaq; ſermones omnis
homo q omittit grauiora legis maxime iudicium : & mi/
ſericordiam:& fidem:camelum glutit. Non ſolum autem
apud iudæos:ſed etiam apud nos:multos eſt inuenire pec/
cata huiuſmodi peccantes:& glutientes camelos:in eo ꝙ
maxima delicta cõmittunt. Et oportet huiuſmodi homi/
nes frequẽter cõſiderare quomodo in rebus minimis re/
ligionem ſuam oſtendãt:& bene eos hypocritas appellat.
Volentes enim religioſitatem acquirere coram hominibꝰ
nolũt ſuſcipere religioſitatem illam quam deus iuſtifica/
uit. Fugiendæ ſunt ergo nobis ſcibarum & phariſæoꝝ
ſimulationes huiuſmodi:ne uæh illud etiam nobis con/
tingat queãdmodum & illis. Aeſtimo autem omnes mo/
raliter ſcribas dici:qui amplius nihil æſtimant poſitum in
ſcripturis:q̃ ſimplex ſmo ſcripturæ demõſtrat:ſed adhuc
contẽnunt eos qui ſcrutantur altitudinem dei. Similiter
phariſæi ſunt omnes qui iuſtificant ſemetipſos:et diuidũt
ſe a cæteris dicentes:noli mihi appropiare:quoniam mũ/
dus ſum. Interpretantur autem phariſæi ſm nomen pha/
res:diuiſi:qui ſeipos a cæteris diuiſerũt. Phares autem di/ 225
citur/hæbraica lingua diuiſio. Si aũt oportet in eiuſmodi
euangelii uerbis:etiam moralem aſſumere itellectum:ſciẽ/
dum eſt quoniam ſicut mentha:et anethum:et cyminum
ciborum ſunt conditura : non ipſi principales cibi:ſic in
cõuerſationibus noſtris quædam quidem ſunt principa/
lia/et neceſſaria ad iuſtificationem animarum noſtrarum/
qualia ſunt hæc grauia legis : iudicium/& miſericordia/&
fides. Alia autem quaſi condientia actus noſtros:& cõmẽ
dantia eos & ſuauiores eos facientia:utputa abſtinentia/
riſus/& ieiunium:flexio genuum:permanſio in collectis:
aſſiduitas cõmunicationis:& alia his ſimilia quæ nõ ipſæ
iuſtitiæ ſunt : ſed conditura iuſtitiaꝝ habẽtur. Res autem
ſpiritales quæ a ſemetipſis iuſtitiæ ſunt:dicũtur iudcium
& miſericordia/& fides. Turpe ẽ ergo in iis minimis ob/
ſeruare quod eſt decimare:rerum autem neceſſariaꝝ obſer
uationes non offerre deo:id eſt nõ decimare . Qui autem
hæc agũt & docẽt ſicut et priores:duces ſunt cæci. Quo/
modo autem non æſtimentur cæci:quos latet magnitu/
do & tortuoſitas camelorum : id eſt actuum peruerſoꝝ:
nec uident:quoniam nihil prodeſt liquare/& cautum eſſe
diſcuſſorem in rebus minimis cum principalia/& uere ad
gloriam dei pertinentia negligãtur. Quoniam ergo mul
ti ſunt & in nobis qui circa res leues caute uiuere æſtimã/
tur:circa res autẽ neceſſarias contẽnunt ſeipſos:huiuſmo/
di homines ſermo præſens cõfundit. Non quidem leuia
illa prohibẽs obſeruare:ſed principalia/& magis ſalutaria:
præcipiens cautius cuſtodire . Omnia ergo liquat qui in
omnibus quæcũq; agit:uel loquitur:uel cogitat:ſegregat
quod eſt ſordidum:& terrenum:& non diuinis rationibꝰ
adornatum ab his quæ natura lucida ſunt : & ſincera. &
iuſta:ſm eum qui docet. Epulemur non in fermento ma/
litiæ & nequitiæ:ſed in azimis ſinceritatis/& ueritatis. In/
uenies autem multos qui credere æſtimantur:non liqua/
tos ſermones:& actus:& cogitationes habẽtes. Propterea
ſicut ſoenum carnalia eoꝝ acta ignis comedet:crucians etiã
animam ſimul cum corpore propter cõcreta ei delicta cor
poralia . Sicut enim non eſt poſſibile ſuperfluitates cor/
poribus innatas ſine magno dolore & cruciatibus ampu
tare ab eis qui patiuntur : ſic nec cõmiſſa carnalia ab eis:q
ut ita dicam:animas ſuas carnes fecerunt. Propterea dictũ
eſt de talibus animabus . Non permanebit ſpiritus meus
in hominibus iſtis:quoniam carnes ſunt. Væh uobis ſcri/
bæ & phariſæi hypocritæ qui emundatis quod foris eſt
calicis:& parapſidis : intus autem pleni eſtis rapina:et in/
temperantia:& dolo. Phariſæe emunda prius quod intus
eſt calicis/& parapſidis : ut fiat id quod foris eſt mũdum.
Hic ſermo nos inſtruit:ut feſtinemus eſſe iuſti nõ appare/
re. Qui enim ſtudet ut appareat iuſtus : quæ a foris ſunt
mũdat/& quæ uidẽtur curat:cor autem ſuum & conſciẽ/
tiam negligit nõ conſiderãs quoniam qui ſtudet ea quæ
intus ſunt:& cogitationes ſuas ſtudet mundare:cõſequẽs
eſt:ut etiam ea quæ a foris ſunt ſtudeat facere munda . Si
quis autem ea quæ uident̃ ſtudet:negligit autem interio/
ra animæ ſuæ:neceſſe eſt:ut huiuſmodi homo impleatur
ab intus auaritia:laſciuia : malignitate : cæteriſq; plurimis
malis . Quoniam oĩs qui de ſalute ſua ſollicitus eſt quod

eſt abintus:et de opinione ſollicitus eſt:qđ eſt a foris:non
autem omnis qui de opinione ſollicitus eſt : a foris etiam
de ſalute ſua ſollicitus eſt abintus. Vtputa ſcriptum é. Qui
uiderit mulierem ad concupiſcédum eam:mocchatus eſt
in corde ſuo. Iſte ergo qui abſtinet ſe ab opere fornicatio/
nis:fornicatur aũt in cõcupiſcentia cordis ſui : mundauit
quod a foris eſt calicis et parapſidis:aut catini:abintus aũt
intemperantia plenus eſt . Sed & qui facit elemoſynas:ut
gloriam ab hominibus conſequatur : mundare quidem
uidetur quod a foris eſt calicis & parapſidis faciés elemo
ſynas coram hominibus. Abintus autem plenus eſt cupi/
ditate gloriæ . Et quicqd boni fecerit homo non ex con/
ſcientia munda propter deum:a foris quidem mũdus ui/
detur:abintus aũt plenus eſt malis. Sed et omnes falſi do/
gmatis profeſſores calicis ſunt a foris quaſi mundati pro/
pter ſpeciem religionis quã ſimulant: Abintus autem ple/
ni rapina:ſeductione:quibus rapiũt homines ad errorem:
& lupi rapaces ſub pellibus ouium latitantes: & deuoran/
tes animas ſimplices:qui uidere eos nõ poſſunt lupos eſſe
rapaces:propter ouilium pellium tegumẽtum. Si oportet
autem omnia in ſermonibus euangelicis moraliter cõſi/
derare:uidẽdum eſt quare apud Matthæum quidem a fo
ris calicis/& parapſidis ſcribæ: & phariſæi mũdare dicun/
tur:apud Lucam autem calicis & catini mentio fit. Vterq;
ergo uaſa ponunt cibi & potus et calicem quidem ambo
nominant qui eſt ad potum parapſidem autem nõ am/
bo:ſed ille quidem catinũ. Hic autem parapſidem : utrũq;
tñ uas cibi habetur. Ergo ſm utrunq; euangeliſtam eſt ali/
quis ſpiritalis potus : & ſpiritalis cibus quem aperimus in
ſermonibus ſcripturaꝝ legis & ꝓphetarum . Omnis itaq;
ſermo per quem potamur ſpiritaliter : uel omnis narratio
per quã enutrimur uaſa ſunt potus & cibi. Ammonemur
ergo ut non curam habeamus ſermonum uel narrationũ
quæ foris ſunt:ſed quæ abintus ſunt:ut cor noſtrum ſen/
ſibus mundis potatoriis & enutritoriis impleatur:& non
uerbis neq; compoſitionibus eoꝝ ornatis:quia nõ in ſer
mone eſt regnum dei:ſed in uirtute. Vtputa qui ſtudet cõ/
poſitum proferre ſermonem : magis q̃ ſalutari ſenſu re/
pletum : calix narrationis eius a foris mundatus eſt : ab/
intus autem ſordibus : uanitatibuſq; repletus. Vnde Pau/
lus qui non ſolebat a foris calicis & parapſidis mundare:
ſed abintus impitum ſe confitetur ſermone:ſed non ſcié/
tia:& erat ſermo ipſius ruſticus quidem tamen mũdus,ꝓ/
pter ſcientiæ munditiam. Illi aũt qui in ſapientia uerbi lo/
quebantur:& per hoc Chriſti crucem euacuabãt:a foris q/
dem mundos præbebant ſermones ſuos : abintus autem
imunda ſcientia plenos:& rapinis:& intemperantia uitæ.
Item qui audiens uerbum/aut aliquam legis ſcripturam
compoſitionibus eius exterioribus magis q̃ interioribus
& ſalutaribus ſenſibus delectatur:calicem uel parapſidem
diligit a foris mũdatum:abintus autem ſordidũ. Si opor/
tet autem & tertiam cognatam prioribus ſuperinducere
expoſitionem:dicimus quoniam litteræ legis & prophe/
tarum calices ſpiritalium potuum animæ/& parapſides
neceſſariaꝝ æſcarum ſunt fidelium hominum : uel catini
ciborum ſapienter cõditorum. quorum calicum:et para/
pſidum/& catinorum legalium:uel ꝓpheticoꝝ:ſcribæ q/
dem & phariſæi ſtudent ſenſum exteriorem:atq; uulgaré:
& hũc mũdum & ſanctum demõſtrare feſtinãt. Diſcipuli
autem Chriſti ſenſum interiorem : & ſpiritalem mundare
feſtinant:& ſanctificare:ſcientia/& demonſtratione pro/
babili:ut abintus mundatam legem & prophetas mãdu/
cent:& bibant : interiorem & myſterialem ſenſum audire:
& ſuſcipere cõcupiſcentes : & tranſcendentes ſenſus exte/
riores uerborum. Bonum eſt ergo abintus caute munda/
re calicis:uel parapſidis :uel catini:quia et qui mundauerit
primum quod abintus eſt calicis:fiunt etiam ea quæ foris
ſunt uera mundata:& tunc inueniuntur uaſa ſermonum
munda:quando manifeſtati fuerint ueri & ſpiritales ſen/
ſus eorum. Væh uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ:quia
ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis quæ a foris qdem parent
ſpecioſa:intus uero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ & om/
ni ſpurcitia : ſic & uos a foris quidem paretis hominibus
iuſti:abintus aũt pleni eſtis hypocriſi/& iniquitate . Sicut
enim ſuperius abintus pleni ſunt rapina & intẽperantia:
ſimiliter & hic pleni ſunt hypocriſi & iniquitate:quæ cõ/
parãtur oſſibus mortuorum immundiciæ uniuer æ. Hypo
criſis enim cum ſit aliqua ſimulatio boni : nihil quidem
habet uitale ex eo bono quod ſimulat . Oſſium aũt:ut ſic
dicam uirtutis illius quã ſimulat mortua iuſtitia eſt:aut ca
ſtitas. Si enim ſapienter audiamus : quod uult obſtendere
ſermo præſens:ĩtelligimus ꝙ oĩs iuſtitia ſimulata:mortua
iuſtitia eſt. Sicut homo mortuus uidetur quidem homo:
ſed nõ eſt homo:ſic & mortua caſtitas:nec caſtitas é. Mor
tua autem eſt quæ nõ propter deum:ſed in ſimulatione ꝓ/
pter homines ſit. Et quẽadmodum eſt in mimis qui per/
ſonas ſuſcipiunt aliquoꝝ:& non ſunt ipſi quos ſimulãt:
ſed uidẽtur. Sic q iuſtitiam ſimulat : ſimulata iuſtitia eius:
nõ eſt iuſtitia:ſed uidetur. Eſt enim nõ iuſtitia ſed figmen/
tum iuſtitiæ:ſic & in ſeductione:caſtitas ficta nõ eſt caſti/
tas:ſed uidetur. Propter quod bene aſſimulãtur huiuſmo/
di homines ſepulchris dealbatis. A foris uidentur iuſti in
conſpectu eoꝝ qui neſciunt interiora cõſiderare:abintus
autem pleni ſunt oſſibus mortuoꝝ. Tanta ſunt oſſa in eis
& imunditiæ quãta opa ſimulant bona ex malo affectu:
& uident a foris iuſti coram hominibus nõ eis quos ſcri/
ptura deos appellat : ad quos factum eſt uerbum dei: ſed
coram eis qui ſicut homines moriuntur . Et malum qui/
dem eſſet:uel unum oſſium mortui habere intus in ſe:uel
imunditiam aliquã unam. Nũc autem uide exaggeratio/
nem ſcripturæ de malicia hypocritaꝝ . Sicut enim ſepul/
chra plena ſunt oſſibus & imunditia omni:ſic & illi pleni
ſunt hypocriſi & iniquitate : nõ in una aliqua re ſimulan
tes:neq; in cõſpectu unius in omni uita ſua : uel duobus:
uel tribus:q̃uis & hoc eſſet peſſimum malum:ſed omnib⁹
diebus uitæ ſuæ in ſimulationibus uiuũt : & aliud qdem
ſunt:aliud aũt eſſe putantur. Sunt laſciui quidã abintus:a
foris aũt caſtos ſe eſſe oſtẽdũt:ſimulatores caſtitatis/& uir/
ginitatis fictores. Et alii ſimulatores iuſtitiæ:cũ ſint abint⁹
iniq & alii aliaꝝ uirtutũ ſimulatores exiſtũt cũ ſint abitus
cõtrariis uitiis pleni . Sunt qdam & martyrii ſimulatores.
Quidam auté epiſcopatus uel præſbyteratus uel dyaco/
natus:uel eccleſiaſticæ ſcientiæ:uel doctrinæ tantum per/
ſonas & oſtentationem uirtutum habentes : uere autem
ſunt inimici earundem uirtutum quas ſimulant.

℄ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus turbis iudæorum
et pricipibus ſacerdotum. Væh uobis ſcribæ et
phariſæi

phariſæi hypocritæ qui ædificatis ſepulcra prophetarum:
& ornatis monuméta iuſtoꝝ/& dicitis:quia ſi fuiſſemus
in diebus patrum noſtroꝝ non eſſemus ſocii eorum in
ſanguine prophetaꝝ. Itaq; teſtimonium redditis uobis:
qa filii eſtis eoꝝ qui occiderunt prophetas. Et uos imple/
te mẽſuram patrum ueſtroꝝ. Serpentes generatio uipera/
rum: quomodo fugietis a iudicio gehẽne! Ideo ecce ego
mitto ad uos prophetas/& ſapientes:& ſcribas ı & ex illis
occidetis:& crucifigetis : & ex illis flagellabitis in ſynago/
gis ueſtris & perſequemini de ciuitate in ciuitatem:ut ue/
niat ſuper uos oĩs ſanguis iuſtus q effundit̃ ſup terram.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectione.
Numero. XXVI.

QVantum ad primam faciem pertinet textus
nõ ſatis rationabiliter cõminari uidetur ad
uerſus eos qui ædificant ſepulcra prophe/
tarum:& ornant monuméta iuſtoꝝ. Quã/
tum ad hoc enim ſolum laudabile aliquid
faciebãt:quia ſepulcra prophetarum ædificabant ı & or/
nabant monumenta iuſtoꝝ : operibus patrum ſuorum:
quibus auſi ſunt cõtra ꝓphetas/& ſanctos nõ cõſentien/
tes maxime in eo quod dicunt:ſi fuiſſemus in diebus pa/
trum noſtroꝝ:nõ eſſemus ſocii eorum in ſanguine pro/
phetarum. Quomodo ergo digni erant ſuſcipere uæh! Si
autem dicit aliquis quãtum ad opus quidem illud & ꝓ/
feſſionem uerboꝝ ſuorum non erant rei:propter illud aũt
ꝙ teſtimonium ſibi reddebãt:eſſe ſe eoꝝ filios qui occi/
derunt prophetas culpabiles erãt:quod nec ipſum uerum
eſt. In re enim quæ ex arbitrio hominis nõ cõtingit:quo/
modo poteſt homo fieri reus! Non enĩ ex arbitrio uniuſ/
cuiuſq; hominis eſt:cuius ſit filius boni uiri:aut mali ui/
ri. Ergo neq; propter illud:quia ædificabant ſepulcra ꝓ/
phetarum ı & dicebãt ſi fuiſſemus in diebus patrum no/
ſtroꝝ nõ eſſemus rei:uel rei erant:uel innocẽtes : ſed quia
rebus ipſis & ſimilitudine facinoꝝ teſtimonium ſibi red/
debant eſſe ſe filios eorum qui occiderunt prophetas:im/
plẽtes menſuram patrum ſuoꝝ:et adhuc adiciẽtes quod
fuerat minus. Supplẽtes interfectionem prophetaꝝ / atq;
iuſtorum iterfectione Chriſti filii dei . Propter quod poſ/
ſibile nõ erat qui huiuſmodi actu detinebantur obnoxii
fugere a iudicio gehẽnæ. Quibꝰ nec ſuffecit ſanguis Chri/
ſti:ſed adhuc illos prophetas:uel ſcribas qui fuerunt miſ/
ſi a Chriſto interfecerũt/& crucifixerunt:& in ſynagogis
ſuis flagellauerũt & perſecuti ſunt de ciuitate in ciuitatem.
Pro quibus oĩbus homicidialibus cõmiſſis:iuſtum fuerat
eos pati excidium hieruſalem:captiuitatem populi:patiẽ/
tia dei magnitudinem & multitudinem facinoꝝ eorum
ulterius non ſuſtinẽte. Venit aũt in generationem eorum
qui impleuerãt menſuram patrum ſuoꝝ : & ſuperpoſue/
runt Ieſu Chriſti prophetas:& ſapientes:& ſcribas omnis
ſanguis iuſtus qui effundit̃ ſuper terram a ſanguine abel
iuſti uſq; ad ſanguinem zachariæ filii barachiæ ı cuius in/
terfectionem imputat ſcribis & phariſæis:quaſi non eſſet
interfectus a patribus eoꝝ:ſed ab ipſis illis . Sic enim ſcri/
ptum eſt quẽ occidiſtis inter tẽplum & altare . Nõ autem
poſſunt qui exprobrantur a Chriſto dicere zachariam fi/
lium barachiæ unum fuiſſe ex ꝓphetis duodecim:quoꝝ
ſcripta habemus in manibus:ſed zachariam dicit patrem
Ioannis:de quo per ſcripturas qdem canonicas oſtẽdere
nõ poſſumus:nec quoniam filius fuit barachiæ:nec quia
ſcribæ:& phariſæi interfecerũt eum inter tẽplum & altare.
Sed uenit ad nos quædam traditio talis : quaſi ſit aliquis
locus in templo ubi uirginibus qdem conſiſtere licet : &
orare deum. Experte aũt torum uirilem:non permittebã/
tur in eo cõſiſter̃. Maria autem poſtq̃ genuit Saluatorem:
ingrediens adorare ſtetit in illo uirginum loco. Prohibẽ/
tibus aũt eis qui nouerant eam iam filium genuiſſe:zacha
rias ſtetit/atq; dixit prohibentibus eam:qm̃ digna eſt uir/
ginum loco cum ſit adhuc uirgo. Ergo quaſi manifeſtiſ/
ſime zachariam aduerſus legem agẽtem:& in loco uirgi/
num permittẽtem ſtare mulierem:occiderũt inter tẽplum
& altare uiri generationis illius. Tamen eos q huiuſmodi
traditioni nõ credunt:exigamus rationem quomodo nõ
quaſi filios eoꝝ qui interfecerũt prophetas etiam zacha/
riam exprobrat Ieſus propter zachariam:ſed quaſi qui ipſi
occiderunt zachariam inter tẽplum & altare . Si ergo ue/
rum eſt uerbum Chriſti quod dicit ad præſentes tũc pha
riſæos & ſcribas quẽ uos occidiſtis inter tẽplum et altare
nõ eſt poſſibile illum intelligi zachariam qui eſt ex duode
cim unus. Nec tamen eſt mirum ſi cõtigit eiuſdem nomi/
nis eſſe & utrunq; zachariam:& patres eorum. Tale aliqd
dicere uult ſermo quẽ loquitur Chriſtus quoniam uos
qui a ſanguine prophetaꝝ excuſatis:& dicitis:ſi fuiſſemus
in diebus patrum noſtroꝝ nõ eſſemus ſocii eorum in ſan
guine ꝓphetarum:et ædificatis ſepulcra prophetaꝝ inter/
fectorum:& per hæc ipſa quæ auſi eſtis aduerſum me:te/
ſtimonium redditis uobis:quoniam homicidaꝝ patrum
ueſtroꝝ filii eſtis quod minus fuerat iniquitatibus eorũ:
per meum/& meorum prophetaꝝ ſanguinem adimplẽ/
tes. Nec enim Chriſtum illi crucifixerũt:uos autem cruci/
fixiſtis adimplentes:& facti earum uiperarum qui interfe/
cerunt prophetas genemina:ſerpentes peſſimi:uiam fu/
gæ a iudicio gehẽnæ uobis ipſi cludẽtes ꝓpter magnitu
dinem facinorum quæ cõmiſiſtis in Chriſtum ı & in ſa/
pientes eius:& in prophetas:& in ſcribas ipſius & adhuc
auſi eſtis a ſocietate patrum ueſtroꝝ diſiũgere uos / & ex/
cuſare a ſanguine prophetarum. Sed cõſequẽs eſt ut aliqs
qui ſm̃ ſimplicem hiſtoriam ſcripturæ intelligit:obiiciat/
et requirat quare non dixit uſq; ad ſanguinem Ioãnis filii
zachariæ:maxime cum lex & prophetæ uſq; ad Ioannem
ꝓphetauerint . Dicemus ad eum quoniam manifeſta eſt
res ꝙ ſcribæ & phariſæi nõ occiderunt Ioannem:ſed He/
rodes. Nam & ſi non crediderunt Ioanni ſcribæ & pha/
riſæi ſcriptum eſt:ſi dicimus baptiſmus Ioannis de cœlo
eſt:dicet nobis. Quare ergo non credidiſtis ei! tamen ad/
huc reuerẽtiam quãdam habebant nominis eius ı nõ au/
dentes aduerſus iterrogationem dicere Chriſti:de baptiſ/
mate ipſius quod ex hominibus erat. Timebant enim po
pulum:credẽtes quoniam uere Ioãnes erat ꝓpheta. Quo/
modo ergo improperaret eis qui non occiderũt Ioãnem/
quaſi interfectoribus eius! Sed improperauit quaſi inter/
fectoribus zachariæ dicens. quẽ occidiſtis inter templum
& altare! Adhuc in textu dicẽdũ eſt:quia nõ ſtatim ut fa/
ctum fuerit peccatum/punitur peccantium generatio:ſed
cum ſubſequẽs generatio debens emendare in ſe pecca/
tum patrum ſuoꝝ:adhuc adiecerit peccatis patrum ſuoꝝ
peiora:& ſic ſi multæ generationes peccauerint in gente
aliqua/uel in ciuitate punitur gens:uel deſtruitur ciuitas.

Sic ergo & gens iudæorum multa inferens mala prophe
tis:nõ ut cœpit homicidiũ cõtra eos ſtati fuerat puniẽda:
ſed poſt patientiam dei: poſtq̄ addiderunt ſuper ſangui/
nem prophetaꝝ ſanguinem Chriſti:et ipleuerũt mẽſuram
patrum ſuorum:tunc dignius ſunt puniti. Non ergo pec
catum quod peccauit Cain interficiens fratrem ſuum:aut
peccatum eorum qui interfecerũt prophetas ſuſcepit hæc
generatio iudæoꝝ quæ fuit in tempore Chriſti. Sed opor
tebat patientiam dei quæ fuit in gente iudæorum finiri
menſuris: ut poſt multas effuſiones ſanguinis prophe/
tarum/& iuſtorum:non deſolata prius hieruſalem & iu/
dæa:hoc pateretur poſtea in ſanguine Chriſti: & propter
hoc magnanimiter deo agente:ut accipiant ſcribæ & pha
riſæi:populo complacente:ſanguinem prophetaꝝ Chri/
ſti: & ſm euangelium ſapientium/& ſcribarum quos oc/
ciderũt/& crucifixerunt:et caſtigauerũt in ſynagogis ſuis:
& perſecuti ſunt de ciuitate in ciuitatem/ut eiectis omnib⁹
de iudæa deſoletur locus euacuatus ab omnibus ſanctis/
& patiatur quæcũq; ſunt paſſi a Veſpaſiano/& Tito. Hæc
corporaliter expoſuimus. Si autem & moraliter hæc ipſa
oportet exponere:talia dicem⁹ in loco. Arbitror ſicut Chri
ſtus cælatus uenit in corpore/ut a carnalibus quidem ſpe
ciem corporis eius aſpicientibus: & nõ uirtutes cõſiderã/
tibus homo uideretur: a ſpiritalibus autem non ſpeciem
corporis attẽdentibus:ſed opera uirtutum eius cõſiderã/
tibus:deus intelligatur. Sic eſt omnis ſcriptura diuina in/
corporata:maxime aũt ueteris teſtamenti. Spiritalis enim
& propheticus ſenſus ſcripturæ cælatus eſt in hiſtoria rei
propoſitæ:& omnis ſcriptura a mediocribus qdẽ ſm hy/
ſtoriam intelligatur:a ſpiritalibus aũt/ & perfectis ſm my/
ſterium ſpiritale. Hac præmiſſa præfatione redeamus ad
uerbum. Quoniam ſicut in ipſis prophetis recedẽtibus
ab hac uita corpora quidem eorum erant in ſepulchris:
animæ autem & ſpiritus in regione uiuoꝝ: ſic & in ꝓphe/
ticis dictionibus eſt animaduertẽdum:ut narratio qdem
eoꝝ ſm hiſtoriam ſimplicem ſit corpus: ſpiritalis autem
ſenſus: & ipſa ſcripturarum intima ueritas ſit anima/& ſpi
ritus qui inhabitat in narrationibus ſimplicioribus ſm
hiſtoriam. Sepulchra autem prophetaꝝ non incõuenien/
ter poſſumus æſtimare litteras ipſas ſcripturarũ/& libros:
in qbus collocata narratio permanet: quaſi corpus aliqd'
poſitum in ſepulchris. Qui ergo ſpiritalia ſcripturarum: &
ueritatem earum interius cælatam itelligunt & ſuſcipiũt:
habent in ſe animas / & ſpiritus ꝓphetarum:ipſi quaſi re/
gio uiuentium prophetaꝝ effecti. Quia aũt illa nõ capiũt/
neq; requirunt:ſed ſimplicem narrationem / & hiſtoriam
rei ſolam attẽdunt:corpora prophetaꝝ colũt in litteris po
ſita:& in libris quaſi in quibuſdam ſepulchris: quales fue
runt & phariſæi q recte phariſæi ſunt appellati:id eſt præ/
ciſi:qui ſpiritalia prophetarum a corporali hiſtoria præci/
derunt:quaſi animam prophetaꝝ expellentes a corpore:
& occidẽtes ipſas prophetias: & exanimes facientes quaſi
nihil ſpiritale habentes. Et uere hypocritæ ſunt ſola ſepul/
chra prophetarum corporalem hiſtoriam continẽtia:ædi
ficantes & ornantes:id eſt ſcripturas ipſas / & libros ꝓphe
tarum ſtudẽtes:qui non intelligẽtes q̄m corpora mortua
colentes:id eſt hiſtoriales narrationes: uidentur qdem pie
agere circa memoriam prophetarum:impii autem ſunt:et
nõ eſſe ſe ſocios eorum qui interfecerũt prophetas per hoc

ipſum defendere uolunt. Arguũtur autem adiicientes ſup
facinora eorum qui interfecerunt prophetas: & implen/
tes mẽſuram iniquitatis ipſoꝝ per hoc ipſum ꝙ non cre/
dunt in Chriſtum: quem nõ ſimplices hiſtoriæ prophe/
tarum: ſed ſpiritalis earu prædicat ſenſus. Scio autem in/
dubitãter ꝙ ubiq; cauſa incredulitatis iudæoꝝ extitit iſta:
ut nõ intelligerent Ieſum quaſi Chriſtum dei:q̄m ſemper
animum ſuum dederunt circa hiſtorias corporales: nihil
ſpiritale in eis credere uolentes. Vtputa exempli introdu/
cimus cauſa:quod in zacharia ꝓphetatur: & dicitur quaſi
ſuper aſinam: & pullum ingreſſurus in hieruſalem:et exter
minaturus currus ex effrẽ: & equum ex hieruſalem. Hoc ſi
quis ſm litteræ hiſtoriam intelligere uelit de Chriſto:non
cõuenit. Nec enim exponitur Chriſtus exterminaſſe ex ef/
frem corporales ac ſenſibiles currus:nec equum corpora/
lem:ab hieruſalem corporali. Sed ſi uideris apud hæreti/
cos conuentus ipſius mẽdacii quaſi quodã iugo copu/
latos: & inter ſe male concordes:quos ſermo ueritatis de/
ſtruere ſolet: uidebis quomodo Chriſtus dei uerbum ex/
terminat currus ſpiritales ex effrem ſpiritali. Effrem enim
ſemper in figura hæreſum ponitur:qui ſe ſeparauerunt a
Chriſti eccleſia:ſicut Effrem a tribu iuda. Sic enim ſpirita
liter equum: & aſcenſorem ægyptioꝝ proiecit in mare ſer/
mo diuinus:id eſt impium uirum cum diabolo aſcenſore
& indagatore ipſius:ſic & equum exterminauit ab hieru/
ſalem:quicũq; diabolo aſcenſori ſubiectus fuerit: & non
Chriſto:ſicut illi equi acceptabiles Chriſti:de quibus dicit
Abacuch. Quis aſcẽdet ſup equos tuos? & eqtatus tuus
ſanitas:id eſt ſuper apoſtolos:cæteroſq; ſanctos in quibus
habitat Chriſtus. Propterea dicimus:hi in currib⁹ oſtẽdẽ/
tes effrem: & hi in equis:oſtendentes aduerſarios hieruſa/
lem:nos autem i nomine dei noſtri magnificabimur:ipſi
obligati ſunt: & ceciderunt:nos uero ſurreximus: & erecti
ſumus. Qui teſtimonium ſibi reddunt:quia ſunt filii eoꝝ
qui interfecerunt prophetas:per hoc ipſum ꝙ implent mẽ
ſuram patrum ſuoꝝ ſuper illoꝝ incredulitatem adiicien/
tes incredulitatem in Ieſum quæ nõ aliunde deſcẽdit:niſi
ex eo ꝙ nõ alibi uacant niſi circa ædificia ſepulchroꝝ ꝓ/
pheticorum:id eſt circa dililigentias propheticaꝝ litterarũ
tantũmodo/atq; librorum. Alii autem ſunt ſcribæ infœ/
lices legis:alii autem ſunt ſcribæ qui mittuntur a Chriſto
ſm euangelium: cuius & ſpiritus uiuificat: & littera non
occidit:ſicut littera legis: quoniam litteram legis ſequẽtes
in ifidelitatem: & in uanas ſuperſtitiones incurrunt. Litte/
ram autem euangelii qui ſequunt͛: id eſt ſimplicem nar/
rationem ipſius ſaluantur:quoniam & ipſa ſola euangelii
narratio ſimplex ſufficit ſimplicioribus ad ſalutẽ. Et ſi ui/
deris ſcribas legis: & phariſæos agentes nõ ſolum aduer/
ſus ſapientes euangelii: & quæ Chriſti ſunt prophetantes:
ſed etiam aduerſus ſcribas noui teſtamenti: uidebis quo/
modo quãtum ad ſe occidũt Chriſti prophetas: & ſcribas
crucifigũt per detractionem uerborum ſuorum flagellãt
in ſynagogis ſuis. Frequenter ergo audire eſt apud hære/
ſes q ſunt ſpiritales phariſæi quomodo linguis ſuis quaſi
quibuſdam uerberibus maliloqui ſui chriſtianos flagel/
lãt: & perſequuntur de ciuitate in ciuitatem / interdum q/
dem et corporaliter. Aliquando autem ſpiritaliter uolẽtes
eos expellere quaſi de propria ciuitate legis: & propheta/
rum: & euãgelii: & apoſtolicoꝝ: & in aliam & extraneam
quandam

quandam ciuitatem euangelii alicuius alterius:mẽdacib⁹:
perſuaſionibus ſuis quaſi perſecutionibus pellunt. Secũ/
dum quod & Apoſtolus dicebat:propter falſos apoſto/
los. Miror ꝙ ſic cito trãſferamini a gratia dei qui uos uo/
cauit ad aliud euangelium:quod nõ eſt aliud:niſi ſunt q/
dam qui conturbant uos. Propter quod ueniet ſuper eos
omnis ſanguis iuſtus quem effundunt per hoc ipſum ꝙ
euertere uolũt ueritatem ſcripturarum quæ recte ſanguis/
& uita dicitur ſcripturarum:quia omnis ſcriptura:niſi ſm
ueritatem intelligatur:mortua eſt. Effundunt ergo uerita/
tem ſcripturaꝝ quaſi ſanguinem earum : ſicut effuſus eſt
ſanguis Abel. Et nõ ſolum tunc uox ſanguinis Abel cla/
mabat ad deum : ſed ſemper ueritas ſcripturaꝝ ab impiis
effuſa:ſm quod diximus a ſanguine Chriſti:id eſt a ueri/
tate euangelii cepta : per omnes ſcripturas interpellat ad
deum:aduerſus eos qui auertere eam uolunt : & ſanguis
teſtamẽti:id eſt ueritas ſcripturarum ꝓpheticarum : aduer/
ſus eos qui immundam eam æſtimauerũt:& noluerunt ſan
ctificari in ea quaſi in ſanguine uiuo & ſanctificãti. Sic ef/
fundũt etiam ſanguinẽ Zachariæ:qui interpretatur me/
moria dei. Omnis enim qui memoriam dei ꝑdere feſtinat
in eis quos ſcandalizat:zachariæ ſanguinem uidet̃ effun/
dere filii barachiæ : qui & ipſe interpretat̃ benedictio dei.
Per bñdictionem dei:memores ſumus dei. Si autem nec
abel nomen ĩdiſcuſſum debemus relinquere:dicimus qm̃
abel luctus iterpretatur. Qui ergo ſuſcipit quod ſcriptum
eſt beati qui lugent:ſaluat abel. Qui autem nõ recipit:ſan/
guinem effundit abel:hoc eſt ueritatẽ luctus ſalutaris. Pro
pterea implebit̃ ſuper ipſum quod ſcribit. Væh uobis qui
ridetis nunc:qm̃ plangetis:& flebitis. Inter tẽplum & alta
re ab impiis memoria interficit̃ dei:quando & templum
dei a laſciuis corrũpitur : & altare ipſius per negligentiam
orationum ſordidarum coinquinatur:quãdo & oratio ali/
cuius fit in peccatum ipſius:ſicut & de oratione iudæ di/
ctum eſt:& oratio eius fiat in peccatũ eius. Hieruſalem hie
ruſalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te
mittuntur. Quotiens uolui congregare filios tuos ſicut
gallina congregat pullos ſuos ſub pẽnas:& noluiſti. Ecce
relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dico enim uobis
qm̃ amodo non me uidebitis donec dicatis. Benedictus
qui uenit in nomine domini. Dignum eſt quærere quo/
modo coram auditoribus loquens Saluator inter quos
erant ſcribæ & phariſæi qui gloriabãtur quæ legis ſunt et
prophetaꝝ caute cognoſcere:qua ratione dixit : hieruſalẽ
occidiſſe prophetas:et lapidaſſe ad ſe tranſmiſſos:cum nõ
ſatis talis ꝓphetetur hyſtoria in ſcripturis ueteribus quæ
legebãtur in ſynagogis eoꝝ. In lacum qdem luti miſſum
hieremiam legimus:nõ tamen ĩterfectum in hieruſalem.
Sed nec Eſaiam:uel Ezechielem : uel aliquem ꝓphetarum
tale aliquid legimus paſſum:inquantum ſuggerit memo
ria mea. Sed ſcrutãs in ſecundo libro paralipomenon ubi
multa de prophetis claris ſcripta ſunt:iuenio qm̃ Aſa ira/
tus ananiam prophetam ſe arguẽtem poſuit qdem in car
cerem: nil tamen amplius fecit in eum. Sed & micheam
Achab ꝓphetãtem aduerſus ſe:iuſſit qdem in domum car
ceris ire:& manducare panem tribulationis:nõ tamen &
occidit. Vnum aũt legimus lapidatum zachariam filium
Ioiadæ ſacerdotis:populũ arguẽtem. Nõ ergo ĩuenimus
in hieruſalem ꝓphetas occiſos ãplius:uel lapidatos præ/
terq̃ dixi tranſmiſſos ad hieruſalem. Propterea uidendum
ne forte oporteat ex libris ſecretioribus qui apud iudæos
feruntur:oſtẽdere uerbum Chriſti:& non ſolum Chriſti:
ſed etiã diſcipuloꝝ eius:Stephani quoq; martyris:et Pau
li apoſtoli. Stephanus enim ſic dicit. O dura ceruice:et nõ
circũciſi corde:& auribus:uos ſemper ſpiritui ſancto reſti
tiſtis ſicut patres ueſtri. Quem enim prophetaꝝ nõ ſunt
perſecuti : & occiderunt eos qui annuntiabant aduẽtum
iuſti:cuius nunc uos proditores / & interfectores eſtis. Et
poſt hoc expulerũt eum extra ciuitatem:& lapidabãt Ste/
phanum clamãtem:& dicentem:Paulus autem in epiſto/
la ad theſſalonicẽſes prima de iterfectione ꝓphetarum ta/
lia dicit. Vos imitatores facti eſtis eccleſiaꝝ dei quæ ſunt
ĩ iudæa in Chriſto Ieſu:qm̃ eadem paſſi eſtis & uos a cõ/
tribulibus ueſtris ſicut & ipſi a iudæis : qui & dominum
occiderunt Ieſum & prophetas:& nos perſecuti ſunt : &
deo nõ placent. Ad hebræos autem ita. Lapidati ſunt:ſe/
cti ſunt:temptati ſunt:in gladio mortui ſunt:Circuierunt
in melotis:in pellibus caprinis:egentes:& anguſtiati:affli/
cti doloribus quorum nõ fuit dignus mũdus : in ſolitu/
dinibus errãtes:& in montibus:& ſpeluncis:et foueis ter/
ræ. Fertur ergo in ſcripturis non manifeſtis ſerratum eſſe
Eſaiam:& Zachariam occiſum : & Ezechielem. Arbitror
autem circuiſſe in melotis : in pellibus caprinis Heliam:q
in ſolitudine : & in montibus uagabatur. Sed pone ali/
quẽ abdicare epiſtolã ad hebræos quaſi nõ Pauli : necnõ
et ſecretũ abiicere Eſaiæ. Sed quid faciat in ſermones Ste/
phani:uel Pauli ad theſſalonicẽſes de ꝓphetis interfectis.
prolatos:uel ipſius domini noſtri? Aut quomodo abdi/
cet illud quod ad timotheum Paulus protulit dicẽs:ſicut
iannes & mambres reſtiterunt Moyſi : ſic & iſti reſiſtunt
ueritati. Nec enim ſcimus in libris canonizatis hyſtoriam
de iãne & mambre reſiſtẽtibus Moyſi. Si autem aſpiciat
& quod ad corinthios prima poſitum eſt:quæ oculus nõ
uidit:nec auris audiuit / nũquid poterit hæc omnia aliqs
abdicare? Hæc omnia diximus diſcutiẽtes ſermonem:nõ
ignorãtes quoniam multa ſecretoꝝ facta ſunt a qbuſdam
impiis & iniqtatem in excelſum loquentibus:& utuntur
quibuſdam fictis Hypythiani:aliis autem quæ ſunt Baſi/
lidis. Oportet ergo caute conſiderare ut nec omnia ſecre/
ta quæ ferũtur in nomine ſanctoꝝ ſuſcipiamus propter
iudæos : qui forte ad deſtructionem ueritatis ſcripturaꝝ
noſtrarum quædam finxerũt. confirmãtes dogmata fal/
ſa:nec omnia abiiciamus quæ pertinent ad demõſtratio/
nem ſcripturarum noſtraꝝ. Magni ergo uiri eſt audire : &
adimplere quod dictum eſt:omnia probate:quod bonũ
eſt tenete. Tamen propter eos qui non poſſunt quaſi tra/
pezetæ inter uerba diſcernere uera habeantur an falſa : &
nõ poſſunt ſemetipſos caute ſeruare : ut uerum qdem te/
neant apud ſe:ab omni aũt ſpecie mala abſtineant : nemo
uti debet ad cõfirmationem dogmatum : libris qui ſunt
extra canonizatas ſcripturas. Tamen ſi quis ſuſcipit ad he
bræos quaſi epiſtolam Pauli dicit:quoniam pluralia non
debemus omnino referre ad plures. Nec enim plures ſer/
rati ſũt:ſed Eſaias ſolus. Nec plures lapidati ſunt:niſi Za/
chrias tãtũmodo filius Ioiadæ. Nec in occiſione gladii:
niſi Zacharias filius Barachiæ. Sed & in melotis:& ĩ pel/
le caprina:Helias & cætera ſimilia. Adhuc autem quæra/
mus quod in Luca ſcriptum eſt dicente domino:quia nõ

capit prophetam perire extra hieruſalem. Si ergo nõ capit ꝓphetam perire extra hieruſalem: id eſt iterfici: ſi poſt deſtructionem hieruſalem iam nemo propheta eſt: ne forte qui iterficitur extra hieruſalem propheta falſum uerbum Chriſti demonſtret. Si autem cogunt nos ſcripturæ propter agabum: & filias Philippi euãgeliſtæ: nõ propter falſos ſrigiæ prophetas quæramus ne forte omnis iuſtus ſit hieruſalem & nõ extra hieruſalem. Quoniam non capit eum q eſt extra hieruſalem paſſionibus affici propter uerbum. Sed quomodo hieruſalem occidit prophetas uidẽdum. Aeſtimo autem ſicut uulgariter dicere ſolent: clamauit ciuitas tanq̃ ſi dicatur: qui ſunt in ciuitate: item ciuitas egreſſa eſt obuiam ei: ideſt q ſunt in ciuitate: ſic hieruſalem occidit prophetas: ideſt qui erant in hieruſalem: quorum cauſa dictum ẽ hieruſalem occidiſſe prophetas. Et ſi ciues pro ciuitate ponũtur: iterum occurrit ad quæſtionem qui ſunt dicẽdi filii hieruſalem de quibus dictum eſt: quotiẽs uolui cõgregare filios tuos. Sed dicimus ſemper ciuium ſucceſſores: filios præcedẽtium dici. Hieruſalem aũt quæ libera eſt a ſeruitute peccati: quæ ſurſum eſt cõuerſatione: quæ eſt mater noſtra non occidit prophetas: nec lapidat eos q mittuntur ad eam. Aliud eſt quod ſm ſimilitudinem illius hieruſalem occidentis & lapidãtis prophetas: frequẽter ſunt quidam in iſta hieruſalem imperiti conſtituti: & deum nõ metuẽtes qui quãtum ad ſe occidunt: et lapidant uerbis ſine iudicio prolatis uiros uerbo & uita prouectos: & eccleſiarꝫ quidem canonem nõ requirentes. Propter profunditatem aũt dogmatum ſuſpectos ab his qui conſueti ſunt noua quædam dicere: & nõ attẽdentes uerbum ſanũ domini noſtri Ieſu Chriſti. Dicit ergo dñs ad hieruſalem interfectricem: et lapidatricem prophetarꝫ. Quotiẽs nolui cõgregare filios tuos ſicut gallina pullos ſuos ſub alas: & noluiſti? Quomodo hic dominus Ieſus quaſi qui frequẽter uoluit cõgregare iudæos: nõ autem cõgregauit propter contumaciam nolẽtium credere: ita dicit: quotiens uolui: cum ſit manifeſtum ſemel eum docuiſſe in corpore iudæos? Sed nõ ſolum in præſentia: uerum etiam ſubſtantialiter ſemper Chriſtus præſens fuit: & in Moyſe: & in prophetis. Magis autem & in angelis miniſtrãtibus ſaluti humanæ: & per ſingulas generationes: & ſic impletur: quotiẽs uolui. Per ſingulas enim generationes ſemper uoluit: & feſtinauit perficere uoluntatem patris in eis: & ſi nõ in corpore cõſtitutus: ſicut nũc in fine ſæculorꝫ: tamen ſemper feſtinauit cõgregare filios hieruſalem. Ipſius enim uolentis congregare filios hieruſalẽ: uoces habentur in lege: & in prophetis. Et de ipſo ſcriptũ eſt. Expandens alas ſuas accepit eos: & ſuſcepit eos ſuper ſcapulas ſuas. Et quotidianum opus eſt Chriſti congregare filios hieruſalem: de quibus & in Eſaia: & in reliquis prophetis plura dicuntur: & quotidie dei filius cõgregat diſperſos filios dei: ſicut gallina pullos ſuos ſub pennas ſuas. Si quis autem non fuerit congregatus ab eo: iudicabitur quaſi qui noluerit congregari ab eo. Venit enim filius hominis quærere quod perierat: & ſaluare: & mortuus eſt nõ ꝓ gente ſola: ſed ut diſperſos filios dei cõgregaret in unum. Iudæis qdem qui erant filii illius hieruſalem quæ erat deorſum cõminatus: & nolentibus congregari ſub pẽnas ſuas dicẽs. Ecce nũc relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Semper autem eis qui noluerunt cõgregari ſub pennas ipſius cõminari: & dicere Chriſtus uidetur: ecce nunc relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: ideſt anima ueſtra: & corpus. Nõ ſolum enim corpus: ſed etiam anima peccãtium: deſerta relinquit̃. Et ſicut in deſerto uulpes faciunt in eis foueas: & ſerpẽtes generatio uiperarum cubationes. Dicit autem nolẽtibus congregari ad eum: qm̃ non me uidebitis amodo donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine dñi. Et nec iudæi tunc Chriſtũ uiderunt: nec enim uiſus eſt eis reſurgens a mortuis: ſicut prius: ſed iudicio: et gratia patribus tantũmodo dignis. Et donec intelligẽtes deſertionem propriam dixeſſerũt pœnitentes. Benedictus qui uenit in nomine domini: nõ uidebunt filium dei: nec uidebũt uerbum eius: nec cõſiderabunt pulchritudinem ſapiẽtiæ dei. Sed & ſi ex nobis noluerit aliquis cõgregari ſub pennas Chriſti: ſed operibus malis recuſauerit congregari ſub pẽnas eius iam nõ uidebit uerbum dei maxime ex tẽpore illo: ex quo congregantem illum per ſingulos dies refugit actu magis q̃ corpore. Et tãdiu nõ uidebit pulchritudinẽ uerbi: ideſt Chriſtũ: donec cõuerſus & pœnitens a propoſito malo dicat Benedictus qui uenit in nomine domini. Tunc enim uerbum dei benedictum: & benedicta ſapientia dei ueniens uenit in nomine dei patris ſuper cor hominis quando fuerit qs conuerſus ad deum.

℄ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Egreſſus Ieſus de tẽplo ibat. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: ut oſtenderẽt ei ſtructuras tẽpli: Ieſus autem reſpondẽs: dixit eis. Videtis hæc omnia? Amen dico uobis: nõ relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.

℄ Homelia Origenis de eadem lectione. XXVII.

POſtq̃ omnia quæ ſuper hieruſalem uẽtura fuerat Chriſtus prædixit: exiit de templo: qui cõſeruarat templum ne caderet donec fuit in eo. Quãdiu enim fuit uerbum apud iudæos: nõ auferens regnum dei ab eis: tãdiu ſtetit: & incolumes fuerũt res iudæorum. Poſtq̃ uero ſm uerbum ipſius quod dixerat: auferet̃ a uobis regnum dei: & dabitur gẽti faciẽti fructum ſuum: abſtulit regnum dei: & gentibus dedit: tũc et Ieſus: & regnum dei facti ſunt apud gentes. Vnde nunc nec Ieſus nec regnum dei apud iudæos habetur: quia relicti ſunt ſicut tabernaculum i uinea: & ſicut caſula in cucumerario: & ſicut ciuitas quæ expugnatur propter facinus quod cõmiſerũt in Chriſtum. Et unuſquiſq; ſuſcipiens uerbum dei: tẽplum eſt dei: ut recte dicatur ad eum. Neſcitis quia templum dei eſtis: & ſpiritus dei habitat in uobis? Vnuſquiſq; ergo cum ſit templum ſanctum dei ꝓpter ſpiritum dei inhabitantem in ſe: ſi peccauerit ipſe fit cauſa ſuæ deſertionis: ut egrediat̃ Chriſtus ab eo: ut qui fuerat antea templum filii dei: poſtmodum ſit domus deſerta ut nõ reliquatur in eo lapis ſuper lapidem ex omnibus dogmatibus et bonæ uitæ ædificationibus: quod non deſtruat̃. Propter quod recordantes hyſtoriam deſertionis hieruſalem: proſpicere nobis debemus: ut ne egrediatur Chriſtus ex templo quod eſt ex nobis: ut ædificationes templi noſtri incolumes ſint: lapidibus & donis adornatæ: ut q uiderint ædificationes quæ ſunt in nobis dicãt mirantes. Vide quales lapides: & quales ſtructuræ. Illud aũt dignum eſt peruidere quomodo

quantum

quãtum ad textũ ſic loquunt̃ diſcipuli ad Ieſum:et oſten/
dunt ei ſtructuras lapidum: quaſi qui nunq̃ uiderit ipſum
templum:ſed aliũde imprimis peregrinus aduenerit. Ad
hoc ita eſt reſpõdendum quoniam prophetans ſuperius
ruinam ipſius futuram Chriſtus:& deſertionem ſic cõmi
natus eſt. Ecce nunc relinquetur uobis domus ueſtra de/
ſerta. Audiẽtes diſcipuli mirati ſunt talem & tantam tem/
pli ſtructuram ad nihilum redigendam. Propterea dicunt
ad Ieſum ſicut alter manifeſtius dicit euangeliſta. Magiſter
uides quales lapides:& quales ſtructuræ! Videlicet ut fle/
cterent eum ad miſericordiam loci illius: ne faceret quod
facere fuerat cõminat⁹. Et hæc corporaliter dicta ſint. Mo/
raliter aũt hoc modo. Cũ ſit humanæ naturæ admmira/
bilis cõſtructio facta:uidelicet templum dei & uerbi eius:
diſcipuli cæteriq̃ ſancti:nõ ſolum tunc: ſed etiam modo
miranda opera dei erga figmẽtum humanum confiten/
tes:ante conſpectum Chriſti intercedũt:& prouocãt Chri
ſtum ut ne deſerat genus humanum ꝓpter peccata ipſoꝝ:
ſed magis moueant eum ad indulgẽtiam opera eius mi/
randa:q̃ ad iracũdiam iniquitas eorum. Aliter. Sicut illud
templum nõ inſemel eſt dirutum:ſed paulatim tẽpore ꝓ/
cedenti:ita & omnis homo qui ſuſcipit in ſe uerbum dei:
tẽplum eſt. Et ſi quidem poſt peccatum non ad plenum
decidit a uerbo dei:ſed adhuc ſaluat ex parte ueſtigia fidei
& religionis in ſe mãdatorum dei:tẽplum eſt ex parte de/
ſtructum:& ex parte cõſiſtens. Qui autem poſtq̃ peccaue/
rit curam ſui nõ habet:ſed ſemper a fide decuerit:& a ui/
ta quæ eſt ſm euangelium paulatim minuitur: donec ad
plenum recedat a deo uiuenti: hic eſt tẽplum in quo non
relinquetur lapis dogmatis ſuper lapidem mãdatoꝝ dei
qui nõ deſtruatur. Nos ergo ꝓſpicere nobis debemus:ut
omnis ædificatio pietatis in nobis integra perſeueret: ut
& lapidibus ſalutarium dogmatũ adornati:& donis bo/
norum operꝝ decorati capiamus in nobis dei uirtutem:
& gloriam:& Chriſtum:qui eſt uerbum et ſapientia dei. Et
tertiam expoſitionem itroducit quidam huiuſmodi:qm̃
tẽplum erat dei ædificatum cõpoſitione ſermonum ſi/
gnificãtium:omnis ſcriptura ueritatis teſtamẽti ſm hyſto
riam uidelicet cõſtructa. Quã qui conſtruxerunt Moyſes
uel prophetæ circũpoſitione litterarꝝ: & ordinatione di/
ctorum ædificauerũt omnibus admirandam ꝓpter pul/
chritudinem lapidum:ideſt electorum dictoꝝ: & donis
ſenſuum laudãdoꝝ. Hanc diſcipuli oſtẽdũt Ieſu:ſuſcipiẽ/
tes omnes ſcripturas. Ad quos Chriſtus reſpõdit dicens
deſtruẽdam eſſe a uerbo hanc corporalem:et primam edi/
tionem:ut ædificatur diuinius & myſterialius templum
ſcripturæ alterius. Templum aũt eſſe ſcripturam expoſuit
q̄dam ante nos. Et qm̃ qui aduerſatur:& extollitur ſupra
omne quod dicitur deus:qui ſedet in tẽplo dei antichri/
ſtus:falſus eſt ſermo qui in ſcripturis habetur: qui ſimu/
lat ueritatem ꝓferens teſtimonia impioꝝ dogmatum de
ſcripturis placari aliũde nolẽtibus:et ipſe eſt qui aduerſat̃
& ſuper cathedram ſcripturarꝝ:& ſup ædificationem earꝝ
ſedet:oſtẽdens ſe quaſi ſit deus. Et ſemper eſt uidere ſer/
mones hæreſum antichriſtos in tẽplo ſcripturarꝝ ſedẽtes:
& ex ipſis uolentes eos placare qui audiunt: tanq̃ unuſ/
quiſq̃ eorꝝ:ipſe ſit deus uerbum in ſcripturis. Sedẽte aũt
ipſo ſuper mõtem oliueti acceſſerũt ad eum diſcipuli eius
ſecreto dicẽtes. Dic nobis quãdo hæc erunt: & quod ſi/
gnum aduentus tui:& cõſumationis ſæculi. Egreſſus de
tẽplo Ieſus poſtq̃ dixit de eo:uenit in montem oliueti:&
ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Puto autem myſterium
eẽ mõtem oliueti eccleſiæ quæ ex gẽtibus eſt:in qua ſunt
plantatæ oliuæ quarꝝ ſingulæ poſſunt dicere. Ego autem
ſicut oliua fructifera in domo dei. Forſitan aũt & in hoc
oliuarꝝ monte radices ſunt bonæ oliuæ. Rami aũt inſerti
ſunt oleaſtri in loco ramoꝝ qui ex īfidelitate præciſi ſunt.
Agricola aũt in monte reſidens oliueti:uerbum eſt dei in
eccleſia cõfirmatum Chriſtus: qui ſemper oleaſtri ramos
inſerit in bonam oliuam patrum:Moyſi:& cæteroꝝ pro/
phetarum ut accipientes pinguedinem: a ſanctis ꝓphetis
ꝑ hoc q̃ ſenſum eoꝝ caute intelligũt:& ſuſcipiũt:& Chri
ſtum qui prophetatur ab illis offerũt fructum abũdãtem:
& pinguiorem prioribus uidelicet oliuis propter male/
dictionem quæ erat in lege decurſis:ut nõ poſſint eſſe in
uſu. Poſt hoc cõſiderãdum eſt illud qm̃ accedẽtium di/
ſcipuloꝝ ad Ieſum:quidam quidem ſecrete accedunt ad
eum:maiorem in hoc ipſo habẽtes fiduciam apud ipſum
quaſi domeſtici ei⁹:ſicut cũ interrogarẽt eum de ſolutio/
ne parabolarꝝ:quidam autem non ſecrete:ſed in cõmune
eum iterrogabãt. Obſerua adhuc defferẽtiã iſtoꝝ: quo/
niam interdum quidem phariſæi accedũt:ſiue tẽtantes:
ſiue quolibet modo interrogantes. Interdum aũt alii di/
ſcere cupientes:tamen nunq̃ ſecrete accedunt ex multitu/
dine. Et forſitan uſq̃ nunc qui præcipuam ſuſceperũt ui/
tam:& propter hoc habent fiduciam ante Chriſtum:ali/
quid amplius habẽtes q̃ illi qui ex fide cõmuni accedunt
ad Ieſum:dicũt ad eũ. Dic nobis quãdo erunt hæc. Quæ?
Quod ait. Non ſtabit hic lapis ſuper lapidem qui nõ de/
ſtruatur. Et non ſolum hoc diſcere uolũt:ſed etiam ſignũ
aduẽtus Chriſti:& cõſumationis ſæculi. Et duo petũt ab
eo:ſignum aduentus ipſius: & cõſumationis ſæculi. Eſt
ergo in multis q̄dem creditus aduentus filii dei:& cõſu/
mationis ſæculi:præcipue tamen in eis qui elegantiorem
uitam ſectant̃. Eſt & aliter uidere duplicem Chriſti aduen
tum:ideſt aduẽtum uerbi in animam. Primum quidem
rudes:& tunc incipiẽtes cognoſcere Chriſtum: qm̃ non
poſſunt uidere luciditatem pulchritudinis dicunt. Vidi/
mus eum & non habebat ſpeciem:neq̃ decorem:ſed ſpe/
cies eius inhoneſta. Species aũt inhoneſta uerbi:ſtulta præ
dicatio eſt de Chriſto:quãdo prædicamus Chriſtum na/
tum:& crucifixum. Secundus autem aduẽtus Chriſti in
uiris perfectis:de quibus dicit diſpenſator uerbi ipſius. Sa
pientiam aũt loquimur inter perfectos. Hi autem perfecti
amatores facti ſunt pulchritudinis eius:& rogãt uerbũ ut
accingat ſe rationabilem gladium ſuum:& circũponat eũ
ſuꝑ myſterium natiuitatis carnalis:quæ appellata eſt my/
ſterialiter femur. Huiuſmodi enim diſcipuli:laudant pul/
chritudinem & decus uerbi. Et huic ſecũdo aduẽtui:iuncta
eſt conſumatio ſæculi:in uiro ad ꝑfectionem uenienti:&
dicenti. Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri
Ieſu Chriſti:per quã mihi mũdus crucifixus eſt:et ego mũ
do. Si enim mundus crucifixus eſt iuſtis quibus mũdus
crucifixus eſt:facta eſt ei etiã conſumatio mũdi. Neceſſarie
ergo qui habẽt fiduciam accedendi ſecrete ad Chriſtum ſi
uolunt diſcere ſignum aduẽtus Chriſti & conſumationis
ſæculi. præbeant ſe dignos uidere ſm aduẽtum ipſius:&
ſm quod tradidimus:ſæculi cõſumationem. Et reſpõdẽs

Ieſus dixit eis. Videte ne quis uos ſeducat. Multi enim ueniẽt in nomine meo dicẽtes ꝙ ego ſum Chriſtus: et multos ſeducent. Qui ſimpliciter intelligunt arbitrant̃ ꝙ hoc ſolum hæc uerba ſignificant/ qm̃ multi erãt uenturi Chriſtos ſe aſſerẽtes: habẽtes: in ſe etiam quaſdam uirtutes mirandas: & uerba q̃bus prouocẽt multos ad credendum: qui dignos ſeductione ſe ꝓbuerint. Ioannes aũt in epiſtola ſua dicit. Et ſicut audiſtis qm̃ antichriſtus ueniet: nunc ãtichriſti multi facti ſunt. Vnde ſcimus qm̃ nouiſſima hora eſt. Docet his uerbis: omne uerbum quod a ueritate extraneum eſt: & aſſerit ſe uerbum eſſe: ſic enim poſſibile eſt intelligere quod ait: & nũc antichriſti multi facti ſunt: cum unũ ſit quod eſt uerum. Sicut aũt manifeſtat hyſtoria lectionum nõ multi fuerunt homines in tempore apoſtolorꝫ qui Chriſtos ſe eſſe dixerũt. Niſi forte Doſitheus ſamareus: unde & doſitheani dicuntur & Simon de quo referunt actus apoſtolorꝫ: qui ſe uirtutem eſſe dei magnã ꝓnũtiabat. Præter hos neq; ante neq; poſtmodum fuerũt quãtum ad ſciam meam: ſed oĩs ſermo qui ꝓfitetur expoſitionem ſcripturarꝫ: & fidem earum: non aũt habet ueritatem: iuſte antichriſtus eſſe intelligendus eſt: ueniens in nomine Chriſti: & dicens ꝙ ego ſum Chriſtus: mẽtiens: & minime potens oſtẽdere ueritatis formam in ſe. Et qm̃ eis qui diſcutiunt uerba ſcripturæ uti inueniant ſenſum eius: frequẽter occurrũt q̃dam intellectus quaſi ueri cum non ſint ueri: aliquãdo aũt traduntur & ab aliis ueriſimilibus coloratis ſermonibus: ut nõ facile iueniatur qui uerus eſt ſenſus priuſq̃ aduerſus mẽdaces æſtimationes inuentus fuerit uerior ſenſus: & firmior. Propterea puto ꝙ Chriſtus ad interrogationem diſcipulorꝫ ſuorum dicentium: quãdo hæc erunt: & quod ſignum aduẽtus tui: & cõſumationis ſæculi? ita reſpondit. Videte ne quis uos ſeducat. Multi enim uenient in nomine meo: dicentes: ego ſum Chriſtus & multos ſeducent. Vere enim qui implet illud mãdatum: quod ait. Eſtote prudentes nũmularii: & illud quod ait: omnia probate: quod bonum eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete uos: multos uidebit ſeduci a multis itellectibus: & uerbis ꝓfitentibus eſſe ſe Chriſtum dei uerbum. Et utinam ſoli qui extra eccleſiam ſunt ſeducerentur: facile erat cauere ſeductionem. Nunc aũt ipſi qui profitẽtur ſe eccleſiaſticos eſſe: de neceſſariis quibuſq; capitulis fallunt̃/ & ſeducuntur: ſicut ipſa diſſenſio eorꝫ teſtimonium eſt: qm̃ & qui intus ſunt ſeducunt̃. Sed conſequẽter quẽadmodum ſolet eſſe in errãtibus uias has corporales: differentia erroris: & q̃dam q̃dem etiam cõtra ipſam publicam uiam quæ quæritur: uadunt errãtes. alii aũt modicum aliquid de ſemita recta declinãt: ut ſunt reuocabiles: et multæ ſunt errantium differentiæ. Hoc modo uidemus etiam eos qui a ueritate aberrant. Et martiones q̃dem: & Baſilides: & Valentiniani: & Appelliani: & Ophitæ: multum a propoſita errãt uia: qui omnino cõtraria ſapiunt ueritati. Quidam autem de publicis ꝗdem & manifeſtis capitulis nõ diſſentiũt: utputa de uno deo: qui legem & euãgelium dedit: aut de Chriſto Ieſu primogenito uniuerſæ creaturæ: qui in fine ſæculi ſm̃ prædicationes prophetarꝫ uenit in mundum: & ſuſcepit in ſe ueram humanæ carnis naturam: ut etiam natiuitatem ſubiret ex uirgine: & mortem crucis ſuſcepit: & ſurrexit a mortuis: & deificauit quam ſuſceperat humanam naturã. Adhuc aũt & de ſpirito ſancto qm̃ ipſe ille fuit in patriarchis & prophetis: qui poſtea in apoſtolis datus eſt: & de reſurrectione mortuorꝫ ſicut euãgelium docet certiſſime credunt: & omnia quæcunq; ferunt̃ in eccleſiis. De aliis autem non paucis tamen modicis: noua proponũt dogmata: & ipſi utiq; ſunt ex illis qui ſeducũtur a falſis intellectibus: & uerbis uenientibus in nomine Chriſti: qui eſt uerbum & ueritas. Et malum q̃dem eſt inuenire aliquem ſm̃ mores uitæ errantem: multo autem peius arbitror eſſe in dogmatibus aberrare: & nõ ſm̃ ueriſſimam regulam ſcripturarꝫ ſentire. Quoniam ſicut in peccatis moralibus puniẽdi ſumus amplius: ꝓpter dogmata falſa peccãtes. Si enim ſufficeret conuerſatio morũ bonorꝫ hominibus ad ſalutem: quomodo apud gentes philoſophi: aut apud hæreticos multi cõtinenter uiuentes nequaq̃ ſaluãtur: quaſi obſcurantes: & ſordidante cõuerſationem eorꝫ dogmatis falſitate. Arbitror aũt quoniam generalem munditiam quæ eſt nõ ſolum in actibus: ſed etiam in ſcientia uolens oſtendere ſermo in pſalmo uigeſimo tertio dicit. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & puro corde. In prouerbiis autem. Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor: aut quis confidat mũdum ſe eſſe a peccatis? Mũdum ergo corde & caſtum corde: nõ alium arbitror eſſe niſi eum qui ab omni dogmate falſo mũdum & caſtum poſſidet cor. Sic & innocẽtem manibus: & mũdum a peccatis eum æſtimo eſſe: qui in actibus uitæ ſuæ irepræhẽſibilis eſt. Sciẽdum eſt autẽ qm̃ quãtum ad ueritatem impoſſibile eſt eſſe aliquem innocentem manibus: & mũdum a peccatis: ut non ſit purus corde: & caſtus a dogmatibus falſis: ſicut econtrario impoſſibile eſt mundum quidem: & caſtum eſſe corde a dogmatibus falſis ut nõ ſit innocẽs manibus: & mũdus a peccatis. Hæc enim alterutrum ſe ſequuntur: & nõ ſeparantur ab inuicem: ſermo mundus in anima: & uita irrepræhẽſibilis. Abũdãtius autem de capitulo iſto tractauimus: docentes noſipſos ſm̃ ea quæ uiſa ſunt nobis in loco: ut cuſtodiamus nos ab omni errore falſorꝫ dogmatũ: ſiue de manifeſtis & principalibꝰ capitulis: ſiue de his quæ uidentur minora: ut audiamus qui dixit. Non declinabis ad dexteram: aut ſiniſtram ab eo qui dixit. Ego ſum uia. Nec ſeducamur: ſed uigilemus ne quis nos fallat eorum qui ueniunt in nomine Chriſti dicentes: ego ſum Chriſtus: ego ſum ueritas: & ſapiẽtia: et lumen uerum. Puto aũt quia non ſolum eſt ſermo Chriſtus. Eſt & ſermo antichriſtus. Veritas Chriſtus: & ſimulata ueritas antichriſtus: ſapientia Chriſtus: & ſimulata ſapientia antichriſtus: fallens amatores ſapientiæ dei: & ueritatis quæ omnia pertinent ad fidei rationem. Sed etiam in his uirtutibus quibus cõuerſamur ſm̃ deum: inuenimus omnes uirtutes eſſe Chriſtum: & omnes ſimulatas uirtutes antichriſtum. Quoniã oẽs ſpecies boni quaſcunq; habet Chriſtus in ſe in ueritate ad ædificationem hominũ: omnes eas habet in ſe diabolus in ſpecie ad ſeductionem ſanctorꝫ. Si enim chriſtus iuſtitia eſt. Sunt autem frequẽter uiæ uiri quæ uidẽtur eſſe iuſtæ: nouiſſima aũt earum reſpiciunt in profundum inferni. Quãdo ergo uidetur iuſtitia cum non ſit iuſtitia uera: ea talis iuſtitia antichriſtus eſt: aduerſus iuſtitiam Chriſtum. Arbitror & caſtitatem eſſe ãtichriſtum: quæ eſt apud hæreticos in errorem mittẽs homines: ne intelligãt eccle-

ſuſticam

ſiaſticam caſtitatem Chriſtum. Sic et miſericordia eſt antichriſtus: cōtra miſericordiam Chriſtum: qui faciunt eleemoſynas ſed nō propter iuſtitiam dei. Eſt & patiētia antichriſtus in eis qui uident̄ qdem pati pro chriſtianitate: & uſq; ad effuſionem ſanguinis concertātes uidelicet ne uideant̄ denegare chriſtianitatē: iniqtatem aūt in excelſum: in ipſa etiam effuſione ſanguinis ſui loquūtur & ponunt in coelo os ſuum. Eſt & uirtus antihriſtus ſeducēs ignorantes: qm̄ multi dicturi ſunt Chriſto in illa die: Dn̄e in nomine tuo demonia eiciemus: & uirtutes multas fecimus. Ad quos reſpondebit. Diſcedite a me oēs qui operamini iniqtatem: nūq̄ uos noui. Si enim nunq̄ eos Chriſtus cognouit: uirtutes aūt ſe feciſſe gloriātur in nomine Chriſti: nō erāt uirtutes ille a chriſto qui nō nouerat illos: ſed ab eo qui transfigurat ſe nō ſolum in angelum lucis: ſed etiam in ipm̄ chriſtum. Opus eſt ergo nobis deo auxiliatore: & ipſo Chriſto uiuēte in nobis ut apertis oculis noſtris uideamus ne quis nos ſeducat: uel ſermo: uel uirtus: uel ab intus: uel a foris ꝓmittēs ſe eſſe chriſtū cum ſit inimicus eius cæterarūq; uirtutum ipſius. Conſidera etiam illud ꝙ multi ueniunt in nullo alio niſi in nomine meo. Solum enim nomen Chriſti āntichriſtus ſuſcepit: nec opera facit: nec uerba ueritatis eius docet: nec ſapiētiam eius oſtendit in ſe. Et quēadmodum ſm̄ quoſdā Barrabas dicebatur & Ieſus: ſed latro erat: nihil habēs Ieſu præter nomen: ſic multos æſtimo Chriſtos: ſed nomine tātum. Nota autem qm̄ nuſq̄ inuenitur dn̄s in ſcripturis hoc ipſo ſermone utēs: & dicēs: ego ſum chriſtus: ut ne ſimile aliqd dicat multis uēturis in nomine eius atq; dicentibus: ego ſum Chriſtus. Sufficiebāt enim ei ad credentium fidem: qm̄ ipſe eſt chriſtus opa dei quæ ſolus poterat facere chriſtus: & ſermo quem docebat: & uirtus ſuper mille uoces clamātes ego ſum Chriſtus. Sic aūt nunq̄ manifeſte dixit: ego ſum: ſed per opera dixit: & per doctrinam pietatis ut ipſe dicat ad Petrum: quaſi qui nunquā ab eo audiſſet: didiciſſet aūt a patre qa ipſe erat Chriſt⁹ filius dei uiui. Beatus es Symon bariona: quia nō caro & ſanguis reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in coelis. Si enim ipſe in corpore cōſtitutus manifeſte dixiſſet ad eum ego ſum chriſtus: caro eum reuelaſſe uidebatur: nō tm̄ pater. Propterea ſufficit ad ſeductionem antichriſtoꝝ: hoc ſolum ꝙ dicunt: ego ſum chriſtus: quod nunq̄ Chriſtus legitur dixiſſe: & multi ſunt qui ſeducūtur. Lata eſt enim porta & ſpacioſa uia quæ ducit ad perditionem: & multi intrant per eam. Pauci aūt qui inueniūt eam uiam: quæ ducit ad uitam.

❡ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Audietis autem prœlia: & auditiōes prœliorum. Videte ne terreamini. Oportet enim hæc fieri: ſed nōdum eſt finis. Lucas autem hoc modo. Cum audieritis prœlia: & ſeditiones ne terreamini.

❡ Homelia Origenis de eadem lectione. XXVIII.

DVo proponit. Vnum quidem ita Audietis prœlia: alterum autem: auditiones prœliorum. Et primū qdem uideamus ſm̄ ſimplicem traditionem: ſm̄ ꝙ multi itelligūt quid diſtāt auditiones prœlioꝝ a prœliis. Pone enim prœlia eſſe ubi ciuitates ſuper ciuitates inſurgāt: aut gētes gētibus: aut alter alterius rem tollat: uel fortior iterficiat fortem. Quid ergo poſt prœlia auditiones ſignificent prœliorum? Maxime quia non eſt dictum uidebitis prœlia & audietis de prœliis: ſed utrunq; poſuit audietis: ideſt & prœlia audietis: & prœlioꝝ auditiones audietis: & ponamus audire qdem prœlia eſſe: quādo filii pacis a prœliis cuſtodiunt oculos ſuos mūdos ut nō uideāt maligna. Et qm̄ nō poſſunt aſpicere ſup labores: & dolores: audiūt de prœliis qualis ciuitas pugnet aduerſus quā ciuitatem: aut qualis gēs a quali expugnet̄ gēte. Quid aūt erit extra hoc alterum audire ꝑlia: & audire auditiones ꝑlioꝝ? Vide ergo ſi potes. Quantum ad ſimplicitatem uerbi dico: talē differētiā dare: nō eſt idipſum lōge prœliū poſitum audire quia ꝑlium eſt: & iuxta ꝑlium eē: & ipſas ꝑliātium uoces audire. Habet ergo utrunq; ſuam ſignificationem. Et forte qui qdem audit ipſas uoces quæ fiunt in ꝑliis: audit ꝑlia: q aūt de ꝑliis lōge geſtis audit: auditiones audit ꝑlioꝝ: nec enim ipſa ꝑlia audit. Cū ſint aūt ſmones ābigui poteſt q̄s & ex diuerſo dicere: qm̄ qui lōge qdem eſt amplius audit de illis: qui aūt eſt iuxta prœlia audit ipſoꝝ ꝑliorū auditiones. In utroq; ergo uidetur eſſe aliqs differētiæ intellectus. Aſcende nunc ad moralem intellectum & ſpiritalem: ſi quomodo poſſis aliquem ſenſum de eminētia ſciētiæ chriſti: & de ſubtilitate euangeliſtaꝝ iuenire dignū: ut nō deponas euāgelicæ ſapiētiæ dignitatem. Vide ergo ſi recordātes ea quæ ſuperius tradita ſunt de eo qd' ait: multi ueniēt i nomine meo dicētes ego ſum Chriſtus: & multos ſeducēt: poſſumus ſm̄ eoꝝ cōſequētiā ēt iſta iterꝓtari. Omnis igitur q ꝑfectus ē: & uidet i aīam ſuam glorioſum aduentum uerbi quod corrūpit: & cōſumat mūdum: & crucifigit eū uiro iuſto ut moriātur ei oēs res mūdiales: & q exercitatos hēt ſenſus ad capiēdū neceſſe eſt ut q̄rēs & diſcutiēs in multa icurrat dogmatū ꝑlia. Audiet ēt multos ꝓfitētes ueritatem: & diuerſas de ea traditiōes: ut ſient bon⁹ miles uerbi iuulnerabilis aīo maneat ab oībus ꝓfitētib⁹ ueritatē: nō aūt uidētibus eā: neq; manifeſtātib⁹: ſed cōtraria ueritatis quaſi ueritatē ꝓnunciātibus: & dignus efficiat̄ ſuſcipere in aīam ſuā glorioſum chriſti aduētum: ſm̄ ꝙ eſt deus uerbū qd' fuit in principio apud deū: qd' ſolet uenire ad eos q poſtq̄ cognouerit chriſtū ſm̄ carnē: et ſuſcepiūt uerbū qd fctm̄ ē caro: tm̄ aſcēdūt præ multis ut poſſint cape nō qualēcūq; gloriā: ſed gloria quaſi unici a p̄re. Et forſitā in diuerſis gloriis uerbū dei apparet ſm̄ uirtutē uniuſcuiuſq; aīæ uidētis ſm̄ ꝙ ſe capacē aīa unaquæq; ꝑbuerit. Et ergo qui ꝑfectus eſt: & ad cōſumationē ſæculi peruenit quantū ad ſe: tale apparet uerbū ut qui uiderit eū dicat: uidimus gloriā eius: gloriā quaſi unici a patre: plenū grā: & ueritate. Ergo ſi q̄s dign⁹ habēdus eſt ut tale ſuſcipiat uerbū: & uideat: neceſſe habet ante hmōi uiſionē uerbi audire in aīa ſua ꝑlia: ꝑ alios aūt qui q̄ſi ueritatē aſſerūt q̄cq̄d illis fuerit uiſum ꝑlioꝝ auditiones. Et bn̄ ſaluator ꝓficiſcētib⁹ ad ꝑfectū diſcipulis poſtq̄ locut⁹ ē de ꝑliis: ſuꝑaddidit: uidete: & nō dixit audite: hortans eos ſollicitos eſſe ut oculis aīæ poſſint uidere: poſtq̄ audierint ꝑlia: & auditiones ꝑlioꝝ: ſinguloꝝ q̄ audiūtur naturam: & uidentes eam non terreantur: quoniam talia intelligibilia prœlia ſolent in diuerſis perſuaſionibus occurrere hominibus iuſtis: & conturbare: & commouere animas eorum ad dubitandum ne forte uera ſint quæ ueriſimilia eſſe uidētur: cū ſint falſa: aut certe: uel ad creden/

dum eis perfecte quaſi ueris. Quotquot ergo proficiſcū/
tur ad perfectionem quæ eſt in Chriſto: & ad cōuerſatio/
nem cœleſtis eccleſiæ: cum audierit prœlia hæreſum quæ
aduerſus ueram fidem: & aduerſus ſeipſos inuicem prœ/
liantur: & audierint auditiones prœlioꝝ philoſophiæ: &
uanæ ſeductionis ſm traditionem hominum: ſm elemē/
ta huius mundi: & non ſm Chriſtum: exercitantes ſeipſos
in his quæ dicuntur: quærunt & cogitāt mandatum chri
ſti dicentis: uidete: & uident qdem q̄ dicuntur. Videntes
autem cum ueriſimilitudine mēdacia non seducūtur: ſed
ſperant ſine uulnere talium prœlioꝝ: glorioſum aduentū
uidere Chriſti qui eſt uerbū: maxime ſi audientes ſm chri
ſti mandatum prœlia: & auditiones prœliorum: nullam
ꝑturbationem animæ patiantur: ſed ſub pace dei protecti
quæ cuſtodit corda & ſenſus dignoꝝ: non fuerint territi.
Si quis autem audiens prœlia & auditiones prœlioꝝ ſm
quod expoſuimus: non fuerit ſollicitus ad uidendum ea
quæ dicuntur in diuerſis ueriſimilitudinibus: & quia nō
fuit ſollicitus ad uidēdum: territus fuerit: non ſolum deci/
pietur a multis uenientibus in nomine Chriſti: & dicenti/
bus ego ſum Chriſtus: uerūetiam interficietur ab huiuſ/
modi gladiis inſanabilia ſuſcipiens uulnera. De qbus gla/
diis dictum eſt. Vulnerant gladii quorum uulnera ſapien/
tium linguæ ſolent ſanare. Hic autem qui perturbant̃: &
quia nō ſibi proſpiciunt: in huiuſmodi prœlium cadunt:
illi ſunt qui in ualle ſyon uulnerantur: & moriūtur: de q/
bus dicit ſcriptura. Vulnerati tui nō uulnerati gladio: nec
mortui tui: mortui in bello. De quibus nunc tātum ſigni
ficare oportet nos. Sed nō cuiuſcūq; hominis eſſe præpa/
rare ad audiendum prœlia: & auditiones prœlioꝝ: ut au/
diens uideat: & nō terreatur: ſed uiri perfecti in chriſto: in
carne quidem uiuentis: nō tamen ſm carnem militantis:
cuius militæ arma non ſunt carnalia: ſed fortia deo: et ua/
lentia deſtruere munitiones: & cogitationes extollentium
ſe aduerſus ſcientiam dei. Nam ſm Salomonem multas
ciuitates munitas hæreſum ſuaſione uerborum aſcendit
uir ſapiens: & aſcendēs deſtruxit munitionem in qua im/
pii cōfidebant. Paulus deſtruxit qui paratus fuerat ad de/
ſtructionem ciuitatum munitarū aduerſantium ueritati.
Qui talis eſt: poſtq̄ audierit prœlia: & auditiones prœlio/
rum uidens & quaſi ſapiens aſcēdens ſuper ciuitates mu/
nitas. & deſtruens munitiones in quibus impii confide/
bant: laudans deum: & gratias agens deo: & a quo didicit
talia prœlia prœliari: & ſeruare mandatum quod ait ſan/
ctificate bellum: clamat & dicit. Benedictus dominus
deus meus qui docet manus meas in bellum: & digitos
meos in prœlium: miſericordia mea & refugium meum.
Et propter huiuſmodi prœlia dicitur de Dauid ab uxore
Nabal: prœlia domini: dn̄s meus pugnabit. Puto autem
& myſteria eſſe talium prœlioꝝ prœlia: quæ in ſcripturis
leguntur myſteria etiam eſſe deſtructionis prœliātium ad/
uerſus ueritatis cōgregationem: maxime quæ leguntur in
libro Ieſu naue: de deſtructionibus ciuitatum: & myſteria
ſunt omnium cōgregationum aduerſariarum uirtutum.
Audientes ergo prœlia: et auditiones talium prœliorum
attēdamus quod ait. Videte ne terreamini. Et debemus
ſcire quoniam oportet hæc fieri expectanti aduentum uer
bi: ut audiat prœlia: & auditiones prœlioꝝ: ſed nō ſtatim
ut audierit: mox erit finis. Propter quod finem oportet

expectare omnem hominem qui uult fieri ſaluus: quoniā
qui perſeuerauerit uſq; in finem: hic ſaluus erit. Secūdū
Lucam autem ſi audierimus prœlia & ſeditiones: ne cō/
turbemur. Prœlia quidem quæ fiunt a ſcientia falſi nomi
nis: et a ſapientia principum huius mundi. Seditiones aūt
nō conſentientiū ſibi inuicem in conuentu eccleſiæ. Di/
uerſas enim ſententias de uariis negociis manifeſte audi/
mus: maxime qui uolumus ꝓficiſci ad ꝑfectionem quæ
eſt in Chriſto. Non ſolum extra eccleſiam prœlia: uerū/
etiam in eccleſia intus ſeditiones. A quibus omnibus alie/
ni fuerunt apſtoloꝝ diſcipuli quorum omnium ſicut in
actibus apoſtoloꝝ eſt ſcriptum: erat cor unum & anima
una: cōfirmati enim erāt in eodem ſenſu: & in eadem ſciē
tia. Tamē nos & ſi audimus eiuſmodi prœlia: & ſeditio/
nes huiuſmodi: non terreamur. Oportet enim primum
anteq̄ uideamus perfectionem ſapientiæ quæ eſt in Chri/
ſto: hæc fieri: ſed nō ſtatim erit finis quem q̄rimus. Opor/
tet enim nos ſtabiliri & confirmari in pace: ut ſine terrore
ſimus: nec a ſeditionibus cōturbemur: ut poſt hæc ualea/
mus capere finem: qui non eſt in auditione prœliorum:
neq; in ipſis ſeditionibus: pacificus enim finis longe eſt
ab omnibus iſtis. Exurget enim gens aduerſus gentem: &
regnum aduerſus regnum: & erunt fames & peſtilentiæ:
& terræ motus per loca. Hæc enim omnia initia ſunt do/
lorum. Marcus eadem: addit autem & turbelas. Lucas ſi/
militer ipſa: addit autē terroreſq; de cœlo: & ſigna magna
erunt: et hyemes. Primum ſimplicia loci: & corporalia ex/
ponamus. Sicut enim ægrotāt corpora ante mortem eo/
rum qui uim non extrinſecus patiuntur: & quēadmodū
in omnibus per infirmitatem fit uia ad ſeparādam animā
a corpore ſuo: ſic talis & tanta creatura mundi: cum cor/
rumpi cœperit quaſi initium habens & finem: quoniam
quæ uidentur tēporalia ſunt: & quia cœlum & terra trā/
ſibunt: neceſſe eſt ante corruptionem ut languat: ut terra
qdem frequentius terræ motibus conquaſſetur: aer autē
uim quādam morbiferam cōcipiēs: peſtilens fiat. Adhuc
autem & uitalis uirtus terræ repente deficiens offocet fru
ctus: & omnes naturas arborum deficiens generatrix eaꝝ
uirtus. His igitur accidentibus cōſequens eſt: ut & mobi/
lis natura quaſi totius mundi pars aliqua conſtituta cō/
patiatur uniuerſaꝝ rerum mutationi: utputa cōſueta eſca/
rum nutrimenta nō reſumens: ueniat ad defectum: & cor/
rūpatur. Nam cœli peribunt: quoniam ſicut ueſtimētum
ueteraſcēt. Quicqd aūt ueteraſcit & ſeneſcit prope interitū
eſt. Cōſequēs eſt ut & ꝓpter inopiā ciboꝝ in auaritiam: &
bella homines excitent̃ aduerſus eos qui nō tātam patiū/
tur inopiam: & ut ex cōparatione alioꝝ quæ in rebus ne/
ceſſariis ſunt abundātiū: ut fiāt iſurrectiones alioꝝ aduer/
ſus alios: & gēs pugnet aduerſus gētem: & regnū aduer/
ſus regnum. Poſſibile eſt aūt cū alia īdifferētia rerū ēt ho/
minū bonū ſenſum habētiū īdifferētiā fieri: ut ꝑ hæc trā/
quilla et pacifica uita nō inueniatur in multis: ſed inſurre/
ctiones & lites & ꝑturbationes fiant. Interdum qdem ꝑꝑ
auaritiam: interdū autē ꝓpter cōcupiſcētiam principatus:
aliquando autem & propter gloriæ uanæ cupiditatē inſa
nam: interdū aūt & cupiditate uanæ gloriæ principum q
non ſunt contēti proprio regno: ſed uolunt ſuum qdem
extendere principatum: & multas ſibi ſubdere nationes.
Adhuc autem profundiorē dabit aliqs cauſam eoꝝ quæ

ante

ante cõſumationem mundi ſunt euentura. Maxime autẽ de prœliis. Quoniam ſicut aduentus Chriſti in plurimis gentibus diuina uirtute fecit pacem: ſm quod dicit propheta de illo: orietur in diebus eius iuſtitia: & abundantia pacis donec extollatur luna: & ſic pax multiplicata eſt mũdi propter incrementa eccleſiarum futura ut ea pax ſalutis multorum fiat occaſio dum nõ coguntur exire ad bella: & pugnare pro patriis ſicut pridem fiebat. Sic cõſequens eſt: ut cum propter abundantiam iniquitatis refrigerit charitas multorum: & ideo dereliquerit eos deus & Chriſtus eius: iterum fieri prœlia: uidelicet dum nõ prohibentur operationes ſeminatrices bellorum a ſanctitate: ſed magis adhuc nutriuntur propter malitiam hoium ſuperceſcentem: ut omnium accidẽtium malorum cauſa eſſe dicãtur: qui acceſſerunt quidem ad uerbum: ſed poſtea declinauerunt oẽs: et ſimul inutiles facti ſunt in mũdialibus malis. Nam q̃diu ſteterint ſales terræ: ad quos dñs dixit: uos eſtis ſal terræ: & omnia conſtant ſalibus temperata. Poſtq̃ autem infatuati fuerint ipſi ſales: ut ſm ſcripturam dicamus & ea quæ ſaliebãtur ab eis ſicut inſulſa infatuantur: corrũpuntur: & fœtent: & reſoluuntur. Adhuc autem & q̃diu ſteterit lux mundi: omnia dirigantur a claro lumine diſpenſata. Cum autem hoc ipſum lumen diminutum fuerit in animis hoium: dum propria & naturali eſca non nutritur: tunc occupãtibus omnia tenebris cum in triſtitia facta fuerint omnia & calamitatibus: fiet quaſi cõuentus ſuper omnia aduerſariaꝝ uirtutum: dum nõ uetantur a ſanctis & a Chriſto in eis: q ſolebat eos uetare: ſed quaſi in tenebris ſine aliqua prohibitione operabuntur in cordibus hominum ut excitent gentem aduerſus gentem: & regnum aduerſus regnum. Si autem quemadmodum: & placet quibuſdam & fames: & peſtilentiæ ab huiuſmodi operationibus fiunt: & ab angelis ſathanæ ſimiliter: & fames: & peſtilẽtiæ: tunc inualeſcent ab aduerſariis uirtutibus quando nõ fuerint ſales terræ: & lux mundi: Chriſti diſcipuli qui ſunt principes poteſtatis dei deſtruentes in hoibus prœlia: quæ faciunt aduerſariæ poteſtates: & omnia quæ ex eorum malitia ſeminantur. Et aliquando quidem in iſrael fames & peſtilentiæ fiebant propter peccata: et ſiccitates: quas orationes ſanctoꝝ ſoluebant: Samuelis: Hieremiæ: cæterorumq; ſimilium. Bene autem poſitum eſt: erunt fames & peſtilẽtiæ: & terræ motus per loca. Nec enim inſemel uult deus perdere humanum genus: ſed iudicans per partes paulatim in eo dum fiunt fames: & peſtilentiæ: & terræ motus per loca dat pœnitentiæ locum his qui ex modicis caſtigationibus emendantur: & conuertuntur ad deum. Et quẽadmodum incipientibus infirmitatibus poſſibile eſt afferre medicinalia adiumenta: ſic incipientibus fame: et peſtilentiis: & terræ motibus per loca poſſibile eſt qbuſdam hominibus ad cõuerſationem: & fidem: & ſapientiam ſanctoꝝ purgatoria dare. Si autem icipientibus huiuſmodi malis nõ fuerit facta pia correctio: proficient ad peius fames: et peſtilẽtiæ & terræ motus. Cum locum habuerit abhominatio deſolationis: nõ contenta parte alia mundi: ueniet enim ut etiam in loco ſancto conſiſtat. Tamen inſurrectiones gentiũ ſuper gẽtes: & regnorum aduerſus regna: & fames: & peſtilentiæ: & terræmotus per loca exurgentes: initia eſſe dicuntur peiorum calamitatum quas dominus appellauit dolores,

Si ergo tales erunt primitiæ dolorum: qualia puta erunt incrementa dolorum? Qualis autem & finis erit generalium dolorum in uniuerſo mundo: ut nõ iam per partes: ſed uniuerſum exterminent mũdum. Tamẽ arbitror quæ ſunt ſecutura aduerſus impios fore tñmodo ut ĩ doloribus acutiſſimis & diutinis cruciẽtur donec deponãt quæ conceperunt: & formauerunt ſemina peccatoꝝ ab operationibus contrariis. Et Pharao quidem non bene facere cupiens præcepit omne maſculinum quodcũq; fuerit natum hebræis ut proiiciatur in flumẽ. Deus autem bonus quaſi uere bonus occidit ſemina malorum quæ receperunt: ut per multos labores: & dolores ea deponant: qm̃ conceperunt dolorem: & pepererunt iniquitatẽ. Et quid aliud decet deum niſi ut occidat omnem iniqtatem quã generant peccatores: quibus huiuſmodi mortis dies: melior eſt q̃ dies natiuitatis ipſius ſm quod ſcriptum eſt melior dies mortis ſuper diẽ natiuitatis. Sic et abortum meliorem: eo quod naſcitur bene quis dicet. Et dixi bonum ſuper eum abortum. Nam abortum huiuſmodi in uanitate uenit: & in tenebris ãbulat: & in tenebris nomen eius contegetur. Et hæc tractauimus abundantius cõſequentia aſpicientes: ſm quod ait. Hæc omnia: initia ſunt dolorum. Quoniam autem & moralem intellectum æſtimo eſſe etiam in iſto loco / ſm ea quæ dixi cõſequenter: & hic ſunt dicenda: quoniam ſi quis glorioſam & regalem formam uerbi uiſurus eſſet aduentum ipſius glorioſum: neceſſe eſt ei ut excitetur: nõ ſolum audire prœlia: & auditiones intelligibilium prœlioꝝ ut uidens diſcat nequaq̃ terreri: ſed etiam ut uideat gentem mendacii alicuius: & motum uerborum trahentium ad aliquam ſectam inſurgentem aduerſus aliam aliquam mendacii gẽtem. Quoniam huiuſmodi gentibus nunq̃ eſt pacificus finis. Quod frequẽter uidemus inter hæreſes fieri: & inter eccleſias malignãtium: ſurgere alterius hæreſis gentem ſuper gẽtem alterius hæreſis. Sic & regnum alicuius uerbi inſurget aduerſus alterius uerbi erratici regnum: qm̃ ſathanas & omne mendacium aduerſus ſeipſum diuiditur ſemper: ꝓpterea nõ poteſt ſtare. Ergo q proficiſcitur ad uidẽdam gloriam Chriſti: & regnum: hoc eſt uerbi perfectionem: & regnum quod regnat: & dominatur: ponens omnes aduerſarios ſermones ſub pedibus ſuis: & in cõculcationẽ pedum ſuorum: neceſſe eſt ei ut quærẽs ueritatem: frequenter inopiam ſenſuum patiatur quibus proprie anima nutritur ad requiſitionem eoꝝ quæ ſunt quærenda. Et ſicut aliquando qui ꝓficiſcebantur ad terram promiſſionis afflicti ſunt: famem paſſi ſunt carnalium ciboꝝ: tantum ut cœleſte accipiãt manna ſic oportet inopia ſenſuum tẽtare eum frequenter: & nihil pati ex ea qui perfectione uerbi eſt nutriendus. Et quotidie hoc ipſum uidemus in nobis quando quærimus aliquem ueritatis ſenſum in ſcripturis priuſq̃ inueniamus quod quærimus: aliquam inopiã ſenſuum patimur donec ſoluitur in nobis eiuſmodi inopia ſenſuum a deo qui dat dignis eſcam in tempore opportuno ad manducandum: & ueſtimentum ad induendum. Oportet etiam eum qui uidet glorioſum aduentum: id eſt aduentum ſapientiæ in animam ſuam: neceſſe eſt eum uidere peſtilẽtias morbidorum ſermonum: & nihil pati ab eis. Peſtiferi aũt ſermones ſũt oẽs q ab hoib' peſtiferis proferũtur: iniquitatem in excelſum loquentibus

& ponentibus in cœlo os ſuum in ſuperbia : & magna
ꝓmiſſione:utputa marcionis ſermones aduerſus creatoré
mundi : & impiæ blaſphemiæ quædam peſtilétiæ ſunt
aīaꝝ:corrúpétes hoium mentes : & faciétes aīas in erroꝝ
ſuſpitionibus ægrotare. Valétiniani etiá de maſculinis &
fœmininis ſæculis fabulæ:& de natiuitate creatoris mun
di:quam ex falſa ſapiétia cōfinxerunt:& quæcúq; alia gar
rulant qd aliud ſunt niſi peſtilentiæ? Baſilidis quoq; ſer/
mones detrahentes qdem eis qui uſq; ad mortem certát
pro ueritate:ut cōfiteantur coram hominibus Ieſum. In/
differéter aút agere docentes ad denegandum:& ad ſacri
ficádum diis alienis : non minus peſtificát:& corrúpunt
audientes ſequi in hiſdem ſermonibus docent non eſſe
alias peccatoꝝ pœnas niſi tráſcorporationes animarum
poſt mortem. Nam ut dimittá manifeſte falſum eſſe qđ'
dicitur:adhuc aút tollunt ab omnibus ſalutarem timoré:
& qui uel propter timorem futuraꝝ pœnarum ſeruaturi
ſe fuerant a multitudine peccatoꝝ:nutriút audaciam im/
pietatis eoꝝ. Multæ igitur fames et peſtilétiæ erunt oibus
uidere uolentibus glorioſum Chriſti aduétum in anima
ſua:ſed nihil eis nocebunt. Videbút enim trāmō eas : ſed
nihil patientur ab eis. Patietur aút & motus eoꝝ quæ q̃/
rentur in plurimis locis ſcripturaꝝ uerifimilitudinem cō/
trarietatis:uel mendacioꝝ habentibus : ſed poſtmodum
patiéter nihil:nec motus auditionum falſarum uellet eos
ab expectatione glorioſi & diuini:& perfecti aduétus Ie/
ſu Chriſti uerbi. Et qui dicturus eſt : a timore tuo dñe in
utero cōcepimus:& parturiuimus / & pepimus ſpiritum
ſalutis quē feciſti ſuper terram:aut ſm quod dictum eſt/
filii mei quos iterum ꝑturio donec formetur Chriſtus in
uobis:neceſſe eſt eum in primis in omnibus iſtis doloni/
bus fieri famis:& peſtilentiaꝝ : & motuum quod ſuſti/
nens pariet quod cōcepit:et formauit in ſe Chriſtum uer
bum:ut dicat in natiuitate eius:ecce euágelizo uobis gau
dium magnum:& gloriam in excelſis deo:& pacem ſup
terram:Tunc tradét uos in tribulationes:& occidét uos:
& eritis odio oibus gentibus propter nomen meum. Et
tunc ſcandalizabunť multi & inuicem tradét:& odio ha
bebunt inuicem:& multi pſeudo prophetæ inſurgent:&
ſeducent multos:& qm̃ abundauit iniqtas refrigeſcet cha
ritas multoꝝ:ſed qui permáſerit in finem hic ſaluus erit.
Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerſo orbe
in teſtimonium omnibus gentibus : & tunc ueniet finis.
Et ſine expoſitione qdem : textus a ſe ipſo eſt m manifeſtus:
quoniam frequenter traditi ſunt diſcipuli Chriſti in tribu
lationes:& propter uerbum ſunt interfecti:& propter chri/
ſtum odio habiti gentibus. Si autem diſcutere quis uelit
quod ait omnibus gentibus : non ſatis inueniet certum:
qm̃ oibus etiam in ultimis partibus terræ:cōmorantibus
gétibus odio hét̄ur populus chriſti:niſi forte et hic aliqs
dicat propter exaggerationem multaꝝ poſitum oibus:ꝓ
multis. Proponés aút tibi quod dicit : tunc tradent uos:
inuenies qſtionem. Nec enim poſtq̃ iſurrexerút gens cō/
tra gentem/& regnum aduerſus regnum & poſt fames et
peſtilentias per loca:tunc traditi ſunt in tribulationes : &
occiſi ſunt:& odio habiti ab oibus gentibus propter no/
men chriſti. Nam & priuſq̃ hæc fierent : traditi ſunt chri/
ſtiani in tribulationes : & dantes teſtimoniú ueritati ſunt
interfecti:& odio habiti ſunt gentibus cum qbus habita/
uerút. Aduerſus hác aút qſtionem qui ſm uerba uult in/
telligere:reſpondebit qm̃ tunc maxime tradétur chriſtia/
ni in tribulationes:quéadmodum nunq̃. Tunc odio ha/
bendi ſunt maxime ab oibus gentibus cohabitantibus ſi/
bi:ſicut nunq̃:et omnia patiétur pro nomine chriſti:cum
ſurrexerit gens cōtra gentem:& regnum aduerſus regnū:
& fient fames & peſtilétiæ:& terræ motus per loca. Amát
enim qui in calamitatibus ſunt:cauſas earum diſcutiétes
inuenire aliqd quod loquátur. Cum hæc ergo cōtigerint
múdo:cōſequens eſt quaſi derelinquétibus hoibus deo/
rum culturam:Vt propter multitudinem chriſtianoꝝ di/
cant fieri bella:& fames:& peſtilentias. Frequéter enim fa/
mis cauſa chriſtianos culpauerút gétiles:et quicúq; ſapie/
bant quæ gétium ſunt. Sed & peſtilentiaꝝ cauſas ad chri
ſti eccleſiam retulerút. Scimus aút:& apud nos terræ mo/
tum factum in locis qbuſdam : & factas fuiſſe quaſdam
ruinas ita ut qui erát impii extra fidem cauſam terræ mo/
tus dicerent chriſtianos:ꝓpter q̄ & perſecutiones paſſæ
ſunt eccleſiæ:& incenſæ ſunt. Nō ſolum aút illi:ſed et qui
uidebanť prudétes:talia in publico dicerent : quia ꝓpter
chriſtianos fiunt grauiſſimi terræ motus. Quod aút dici/
tur:et eritis odio omnibus gétibus ꝓpter nomen meum:
ſic ſaluare quis poterit:quia nunq̃ qdem in unum cōſen/
ſerunt oés gentes aduerſus chriſtianos. Cum aút cōtige/
rint quæ Chriſtus ꝑdixit:tunc quaſi ſuccendédi ſunt om
nes a qbuſdam gétibus incipientibus chriſtianos culpare:
ut tunc fiát perſecutiones iam nō ex parte ſicut ante / ſed
generaliter ubiq; aduerſus populum dei. Tunc continget
illud ut multi ſcádalizentur qui uidenť in fide cōſiſtere:et
ſi alterutrum tradét:& erit odium inter ipſos etiam q ui/
dentur fideles. Tunc pſeudoprophetæ multi inſurgent:
multitudiné in ſenſatoꝝ fallentes:tunc & refrigeſcéte cha
ritate nō ſolum apud iſideles:ſed etiam in ipſis fidelibus:
& feruor charitatis ex multis iniquitatibus refrigeſcet : ita
ut pauci remaneant certátes pro ueritate uſq; ad finem q
& ſaluandi ſunt ſoli. Et in hoc ſtatu cōſtitutis rebus:euá/
gelium quod prius nō fuerat ꝑdicatum in toto mundo:
multi enim nō ſolum barbaraꝝ:ſed etiam noſtraꝝ gen/
tium:uſq; nunc nō audierút chriſtianitatis uerbum. Túc
autem prædicabitur : ut omnis gens euangelicam audiat
prædicationem:& nemo derelinquatur qui non audiuit:
& tunc erit ſæculi finis. Si autem hæc ita ſe habét:iam nō
ignorabimus de eo quod dicit:tunc tradent uos:nec fal/
ſum ſuſpicabimur quod ait:& eritis odio omnibus gen/
tibus propter nomen meum:dicétes ueritatem huius uer
bi nondum eſſe impletam:q̃diu nō eſt factum quod ait:
tunc ſcandalizabútur multi & inuicem tradent. Nódum
enim multi proditores de eccleſia facti ſunt & nondum
multi falſi prophetæ extiterút multos fallentes:ſic & nō/
dum odio habiti ſunt ab omnibus gentibus:etiam in ul/
timis partibus terræ habitantibus propter nomen chriſti.
Sic et nondú eſt ꝑdicatum euágelium regni in toto orbe.
Non enim fertur prædicatum eſſe euangelium apud om/
nes æthiopas:maxime apud eos qui ſunt ultra flumé :ſed
nec apđ ſeres:nec apđ orieté audierút xpianitatis ſmoné.
Quid aút dicamus de británis aut germanis q ſunt circa
oceanū:uel apud barbaros:dacos:et ſarmatas:& ſcythas:
quoꝝ plurimi nódú audierút euágelii uerbum:audituri
ſunt aút in ipſa ſæculi conſumatione? Aſpice enim quod
ait &

ait:& prædicabitur hoc euangelium regni in toto orbe in teſtimonium omnibus gentibus:& tunc erit finis. Si aūt uult quis temere dicere prædicatum eſſe iam euāgelium regni in toto orbe in teſtimonium oibus gentibus cōſequēter dicere poterit & quod ait:tunc erit finis: iam finē ueniſſe. Quod dicere temeritatis eſt magnæ/& hominis nō intelligētis:quæ Paulus ad theſſalonicēſes epiſtola ſecūda dicit: dicens.ne quis uos ſeducat ullo modo quaſi inſtet dies domini:qm̄ niſi uenerit primū diſceſſio:& reuelatus fuerit homo peccati:filius interitus: & cætera: non erit dñi dies. Hæc ſm ſimplicem expoſuimus traditionē. Si aūt debemus ſm quod moraliter ſupra tradidimus:& hic itelligere moralem tractatum:talia exponemus. Quoniā qui uiſurus eſt ſm uerbi dei aduētum illū glorioſum in animam ſuam:neceſſe eſt ut ſm mēſuram pfectus ſui ad uerbi pfectionem inſidias a cōtrariis operationibus patiatur: quaſi magnus athleta: & traditus in tribulationes derelinquat̄. Multæ enim tribulationes iuſtoꝝ. Et quāto quis iuſtior uoluerit fieri:tāto magis quaſi anguſtā & tribulatā cū affectu ābulans uiam in tribulationes icurrat:& tribulatus occidit̄ mundo. Et quātum ad manifeſtiorem pficiſcitur uiſionem uerbi/tanto amplius tribulat̄. Quoniam pfectior inuenitur Chriſtus in eo:ab oibus odientibus Chriſtum odiet̄:nō tm̄ a gētibus oibus ſm carnem: quātum a gētibus ſpūalium neqtiaꝝ. Ipſa enim iplantata manifeſtatio ,pprietatum Chriſti in eo:,pp̄ter quas & dicitur chriſtianus:facit eum ab oibus habētibus ſpiritum mūdi odiri ad pfectionem adhuc chriſti amplius:& amplius cōtēdentem. Sed & in diſſenſionibus & q̄ſtionibus pauci erūt intēti ueritatem plenius attingētes. Plures aūt ſcādalizabunt̄:& cadent ab ea ,pditores & accuſatores effecti alterutrum ,pp̄ter diſſenſione dogmatum ueritatis:quam nō oēs appræhēdere poſſunt: quæ cauſa fiet ut odiant ſe inuicem. Et cū huiuſmodi q̄ōnes in plures uenerint:multi q̄dem erūt nō ſane credētes de futuris ſermonē. Et quo nō oportet iterpretātes ,pphetas quos pſeudo,pphetas:qs dicere nō peccabit:ſeducere multos. Valde aūt pauci erunt ueritatem iueſtigantes. Falſæ aūt doctrinæ a ,pp̄oſito ueritatis fontem q̄dem ſoluēt:eos aūt qui prurietes ſunt aure multiplicabūt: ad delectamētum eoꝝ loquētes iniquitatem legi cōtrariam. Et tātum nocebunt uerba docētium multoꝝ cōtraria:ut etiam feruētem dilectionē quæ prius fuerat in ſimplicitate fidei refrigeſcere faciant æſtimatione cōpationis diuioꝝ myſterioꝝ et ueritatis. Sed q potuerit uidēs oia hæc manere i prio apoſtolicæ traditionis:et eccleſiaſticæ inductionis,pp̄oſito:ipſe ſaluabit̄:et ſic pdicatū euangeliū in aīas oium:erit in teſtimonium oibus gētibus:id eſt oibus cogitationib⁹ incredulis omniū animaꝝ.

¶ Secundum Matthæum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum uideritis abhominationem deſolationis: quod ſcriptum eſt p Danielem,pphetam ſtātem in loco ſancto:qui legit intelligat.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione.

Numero.XXIX.

Verba prophetæ quæ locutus eſt de abhominatione deſolationis futura ſunt hæc: & cōfirmabit teſtamētum multis ſeptimana una:& in dimidio ſeptimanæ tollet̄ ſacrificium:& libatio: & ſuper templum abhominatio deſolationis erit: & uſq; ad conſumationem temporis cōſumatio dabitur ſup deſolationem. Vere q̄dem cōpræhēdere ſermones Danielis nullius alterius eſt:niſi ſpiritus ſancti qui fuit in Daniele:ut de ſeptimanis oēm manifeſtet ſermonem: & de abhominatione deſolationis dicta ab eo. Si aūt oportet & nos pauca ſm q̄ nobis uidet̄ exponere de hoc loco:dicēdum eſt qm̄ ſeptuaginta annos:qui fuerunt poſt aduētum Saluatoris noſtri demōſtrare uidetur ſermo. Hæc enim ſeptimana quæ ,pp̄ter ſeptem decadas annoꝝ dicitur ſeptimana:confirmat teſtamētum multis: qn̄ & apoſtoli Chriſti poſt Aſcēſionem ipſius orationi:& uerbo inſtantes a deo illuminabant̄ in oēm ſciētiam uolūtatis diuinaꝝ ſcripturaꝝ:& a ſpiritu ſancto. In dimidio aūt ſeptimanæ id eſt in tribus & ſemis decadis annorum ſublatū eſt ſacrificium altaris: id eſt in trigintaquinq; annis:& impletum eſt qd' fuerat ſcriptum:in dimidio ſeptimanæ tollet̄ ſacrificium:& libatio. Tunc aūt ſup tēplum quod fuit in hieroſolymis facta eſt abhominatio deſolationis templi:& ciuitatis:in eo uidelicet tēpore quādo uiderunt circumdatam Hieruſalem ab exercitu:ut ſm quod prophetauerat Saluator de ea cognoſcant:q̄ appropiauit deſolatio eius. Et hāc deſolatiōis abhominationem factā ſuper tēplum:ab exercitu Hieruſalem circūdante dicit ,ppheta uſq; ad tempus cōſumationis manere:ut cōſumatio fiat mundi ſup deſolationem Hieruſalem: & tēpli q̄d eſt in ea. Et ubi ſunt qui ſe dicūt iudæos:& nō ſunt? Qui dicunt:ædificabitur hieruſalem quæ eſt deorſum priuſq̄ ſæculi cōſumatio fiat? Cōſumatio (inquit) dabitur ſuper deſolationē eius. Si aūt & ædificabitur tēplum ædificabitur ei qui aduerſat̄:& extollitur ſupra omne quod dicitur deus:aut colitur:ut ſedeat in templo huiuſmodi oſtēdens ſe quaſi ſit deus quē dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui:& deſtruet illumintione aduētus ſui. Siue ergo placeat q̄buſdam ædificari hanc Hieruſalem ſuper terram: tm̄ nō erit falſum quod dicitur cōſumatio eſſe dāda ſuper deſolationem ipſius. Si aūt oportet & de tēporibus aliq̄d dicere dicimus quoniam in chronicis Phlegōtis cuiuſdam dicitur ſi tamen debemus & hunc quaſi uera dicentem de templo ſuſcipere: quoniam circa quadrageſimum annum a quintodecimo anno Tyberii cæſaris facta eſt deſtructio hieruſalem & templi quod fuit in ea. Deduc ergo prædicationis domini fere annos tres:& tempus reſurrectionis ipſius: quando per dies quadraginta apparens illis docebat eos de regno dei: & inuenies forſitan plus minus:quoniam circa dimidium ſeptimanæ computans per decadas annorum eſt completum quod dictum eſt:tolletur ſacrificium meum/& libatio quando & ſuper templum abhominatio deſolationis eſt facta: quæ deſolatio uſq; ad tempus conſumationis manebit. Conſumatio enim ſm q̄ diximus dabitur ſuper deſolationē. Si autem conſtat nobis talis traditio ſeptimanæ: dicentibus quātum ad dictum impletum eſſe: quod dictum eſt: non ſolum tolletur ſacrificium meum et libatio:ſed etiam illud quod ſcriptum eſt: ut abhominatio deſolationum ſuper templum contingat: ſine dubio manifeſte oſtenditur aduentus Chriſti: etiam ex uerbis Danielis prophetæ dicētis:ſeptuaginta ſeptimanæ conciſæ ſunt ſuper populum tuum:& ſuper ciuitatem ſanctam ut cōſumet̄ pctm̄

& ſignetur peccatum:& deleãtur iniquitates:& ut adducať iuſtitia æterna:& ut ſignetur uiſio/& ꝓpheta/& ungeť ſanctus ſanctoꝝ/& cognoſcet intelligẽs ab exitu uerbi reſpondere:& ædificare hieruſalem uſq; ad Chriſtum ducem:ſeptem ſeptimanæ ſexagita duæ. Et conuerteť:& reædificabiť platea & murus:& euacuabunť tẽpora:& poſt ſeptimanas ſexaginta duas interibit unctio:& iudicium nõ eſt in eo. Ciuitatem aũt:& ſanctum corrũpet cum duce ueniente:et exciditur in diluuio:et uſq; ad finem belli cõciſi interitus:& cõfirmabit teſtamẽtum multis ſeptimana una:& in dimidio ſeptimanæ tolletur ſacrificium:& libatio:& pinnæ uſq; ad cõſumationem feſtinationis. Poſt hæc ſeqtur ſermo quẽ expoſuimus ſic habens. Et confirmabit teſtamẽtum multis ſeptimana una:& cætera. Arbitror aũt ſeptuaginta ſeptimanas cõciſas ſuper populum:& ſup ciuitatem ſanctã:ut cõſumetur peccatum quatuor milia nõgentos eſſe annos ab Adam uſq; ad ſuptuaginta annos qui fuerunt poſt diſpẽſationem Chriſti. Cõſumatum eſt enim peccatum populi:ꝓpter quod & a deo eſt derelictus:& illoꝝ quidem peccatum ſignatum eſt:credẽtium aũt iniuſtitia eſt deleta:& poſt deletionem eius:adducta eſt in Chriſto uita æterna. Sed qm̃ lex & prophetæ uſq; ad Ioãnem qui oſtendit Chriſtum:ꝓpterea puto dictum ſignari uiſionem & prophetam. Nam qm̃ nequaq̃ ſunt in ꝓphetis uiſiones poſt Ioãnem:ideo ſignata eſt uiſio & ꝓphetia. Signata aũt uiſione & prophetia unctus eſt unigenitus ſanctus ſanctoꝝ Chriſtus. Quẽ chriſtum unctum cognouerunt ꝓphetæ/& Daniel:& itellexerunt aliquomodo ab exitu uerbi:qm̃ uerbo domini cœli firmati ſunt:& ab exitu uerbi reſpõdere in ſanctis q ab initio fuerũt & ꝓphetis domini. Sed & ædificari hieruſalem uſq; ad Chriſtum ducem trãſierunt ſeptimanæ ſexagita duæ:hoc eſt primum qdem ãni quadringẽti nonaginta quæ fiunt per decadas cõputatæ ſeptimanæ ſeptem. Poſt hoc aũt anni quatuor milia trecẽti quadraginta:qui fiũt ſimiliter p decadas cõputatæ ſeptimanæ ſexaginta duæ. Poſt quos reuerſus eſt Chriſtus & ædificauit plateam in qua ſapiẽtia fiducialiter agit:& murum in cuius faſtigio ꝑdicatur. Euacuata ſunt aũt populi tẽpora:ꝓpterea ꝙ ſupadditas:ſeptem ſeptimanas:ſexagita duas ſeptimanas. Sublatum eſt a populo chriſma qđ fuit in tẽplo:ut iam non ſit iudicium apud eos. Sed & ciuitas:& ſanctum corruptum eſt:cum ſuperueniẽte poſtea duce populo illi:ſiue Herode:ſiue Agrippa:hũc enim dicit eẽ hyſtoria iudæorum. Sed uide ne putes ꝙ ait corrũpi cum duce ueniente:referri ad Chriſtum. Vbi enim uoluit ipſum itelligi chriſtũ utriuſq; nominibus uſus eſt Daniel dicens/uſq; ad Chriſtum ducem. Quãdo aũt tacet nomen Chriſti:corrũpendum introducit ducem:qm̃ defecit dux poſt Chriſtum:& dux de fœmoribus eius uenit enim cui repoſita erant. Poſt quem exciſus eſt in diluuio populus:uſq; ad finem belli conciſi ſup eos. Sed his accidẽtibus illis confirmauit deus taſtamẽtum multis in ſeptimana una. In cuius ſeptimanæ dimidio ceſſare fecit incenſum:& ſacrificia/& templũ qđ arbitror a pinna noiauit iteriturum:uſq; ad cõſumationem in feſtinatione:qm̃ et derelicta eſt peccãtibus eis domus coꝝ. Quæ aũt ſequunť in textu Danielis:ſicut potuimus expoſuim⁹. Hæc aũt oĩa uiſa ſunt nobis ex Daniele iuxta iterp̃tationem euangelici textus apponere/ut manifeſtem⁹ uerbũ qđ ait:cum uideritis abhominationem deſolationis:qđ dictum eſt p Danielem ꝓphetam ſtãtem in loco ſctõ:quẽ q legit itelligat. Nũc aũt ipſm textum euãgelii daclaremus. Diximus ſtare qdem in loco ſctõ abhominationem deſolatiõis pricipem eſſe:q Hieruſalem circũdedit exercitu. Itaq; qm̃ peſſima cõtigerũt his q tunc fuerãt in iudæa:ideo hæc futura ꝓphetans populo dñs dicit. Tunc q in iudæa ſunt:fugiãt in mõtes. Et talia fuerũt quæ cõtigerũt in tẽpore illo:ut ita dicamus:ut qui eẽt ſup tectũ domus:nõ haberet tẽpus deſcẽdere:& tollere aliqd de domo ſua:& qui in agro erat nõ poſſet reuerti in ciuitatem. & tollere ueſtimẽtum ſuũ. Et nõ erat tũc tẽpus miſericordiæ:neq; ſup prægnãtes:neq; ſup lactãtes:neq; ſup iſantes eaꝝ. Ideo dicit:quãtum ad uerba dico. uæh ꝑgnãtibus et nutriẽtibus in illis diebus. Et quaſi ad iudæos loquens:q arbitrabanť in ſabbato nõ oportere:uel agere:uel ãbulare uiã ãplius q̃ eſt ſabbati iter:ideo dicit. Orate aũt ne fiat fuga ueſtra hyeme:uel ſabbato. Nõ ſolum enim in ſabbato:ſed ẽt in hyeme peſſimũ erat ſalutem q̃rere p figuram. Referť aũt ab his q iudaicam hyſtoriam cõſcripſerũt:de illis q̃ tũc cõtigerũt:qm̃ tribulatio magna facta ẽ populo qualis nũq̃ fuit ab initio mũdi uſq; ad tẽpus Chriſti:ſed nec poſtea fieri poteſt:ut alia eis cõtingat. Propterea ꝙ auſi ſunt manus iniſere in uerum Chriſtum dei:cuius myſterium et nomẽ uenerãs Dauid:dicebat de Saule ꝑſequẽte:& occidere ſe uolẽte nõ iniiciam manus meas in Chriſtum dñi. Præciſionem aũt dieꝝ illoꝝ futuram ꝓpter electos dei q credũt in Chriſtum abbreuiationẽ itelligimus dieꝝ illoꝝ. Tũc aũt in magna calamitate populo cõſtituto:& electis qui ſunt in iudæa ꝑicula patiẽtibus:multi ſeductores dicebãt:ecce hic Chriſtus:ecce illic. Quos obſeruare docẽs diſcipulos ſuos:dicebat tunc. Si qs uobis dixerit ecce hic Chriſtus:ecce illic:nolite credere. Surgẽt enĩ pſeudo Chriſti:& pſeudo ꝓphetæ & dabũt ſigna magna:& prodigia. Dicere aũt qs poteſt:aut Simonem magũ q dicebat ſe eſſe uirtutem dei magnam:aut ſi qs et ſimilis fuit:ſeducere uolẽs ſi poſſibile eſſet:& electos. Hæc ꝑueniẽtes diximus nõ adiiciẽtes i hoc loco aliam expoſitionẽ:niſi eam quæ ſm textum eſt ꝓpter eos q traditioni ſimplici delectãtur:ut q̃ uidenť eis utilia diceremus. Quoniã hæc dñs futura prophetãs præſcius ueritatis expoſuit. Si aũt oportet propter eos qui uolũt:& poſſunt aſcẽdere uerbo ad altiora:replicemus ab initio ꝓpoſita euãgelii uerba:& ſm qđ poſſumus:exponamus eadem iteꝝ ſpiritualiter. Et primũ qdem ſuſcipiamus uerbum de abhominatione deſolationis ſtãtem in loco ſancto. Debet enim qui legit diligens eſſe/& intelligere ut non ſeducatur a deſolationis abhominatione. Locus igitur ſanctus intelligibilis eſt omniſ dictio ſcripturæ diuinæ quã locuti ſunt ſancti prophetæ qui fuerũt a ſæculo:Moyſes:& poſt eum cæteri. Non ſolum autem:ſed etiam dictio euangeliſtarum:uel apoſtolorum Ieſu Chriſti. In hoc ergo loco ſancto omnium ſcripturarum tam ueteris teſtamenti q̃ noui antichriſtus quod eſt falſum uerbum ſtetit frequenter per hoc ipſum ꝙ ſtare uidetur in ſcripturis diuinis. oſtẽdens ſe quaſi ſit deus:& quaſi ipſe ſit Chriſtus dei uerbum:& ipſe eſt abhominatio deſolationis. Eſt enim frequenter uidere in argumẽtationibus impiis dogmatum apud hæreſes hanc abhominationẽ deſolatiõis:id eſt antichriſtũ:uerbũ falſum abho-

minationem

minationum deſolantem a deo omnem hominem qui
acepit eam in ſe abhominationē aduerſantem ueritati:ex/
tollētem ſe ſup omne uerbū' qđ eſt extra eum qđ annū/
ciat eſſe uerbū dei:extollētem ſe & ſup omne quod unuſ/
quiſq; hoium colere uult:ſiue uere ſiue mēdaciter. Nam
unūquoq; hæreſum dogma nō ſolum ueritati aduerſat:
ſed etiam cæteris dogmatibus ſimiliter falſis. Et qm ſic ex/
tollitur ut etiam in tēplo ſcripturaꝝ ſedeat: per ipſum tē/
plum id eſt per ipſas ſcripturas uolens ſe oſtēdere qm ipſe
uere eſt deus uerbum. Sēper ergo qui diuinas legit ſcriptu
ras itelligat eas: maxime qm uiderit abhominationē deſo
lationis ſm ea quæ diximus:ſtātem in eo quem expoſui/
mus loco ſancto ſanctaꝝ ſcripturaꝝ. Qui autē intellexerit
eum: deſtruet uera traditione (id eſt illuminatione) aduē/
tus Chriſti q eſt ueritas: eum uerbū qui in alieno loco ſan
cto ſtare uidetur: & itelligens talem abhominationem de/
ſolationis irritam faciet eam: et eiiciet a loco ſancto in quo
ſtare uidet: maxime aūt deſtruet eum Chriſtus qui loqui/
tur in eo uerū lumen. Iſte aūt Chriſtus ſi in aliquo loqua/
tur uolenti audire & prodificari nō infirmatur: ſed omne
falſum uerbum qđ eſt abhominatio deſolationis ſtans in
loco ſancto: & ſedēs in templo dei quod eſt antichriſtus
interficiet ſpiritu oris ſui p eos qui ſe præbuerint capaces
ipſius. Quod uerbum falſum freqnter non ſtat ſed etiam
ſedet in tēplo: quādo quaſi rationabiliter & bene cōſtru/
ctum uidetur. Qui aūt uident hanc abhominationem de/
ſolationis ita ut poſſint de ea dicere: nō enim uerſutias ei'
ignoramus: in eo dum legūt intelligētes quæ uera ſunt fu
giant falſum: & recedāt. ubi eos mēdacium cōpræhēdere
nō ualebit. Non aūt poteſt cōpræhendere mēdacium eos
qui ex iudæa littera fugiunt ad ſpiritualia & intelligibilia:
& ſublimes ueritatis montes. Vt aūt intelligamus fugiant
in montes: accipe exēplum quod dicitur manifeſte de fu/
ga laudabili: quale eſt qđ ait Apoſtolus. Fugite fornica/
tionem. Et quod ait ſapiētia. Quaſi a facie ſerpentis fuge
peccatum. Vel quale eſt quod i myſterio dicit Rebecca Ia/
cob. Ecce Eſau frater tuus minatur occidere te. Nūc ergo
fili audi uocem meam: & ſurgens: fuge ad Laban fratrem
meum in carran: & habita cū illo aliquot dies donec auer
tatur ira fratris tui. Et omnis abitror qui filius eſt Iacob i
opera cōſummans Iacob: intelligens omnem morem odi/
bilem deo: q eſt Eſau/fugit quaſi intelligēs. Si aūt non fu/
giat eum q fornicarius eſt: & pollutus ſicut Eſau: & quaſi
nō fugiens Eſau: ſed cohabitans ei: non fit filius Iacob q
fugerat eum. Ipſe aūt Iacob habitans cum Laban utiliter
ſibi & diſpenſationi quæ erat ſm deum abſcōdit cor ſuū:
ut nō annūtiaret ei: qm fugiebat: et fugiebat ipſe: & omnia
eius. Bonum eſt ergo fugere etiam a Labana conſiliatore
carnalium qualitatum in qbus habitātem nō oportet p/
manere in eis: ſed fugere cum omni domo ſua. Nam & ſi
uoluerit perſequi poſt eum: deus illum auertet a fugienti/
bus eum: ut et ſi cōpræhēderit eum poſtmodū aliqn nihil
mali facere ei poſſit: fiducialiter pmittanti. Apud quem in/
ueneris deos tuos: nō uiuat in cōſpectu fratrum noſtroꝝ:
cognoſce quid tuoꝝ eſt apud me: & accipe: nec enim co/
gnoſci poterit aliqd apud Iacob de rebus Laban. In his er
go euāgelicis dictis: quæ in præſenti tractamus: impantur
ut qui cognoſcūt abhominationem deſolationis ſtātem
in loco ſancto: intelligūt in eo dum legūt ut fugiāt in mō
tes. Qui ergo in tali iudæa quā diximus: id eſt i uetuſtate
litteræ conſtitutus habetur: fugiat in montes ſpiritualium
nouitatum. Et ſi quis inuētus fuerit aſcēdiſſe ſup tectum
uerbi: & ſtare in faſtigio ædificationis eius: nō deſcendat
inde occaſione: ut auferat aliqd de domo ſua: & uadat. Ni
hil enim opus habebit manēs in tecto: & abſtinens ſe: ne/
quādo inde deſcēdat: Et ſi fuerit quis in agro: ſiue in eo in
quo abſcōditus eſt theſaurus ſicut dñs ait i parabola qua/
dam: aut qualis fuit ager ille Iacob plenus cui aſſimulaue/
rat eum bñdicens pater ipſius/& dicēs: ecce odor filii mei
ſicut odor agri pleni quē benedixit dñs. In quo agro ſm
ſpiritales bñdictiones legis: benedicit omnis qui ſm legē
uixerint: dicēte ſcriptura. Benedictus tu in ciuitate: bñdi/
ctus tu in agro. Qui ergo eſt in tali agro totius plātationis
quā plātauit pater coeleſtis non reuertat retro. Non enim
tm̄ modō ille qui mittit manum in aratrum: & reuerſus fuerit
retro nō eſt aptus regno dei: ſed etiam q in agro eſt quem
tradidim': & reuerſus fuerit retro: cauſa eoꝝ quæ oportue
rat obliuiſci: ſine dubio incurret in abhominationem de/
ſolationis: id eſt in ſeductionem uerbi mēdacis. Et maxie ſi
ſpoliauerit ſe ueſtimētum ſuū uetus: id eſt ueterem hoiem
cum actibus eius: & iteꝝ cōuerſus fuerit retro. tollere ueſti
mētum ſuum. Diligenter ergo debemus attēdere ne forte
aliqd eoꝝ quæ ſunt deorſum: & ſunt in domo uelimus
deſcēdentes tollere: aut relictum ueſtimētum retro repete/
re relinqntes agrum & cōuerſi retro cum debueramus aut
petere ea q ſunt priora: & obliuiſci poſteriora: & neq; ſtare
in aliqua regione illa: ſed in monte ſaluari: ut nō cōpræhē
damur cum his qui ſunt cōbuſti ppter quod in ſodomis
ſunt cōpræhēſi. Væh aūt prægnātibus & nutrientibus in
illis diebus. Quoniā ſunt & aliquæ animæ cōcipientes
generationes: manifeſtauit ppheta dicens. A timore tuo
dñe in utero cōcepimus: & parturiuimus: et pepimus ſpi/
ritū ſalutis quē fecistis ſup terram. Sicut enim in pgnāti/
bus formatur & figurat ſemen: ſic & in aīa quæ ſuſcipit
uerbum: paulatim format & figuratur cōceptio uerbi in
eo. Et hoc puto dicere Paulū ad galathas. Filii mei quos
iterū parturio donec formetur Chriſtus in uobis. In epi/
ſtola ad Timothæum dicit item: ſaluādam mulierem per
filioꝝ generationem: ſi pmanſerit in fide: & dilectione: &
ſanctitate cū caſtitate. Quæ eſt aūt hæc mulier: niſi anima
quæ uerbum concipit dei & ueritatis: & parit opera bona
ſimilia Chriſto? Irrationabile aūt eſt æſtimare de ſenſibili
generatione dictum quod ait: mulier ſeducta in pualica/
tionem facta eſt: ſalua aūt erit per filioꝝ generationem ſi
pmāſerit in fide: & dilectione: & ſanctitate cum caſtitate.
Animæ ergo quæ nouiter ſuſceperunt uerbum: & adhuc
prægnātes cōſtitutæ: necdum fructificauerūt in eo in ute/
ro itelligibiliter habentes: nō poſſunt ſuſtinere ſtantem in
loco ſancto aduerſantē ueritati ſermonem: neq; ſtare quo
minus ſeducant pſuaſionibus eius. Propterea ſi aliqñ ab/
hominationem deſolationis ſm q tradidimus ſtantem
in loco ſancto uiderit anima in utero habens quæ nec/
dum fructificauit ex uerbo: incurrit in uæh quod domi/
nus dicit: uæh prægnantibus. Proiiciet enim conceptio/
nem: & euacuabitur a ſpe quæ eſt in actibus ueritatis. Sed
& ſi uideatur formatum & fructificatum uerbum: non
autem fuerit enutritum ſufficienter augentibus & ma/
gnum facientibus eum nutrimentis: ſed manſerit im/

miturum : ſm ſimilitudinem ſugentis factum eſt : ſuper
huiuſmodi generationes ueniet quod ſuper ſugentes . Si
autem ſicut in multis exemplariis ſcriptum eſt : uæh ſu/
gentibus. dicẽdum eſt qm̃ animæ quæ lactantur adhuc:
ad q̃s dicit Apoſtolus lac uobis potum dedi non eſcam:
nondum enim poteratis:ſed nec uſq; adhuc poteſtis:ad/
huc enim eſtis carnales. Dicit autẽ & alibi:facti eſtis opus
habentes lacte:& non ſolida eſca . Omnis enim qui lacte
alitur imperitus eſt uerbo iuſtitiæ:paruulus enim eſt. Iſtæ
ſunt ergo animæ quæ propter infirmitatem:& quia faci/
le ſeducuntur:non poſſunt in ſe docibiliter ꝑmanere a cõ
ſpectu abhominationis deſolationis ſtantis in loco ſan/
cto. Seductæ enim conſentiunt uel utpote deo . Et eſt ui/
dere hæreticorum eccleſias plenas de lamentandis præ/
gnantibus, uel nutriẽtibus/uel ſugentibus. Plærũq; enim
animæ:quæ in eccleſia prægnantes fuerũt/aut nutrientes/
aut ſugentes fuerũt ſeductæ a deſolationis abhominatio/
ne:& ſeductæ ab eo uerbo falſo qui ſtat in loco ſancto ꝑ
falſam traditionem dogmatum peruerſoꝝ : abhomina/
tionis illius ſuſceperũt uæh:quod a dño factum eſt. Væh
in utero habẽtibus & nutriẽtibus. Non aũt quandocũq;
ſed in diebus illis abhominationis deſolationum . Om/
nis enim qui audit uerba iniq̃tatem in excelſum loquen/
tium/& ſuſcipit ea:in diebus eius illæ abhominationi de/
ſolationis ſubditus fit. Orate autem ut ne fiat fuga ueſtra
hyeme/uel ſabbato. Eſt enim ſicut diximus quædam fu/
ga hominum ſm præceptum uerbi:ut qui fugit quæ fu/
gere oportet:melior fit eo qui non fugit:ſed ſemetipſum
ſubditum facit:perdentibus aĩam malis. Quod eſt autem
conſtituta fuga atq; laudabilis:manifeſte docet Apoſto/
lus/dicens. Fugite fornicationem. Fugit autem fornica/
tionem qui oẽm occaſionem irritantem & prouocãtem
ad fornicandum euitat:& neq; iuuenibus in fabulis iuue
nilibus cõmiſcetur inquantum poteſt:ne forte conſuma/
tur per eas:neq; deſcendit ad conſuetudines eoꝝ talium:
ſed auertit ſe omnino ab huiuſmodi hoium concitatio/
nibus. Qui uult fugere fornicationem:audiat & illud qđ
dicitur. Cum ſaltatrice noli aſſiduus eſſe : ne forte conſu/
maris in deſideriis eius. Fugit autem fornicationẽ abun/
dantius : qui accendentes & excitatrices ſeminis eſcas in/
quantum ualet euitat : & uino ſi poteſt fieri non utatur:
donec tranſeat feruentior ætas. Si autem utitur : modico
utatur:ſm apoſtolicum præceptum/dicens . Timothæe
iam noli aquam bibere : ſed uino modico utere propter
ſtomachum tuum:& frequẽtes tuas infirmitates. Et quid
plura? Ille eſt qui fornicationem fugit : & ſemper fugam
iſtam laudabilem operatur : quæ a deo fugere non ꝑmit/
tit. Operatur autem hanc fugam qui promptus eſt ad fu/
giendum fornicationem. Et non ſolum fornicatio nobis
eſt fugienda:ſed & omne peccatum . Ideo bene dixit ſcri/
ptura quaſi a facie ſerpentis : fuge peccatum . Frequenter
autem conuenit fugere ab antichriſto uerbo : & falſi nois
ſcientia:maxime quando necdum ſic idoneus eſt homo:
ut habeat in ſe dominum operantem:qui interficit ſpiri/
tu oris ſui perſuaſiones mendacioꝝ:nec aſcendit ad tan/
tum altitudinis ut habeat in ſe eum qui deſtruit illumina/
tione aduẽtus ſui oẽm perſuaſionem ueri:ſimilitudinem
ueritatis habẽtem:& aſſimilantem ſe ueritati . Qui autem
fugit:debet cognoſcere etiam locum ad quem fugere de/
bet:& orare etiam propter tempus:ut non in eo tempore
fugiat:quod eſt aduerſarium fugæ. Loca ergo fugiẽtibus
erunt montes quos chriſtus oſtendit/dicens . Tunc qui
in iudæa ſunt fugiant in montes : & qui fugiunt in iſtos
montes dicant pſalmum graduum ſic habentem. Leuaui
oculos meos in montes unde ueniet auxilium mihi. Ideo
autem tollit oculos ſuos in montes:q̃a ſcit abundantiam
quæ eſt in montibus illis. propterea dicit:fundamẽta eius
in montibus ſanctis. Et ſi fugerit in montes quos præce/
pit dominus : ueniet ad locum ſanctum in quo factus &
uidens uiſum illum magnum dicet:qđ dictum eſt. Tran/
ſiens uidebo uiſum hũc magnum. Et qui huiuſmodi eſt
audiet. Solue calciamentum pedum tuoꝝ:locus enim in
quo tu ſtas terra ſancta eſt. Fugiant ergo in mõtes qui fu/
giunt ſm dei mandatum. Quoniam ergo in tranquillita/
te animæ cõſtitutæ:poſſunt impetrare fugam ſalutis:hye/
me autem compħendente incurrũt in eos quos fugiunt:
ideo orent ut ne fiat fuga eoꝝ hyeme uel ſabbato:ſi q̃dem
uigilauerit chriſtus in eis. Si autem obdormierit:tunc de/
ſcendens procella uenti in ſtagnum:deſcendet ẽt ſuꝑ eum
q̃ fugit:q̃a nõ Ieſus fugit cum ipſo:oſtẽdens ei fugam op/
timæ uiæ. Tamen ſi deſcẽderit aliq̃ñ procella:& hyemem
fuerit operata:oret quis:et ſuſcitet orationibus ſuis chriſtum
ut imperet uento & mari:ut tranquillitate facta iterum fu
giat:ut nõ compħendatur a fornicatione:aut auaritia:aut
a gloria uana:aut ab aliquo malo perſequẽte ſe:uel ab ipſa
abhominatione deſolationis : id eſt dogmate falſo. Orate
ut ne fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato. Deus in ſex die/
bus fecit opera mundi/& requieuit in ſabbato. Requieuit
autem ab operibus mundi quæ facere cœpit. Opera au/
tem iuſtitiæ ſemper ſine initio operatur & operabitur ſine
fine. Sic & hominum genus ante chriſti aduentum ope/
rati ſunt omnes opera mundi:& nemo requieuit ab eis:
ſabbatizãs iugiter ab operibus bonis. Veniens autem do/
minus noſter ſabbatum noſtrum & requies noſtra attu/
lit nobis requiem ſabbati ſui:ut ſicut ille requieuit in ſab/
bato ab operibus mundi:non autem requieuit ab operi/
bus iuſtitiæ:ſic & nos per ipſum ſabbatizemus ab operi/
bus mundialibus:& carnalibus/& nociuis:opera autem
iuſtitiæ ſemper exerceamus. Quoniam autem ipſe nobis
allaturus fuerat huiuſmodi ſabbatũ in quo nullum opus
faciamus ſeruile:teſtatur & ipſe per prophetam dicens de
indignis iudæis ita. Donec iuraui in ira mea : ſi intrabunt
in requiem meam. Et iteꝝ Lamech nomen imponens fi/
lio ſuo Noe in myſterio chriſti:ita dixit de eo : & uocauit
nomen eius dicens Noe : qm̃ hic dabit nobis requiem a
mœroribus noſtris:& ab operibus manuum noſtraꝝ:&
a terra quam maledixit dñs. Omnis ergo qui uiuit in chri
ſto ſemꝑ in ſabbato uiuit:& in requie requieſcens ab ope/
ribus malis:operatur autem opa iuſtitiæ inceſſanter. Mul/
ti autem nomen chriſti habentes non gratiam:ecõtra ſab/
batizant ab operibus bonis:operantur autem opera ma/
la . Mediocres autem interdum dimittunt ſabbatiſmum
operum maloꝝ:& ſabbatizant ab operibus bonis:nõ bo
na operantes ſed mala. Quidam autem & ab opibus ma/
lis ſabbatizant:non autem exercent opa bona:cum opor
teat non ſolum mala fugere:ſed etiam bona exercere . In
tali ergo ſabbato operum bonoꝝ quãdo bona opera nõ
facit homo chriſtianus : iubet nos chriſtus orare ne fuga
noſtra

noſtra fiat in illo. Ceſſante enim te ab operibus bonis: ſi qdem ſteteris ante faciem abhominationis: & ultro te ſubdideris ei uoluntarie: mortuus es gladio uerbi mendacis. Si aũt uolueris fugere: & abhominatio deſolationis ſecuta fuerit te: ſine perſecutionibus ſuis franget te quiã non operãtur in te uirtutem patientiæ opera tua bona. ſine ſeductionibus ſuis capiet te qm̃ intelligentiæ lumen non operãtur in te opera tua bona. Nemo enim in tali periculo falſi dogmatis facile ſuperatur & fallitur: niſi qui nudus eſt ab operibus bonis. Propterea & Apoſtolus dicit de ipſo periculo. Pro eo ꝙ charitatem ueritatis non acceperunt dabit illis operationem erroris ut credãt mẽdacio ut iudicẽtur homines qui nõ crediderunt ueritati: ſed cõſenſerunt iniquitati. Cum aũt uiderimus abhominationẽ deſolationis quæ dicta eſt per Samuelem ꝓphetam ſtantem in loco ſancto: uidebimus et magnam tribulationem inſtantem qualis facta nõ eſt ab initio mundi uſq; ad illam ipſam: neq; fiet poſtea. Quæ enim maior tribulatio q̃ uidere fratres noſtros ſeduci propter ſanctum locum a deſolationis abhominatione ſtãte in eo? Et ſi qdem amici alicuius aut proximi mors corporalis magnam operat̃ tribulationem ei qui nõ fuerit meditatus ut ſufferat eam: qualem putas tribulationẽ ei qui non cõpatitur quando unum paſſum fuerit mẽbrum: & ei qui uiderit quando ſcandalizatus fuerit aliquis frater: ſi autem & quis uiderit ſeipſum moueri & cõturbari a deſolationis abhominatione quaſi nõ ſit abhominatio deſolationis: & uiderit ſe periclitari propter dilectionem quã habet in ſanctum locum: ita ut pene cõſentiat ei abhominationi tanq̃ ſit deus: et tradat ſemetipſum abhominationi quaſi deo: quomodo putas eum tribulari magna tribulatione: qualis non fuit ei ab initio ex quo uenit in mũdum uſq; ad illud tẽpus? Sed nec alia tribulatio talis eum poterit cõpræhendere aliquando. Et maxime ſi quis trahitur ut æſtimet abhominationem ſtãtem in loco ſancto nõ eſſe abhominationem deſolationis: ſed deum uerbum. Adhuc autem & ſi quis manifeſte qdem uideat abhominationem deſolationis ſtãtem in loco ſancto: & ſi ſequatur eam accipiens ſibi excuſationem de diuinis ſcripturis quaſi indifferenter liceat chriſtianitatem negare dicens. denegationem nõ eſſe denegationem: & eſcas imolatorum quaſi nihil nocentes manducanti fuerit arbitratus proferẽs de ſcripturis exempla: & quia indifferenter licet in uno eodemq; tẽpore mulieribus cõmiſceri diuerſis: quaſi & patribus iſta facientibus olim. Omnibus iſtis peccatis maius eſt abhominatio deſolationis: id eſt uerbum quod in loco ſcripturaꝝ ſanctarum cõſiſtit iniquitatem in excelſum loquẽs & ꝑſuadẽs a creatore diſcedere: qui ſolus & uerus eſt deus: & credere altero neſcio cui deo ſuper iſtum cui nullus ſimilis eſt: cum talis noſter Saluator dicat: pater qui miſit me maior me ẽ. Magna ergo tribulatio generatur a deſolationis abhominatione ſtante in loco ſancto: ita ut talia dicantur de ea. Et niſi abbreuiati eſſent dies illi: non eſſet ſalua facta omnis caro. Propter electos aũt abbreuiabunt̃ dies illi. Tãta autem: et ſic magna in illa abhominatione deſolationis fit tribulatio: ut deus operetur abbreuiationem dierũ tribulationis illius: ſuperfluum eoꝝ præcidens: quod addit̃ a deſolatiõis tribulatione: & abhominatione. Aliter enim nõ eſt poſſibile ut ſanetur omnis quæ ſaluanda eſt caro: niſi acceperit abbreuiationem a deo. Dies enim intelligũtur præcepta & dogmata ueritatis: poſita in ſcripturis ad illuminationem intelligentium animaꝝ. Omnis autem intellectus a ſcientia falſi nominis uenientes / qui addunt̃ ſermonibus ſcripturarum / & coniungũtur intellige mihi additamẽta eſſe ſupra magnitudinem naturalem dierum ſcripturæ: quod additamẽtum bonus deus abbreuiat per quos uult. Et quotienſcũq; uideris aduentu uerbi ueritatis in ſenſu tuo præcidi altitudines: extollẽtes ſe aduerſus ſciẽtiam dei: totiens intellige abbreuiatos dies tribulationis: & circũciſos: ſuperfluam magnitudinem: quã contra naturam abhominatio deſolationis ſemꝑ ſuꝑaddit diebus domini qui ſunt in ſcripturis. Et ꝓpter electos abbreuiantur dies illi: ut uidẽtes in ſenſu ſuo ꝑciſionem ſuperfluitatis dieꝝ / & remanẽtem illam ſolũmodo lucem quæ ſm̃ uerbum eſt ueritatis nihil patiãtur a deſolationis abhominatione. uel ab eo quod additum fuerat ſuꝑ ueros & naturales dies ſcripturaꝝ. Tũc quis uobis dixerit Ecce hic Chriſtus: ecce illic / nolite credere. Exurgẽt enim pſeudo chriſti & pſeudo ꝓphetæ: & dabunt ſigna magna: & prodigia ita ut in errorẽ inducant̃ ſi fieri poteſt ẽt electi. Ecce prædixi uobis: ecce in ſolitudine eſt nolite exire: ecce in domibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte: & apparet uſq; ad occidentem: ita erit aduentus filii hominis: Vbicũq; enim fuerit cadauer. illic cõgregabuntur aquilæ. quoniam diximus abhominationem deſolationis ſtantem in loco eſſe mẽdacii uerbum: quod in loco ſcripturaꝝ ſancto ſtare uidetur. Dicet aliquis. Et quomõ quaſi nõ ſtãte ea illic ita dicet aliqs diſcipulus Chriſti: Ecce hic xp̃s: ecce illic. Alius aũt dicet: Ecce in ſolitudine eſt: alius aũt: ecce ĩ domib⁹? Vide ergo ſi ad hæc dicere poſſumus quod ait: Ecce hic: ecce illic. qm̃ ecce hic: ecce illic nõ extra ſcripturam foras aſpiciẽdum eſt. Dicet enim qui ſeducere uoluerit nos: & defendere cõtraria ueritati. Ecce hic Chriſtus: demonſtrans uerbi gratia hunc euãgelii locum. Alterius autem erroris auctor dicet. Ecce hic Chriſtus: offerens ad exẽplum alterum textum qui uidetur defendere mendacii illius uerbum quod propoſuit uindicare: & ſic ex lege & ꝓphetis: & ex apoſtolis: profert unuſquiſq; quæ uidentur defendere mendacium illud: utpote ueritatem: uel ſic impletur quod ait: Ecce hic Chriſtus: ecce illic: oſtẽdens non Chriſtum: ſed aliquem fictum eiuſdem nominis: utputa: ſm̃ Marcionis doctrinam: & ſm̃ traditiones Valentini / aut Baſilidis lõgam fabuloſitatem: aut ſm̃ Apellis aduerſus Paulum teſtimonium falſum. Erunt autẽ & alii plures qui dicturi ſunt diſcipulis: ex diuinis ſcripturis: coniũgentes eis ſuum ꝓprium ſenſum. Ecce hic Chriſtus: ecce illic. Si autem dixerint uobis Ecce in ſolitudine: nolite exire. Ecce in domibus: nolite credere. Quidam enĩ ſecreta proferẽtes dicunt: ecce in ſolitudine. Quãdo enim ſecretas / & nõ uulgatas ſcripturas proferũt ad cõfirmationem mẽdacii ſui: uidentur dicere. Ecce in ſolitudine uerbum eſt ueritatis. Secretæ enĩ ſcripturæ: rectæ ſolitudines appellãtur: in quibus aut pauci ſunt credẽtes: aut nullus. Quotiens autem canonicas proferunt ſcripturas: in quibus omnis chriſtianus cõnſentit / & credit: uidẽtur dicere: Ecce in domibus uerbum eſt ueritatis. Sed nos illis credere non debemus: nec exire a prima & eccleſiaſtica traditione: nec aliter credere: niſi quẽadmodum per ſucceſſio-

nem eccleſiæ dei tradiderũt nobis: Vel ſic eoꝝ uerborum falſorum ꝓfeſſores quidam: q̃dem nec ab initio ſimulant ſcripturas: & ſic fallere tẽptant. Ideo æſtimo eos ſermones qui ſunt omnino extra ſcripturam: oſtendere uolens dixit. ſi dixerint uobis: Ecce in ſolitudine eſt: nolite exire de regula fidei. Eos aũt qui ad ſciſma ſimulant diuinas ſcripturas: oſtendere uolentes dixit: Si dixerint uobis Ecce in domibus: nolite credere. Quodcũq; ꝓfeſſi fuerint de ſcripturis: & de myſteriis quæ ſunt in eis ad demonſtrationem: nolite credere quæ dicũtur. Veritas enim ſimilis eſt fulguri egredienti ab oriente: & apparenti uſq; ad occidẽtem. Qualis eſt ueritas eccleſiæ dei: ab ea enim ſola ſonus in omnem terram exiuit. & in fines orbis terræ uerba eorum: & uelociter currit ſola uera ueritas dei.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Sicut fulgur enim exit ab oriente: & apparet uſq; ad occidentem: ita erit & aduentus filii hominis. Et reliqua.

¶ Homelia Origenis præſbyteri de eadem lectiõe. Quæ eſt. XXX.

SCire debemus & illud qm̃ ueritatis fulgor non aliquo q̃dem ſcripturarum loco apparet: ex alio autem ſcripturaꝝ loco nõ defenditur: ſed ex omni loco ſcripturaꝝ: id eſt ſiue ex legis: ſiue prophetaꝝ: ſiue ex euãgeliorum: ſiue ex apoſtoloꝝ ſcriptura defenditur. Et exiens hic fulgor ueritatis ab oriẽte (id eſt ab initiis Chriſti) apparet uſq; ad diſpenſationem paſſionis ipſius: in qua eſt occaſus ipſius. Et huic talis fulgori ſimilis eſt filii hominis aduẽtus (id eſt uerbum ueritatis) Et ſic aũt intelligere poſſumus quod ait. Exit ab oriente: & apparet uſq; ad occidẽtem: Chriſtus uerbum eſſe & ueritas: & ſapiẽtia oſtenditur a primo initio creaturæ mundi uſq; ad nouiſſimam apoſtoloꝝ ſcripturam. Id eſt a Geneſi uſq; ad apoſtolicos libros: poſt quas nullis ſcripturis ita credendum eſt ſicut illis. Aut ita qm̃ lex & prophetæ uſq; ad Ioannem: in quibus eſt fulgor ueritatis. Et oriens q̃dem eſt lex: occidẽs aũt finis legis Ioãnes. Sola autem eccleſia neq; ſubtrahit huius fulgoris uerbum: & ſenſum: neq; addit quaſi propheciam aliud aliquid. Sed ſi oportet ſubtiliter quærere ꝙ nõ ſingulariter dicta eſt oriens: neq; ſingulariter ocidens: ſed ita ab orientibus uſq; ad occidentes. Dicemus qm̃ una oriens: & una occidens: lex & prophetæ uſq; ad Ioãnem. Alia oriens uſq; ad occidẽtem: Chriſtus Ieſus uſq; ad Paulum: cui nouiſſimo apoſtoloꝝ quaſi abortiuo apparuit Chriſtus. Cõſidera aũt & hoc qm̃ unam ſuperius dixit abhominationem deſolationis quæ dicta eſt per Danielem prophetam ſtãtem in loco ſancto: ſuperaddit autem quaſi de multis. Exurgẽt enim pſeudo chriſti. Generaliter enim unus eſt antichriſtus: ſpecies aũt illius multæ: tanq̃ ſi dicamus mẽdacium generaliter unum eſt: ſm differentias autem falſorum dogmatum inueniũtur multa eſſe mendacia. Si enim mendacium nihil differt a mendacio: puta Baſilidis: aut Marcionis: aut Valẽtini: aut Appellis: aut aliquoꝝ ſimilium: unum uidetur eſſe mẽdacium. Si autem ſm diuerſa dogmata mẽtiuntur: multi ſunt qui exurgũt. Hi enim ſunt ãtichriſti: & quicũq; poſt eos ſurrexerint. Sicut aũt ueri Chriſti: & unius facti ſunt qui a ſæculo fuerunt ſancti prophetæ pronuntiantes Chriſti paſſiones: & poſtmodũ glorias eius futuras. ſic mihi intellige ſm unũquenq; pſeudochriſtum multos eius falſos ꝓphetas. Nõ ergo alicuius unius mendacii doctores: ſed omniũ pſeudo prophetæ ſunt illius antichriſti cuius falſos ſermones prædicãt quaſi ueros, et docent. Secũdum hæc ergo quæ diximus: qui eccleſiaſtice docent uerbum: prophetæ ſunt Chriſti. Qui aũt Marcionis: uel alicuius eoꝝ prædicãt uerbum falſum, ꝓphetæ ſunt antichriſti eius: qui eſt ſm Marcionem (id eſt illius mendacii quod itroduxit Marcion) & alii falſi prophetæ ſunt mendacii illius quod eſt ſm Baſilidem. Alii uero illius quod eſt ſm Appellem. Similiter dices et de prædicatoribus ſingularum hæreſum. Omnia enim perſuaſoria quæ proferũtur ad defenſionem Antichriſti uerbi: ſigna ſunt illius antichriſti & ꝓdigia q̃cunq; ſuggeruntur a ſapientiſſimo oium beſtiarum terræ ſerpente: & a magno ſenſu principe Aſſyriorum ſigna ſunt magna, & prodigia: ut in errorem inducantur ſi poſſibile eſt etiam electi. Exaggerationis autem ſermo eſt dicẽs: Si poſſibile eſt. Non enim ꝓnuntiauit: neq; dixit: ut in errorem mittantur etiam electi: ſed oſtẽdere uult qm̃ frequẽter ualde perſuaſorii ſunt ſermones hæreticorum: & cõmouere potẽtes etiam eos qui ſapienter audiunt. Sed prædicente nobis omnia ſaluatore neq; in ſolitudinem exeamus: neq; qui profitent Chriſtum in domibus eſſe credamus. His autem quæ diximus adiciamus adhuc: qm̃ omnis ſmo profitens ſe eſſe ueritatem cum non ſit ueritas: ſiue apud gẽtiles: ſiue apud barbaros: aliquo modo antichriſtus eſt: uolens ſeducere quaſi ueritas: & ſeparare ab eo qui dixit. Ego ſum ueritas. Propterea nõ debemus attẽdere eis qui dicunt: Ecce hic Chriſtus: nõ autem oſtendunt eum in eccleſia quæ plena eſt fulgore ab oriente uſq; ad occidẽtem: quæ plena eſt lumine uero: quæ eſt colũna: & firmamentum ueritatis [illegible] quia tota totus eſt aduentus filii hominis dicẽtis omnibus qui ubiq; ſunt. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus [illegible] uſq; ad cõſumationem ſæculi. Et ubicũq; fuerit quod ſm eſt diſpẽſationẽ paſſionis eius: cadauer eius: qui ideo cecidit ut erigat eos qui ceciderunt: illuc cõgregabunt: nõ qualeſcũq;: ſed aquilæ diſcipuli. De quibus etiam propheta dicebat. Pennigerabũt ſicut aq̃læ: & current: & nõ laborabũt: & ibunt: & non eſurient. Et Salomon in prouerbiis aſſimulãt eum qui in deo eſt diues: dicens. Paratæ ſunt ei pẽnæ ſicut aquilæ: & cõuertetur in domum præpoſiti ſui. Et uide qm̃ nõ dixit. Vbicunq; fuerit cadauer: ibi cõgregabuntur uultures: aut corui: ſed uolens oſtẽdere magnificos: & regales eſſe omnes qui in paſſionem domini crediderũt: proprie dixit. Vbi fuerit cadauer: illic cõgregabũtur & aquilæ. Statim poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur: & luna non dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de coelo: & uirtutes coelorum mouebũtur. Et tunc parebit ſignum filii hominis in coelo: & tunc plãgent ſe omnes tribus terræ. Conſiderãtes maiores propoſitiones incurrere q̃ eſt ſenſus hoium etiam eorum qui plurimum in ſapientia ꝓfecerunt: præ aliis: age: diſcutiamus ſermonẽ. Primum q̃dem quærẽtes quæ facile recipi poſſunt ad expoſitionem euãgelici textus quaſi domino in ipſo ꝓphetante: deinde requiramus quæ ſit ueritas hoꝝ uerboꝝ: ſm eos qui altius, & ſubtilius eſſe aliq̃d arbitrantur in uerbis: ſeruãtes conſequẽtiam moralium

traditionum

traditionum:etiam in his quéadmodú ſupra. Dicet ergo aliquis. Quéadmodum in magnis ignibus ſuccendi incip·entibus:tenebræ ex fumo plurimo uidétur extolli:ſic in conſumatione mundi ab igne qui accédendus eſt obſcurabuntur etiam luminaria magna: ut ſole obſcurato cóſequéter obſcurationi ſolis etiam luna ípedita nec a ſole percipere lumen:nec proprium lumen dare ſinatur. Et ſic neceſſe eſt cópræhendant múdi naturam primum tenebræ magnæ. Sic aút permarceſcéte ſtellaꝝ lumine reliquum earum corpus craſſius factum:non ualeat exaltari ſicut primum cum a lumine ipſo portatum extollebatur: cadet de coelo. His accidentibus cóſequens eſt: coelorum rationabiles uirtutes patiétes ſtuporem cómotionem aliquam pati:& conturbari:remotas uidelicet a primis functionibus ſuis. Ita qui hæc ſic ítelligit eſſe:adiiciet quia ſignú filii hominis in quo coeleſtia facta ſunt quæ in coelis erant:& quæ in terris tunc apparebit utputa uirtus quá operatus eſt filius ſuſpenſus in ligno:& in coelo maxime fulgebit ſignum ipſius:ut homines ex omnibus tribubus qui prius nó crediderunt chriſtianitati annútiatæ: adhuc autem male de ea dixerunt:tunc recognoſcétes per ſignú illud manifeſtatum:plágent ſe:& lamétabuntur ꝓpter ignorántiam ſuam:atq; peccata quia uerbum domini nó receperunt. Alius uero aliter arbitrabitur de his uerbis: qm̃ ſicut hæc uerba:demonſtrant nec per ignem fiet mundi corruptio:ſed ꝑ defectionem ipſius. Et alius utitur exemplo: qm̃ ſicut deficiente lumine lucernæ paulatim minuiť lumen:ſic coeleſtium luminum deficiéte nutrimine:ſol obſcurabitur:iam non habens ſuper ſe uenientia ſpiramenta ab eis. Maiore autem luminari hæc patiente.multomagis & luna nec ipſum poterit exhiberi ſplédore igneum illú: & ſm defectiones ſuas apparétem. His ergo cótingétibus ſuper ſolem: lumen etiam ſtellarum deficiet ut quod remanſerit in eis quaſi terrenum cadat de coelo: & omnes coeloꝝ uirtutes:his accidentibus mouebútur. Sicut enim in diſpenſatione crucis:ſole deficiente tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram:ſic & ſigno filii hominis apparéte í coelo deficiet ſolis lumé & lunæ:adhuc & ſtellaꝝ:quaſi conſumptum a multa uirtute ſigni illius. Quo apparéte: quæ tunc in terris remáſerint tribus plangét ſe. Vtetur ad hæc exemplo Eſaiæ prophetæ: dicentis hoc modo. Ecce dies domini inſanabilis uenit:iræ & furoris ponere orbé terræ deſertum: & peccatores perdere ex ea. Stellæ enim coeli & orion:& omnia ornaméta coeli nó dabút lumen ſuum:& obſcurabitur in oriente ſol:& luna nó dabit claritatem ſuam. Et præcipiam orbi terræ mala:& impiis peccata eorum. Item & de Ioel talia. Ante faciem eius cófundetur terra:& mouebitur coelum. ſol & luna contenebricati ſtellæ non dabunt lumen: & dominus dabit uocem ſuam:ante faciem uirtutis ſuæ:quia ualida ſunt caſtra eius nimis:qm̃ fortia ſunt opera uerboꝝ eius. Item: Et dabo prodigia in coelo ſurſum:& in terra ſanguinis:& ignis/& uaporum. Sol conuertetur in tenebras:& luna in ſanguinem priuſq̄ ueniat dies domini magnus:& præclarus: Et his ſimilia multa inuenies in ſcripturis:ſi nihil aliud in locis euangelicis aſpicere uolueris præter ſimplicia uerba. Nam & ſm hoc quod dicit: tunc plangent ſe omnes tribus terræ:quaſi nulla habens opus interꝑtatione:accipies de ꝓpheta Zacharia talia uerba. Et erit in illa die quærtam auferre omnes gentes quæ ueniunt ſuper Hieruſalem:& effundam ſuper domum Dauid:& ſuper omnes habitátes in Hieruſalem ſpiritum gratiæ & miſerationis:et reſpicient ad me propter quod ſaltauerunt: & plangent ſuper ſe planctum ſicut ſuper dilectum:& dolebút dolore:ſicut ſuper primogenitum. In illo die magnificabitur plánctus ſuper Hieruſalem:ſicut plánctus maligranati in campo excisi:& planget ſe terra ꝑ tribus:tribus domus Dauid ſeorſum:& mulieres eorum ſeorſum. Tribus domus Nathan ſeorſum:& mulieres eorum ſeorſum. Tribus domus Leui ſeorſum:& mulieres eoꝝ ſeorſum. Tribus domus Symeon ſeorſum: & mulieres eorum ſeorſum. Omnes tribus quæ ſubrelictæ ſunt ſeorſum:& mulieres eorum ſeorſum. Videbitur ergo q̄buſdam uſq; hoc interpretationem debere ꝓducere: & nihil diſcutere ſupra textum. Quoniá autem qui loquitur de ſcripturis diuinis debet curare nó ſolum ſimplices ut negligat cauſa eoꝝ illos qui poſſunt abundantius ſuſtinere uerboꝝ ſubtilium naturam:ne forte falſæ ſint traditiones huiuſmodi:& nihil tale:quale debet eſſe quod a deo dici debeat de huiuſmodi rebus. Propter huiuſmodi ergo uiros:pauca quædam ſm qđ poſſumus moraliter exponemus. Dicent autem huiuſmodi homines. Quomodo poteſt dici de ſole: qm̃ obſcurabitur lumen eius: quádo Eſaias propheta ꝑfectú aliquem ſolis in cóſumatione fore declarat:hic aút ſermo adéptionem? Similiter & de luna Eſaias q̄dem refert: qm̃ erit ſicut ſol: præſens autem ſermo:quia nó dabit lumen ſuum. De ſtellis autem talia dicent:qm̃ de terra in coelum:multum ſpacium eſt:maxime uſq; ad zonam mediá in qua non ſunt erraticæ ſtellæ. Secúdum cóſiderationem ergo altitudinis eius eſt æſtimare: quoniam niſi ſupra modum eſſent magnæ ſtellæ:neq; ex tanto ſpacio lumen eorum uidereť ab omnibus qui ſunt in omni parte terrarum. Sicut auté quidam dicere téptant:aut omnes: aut plures earum maiores eſſe q̄ ipſa eſt terra:argumento utétes ad cómendandam rationem uerborum ſuorum: qm̃ omne coelum in modum ſpheræ collectum uniuerſam cópleciť terram. Dicent etiam aliquid tale. Quoniam qui ueritatem dictorum iſtoꝝ ſimpliciter ex ipſo colligunt textu:rem natura ipſa impoſſibilem dicunt ut poſſibilem:ut ſtellæ tátæ magnitudinis cadant de coelo. Quo enim & cadát cum magnitudini earum nó ſufficiat terra:nec capere poſſit ut ita dicam magnitudinem duarum ſtellarum? Pone tamen capere eam duas/uel tres:núquid & tantam multitudinem capere poteſt? Næ ergo aliquid aliud forte moraliter ſentire oportet in ſcripturis diuinis? Et audaciæ quidem eſt: neceſſarium autem. Tamen multo tractu opus eſt in his locis:qui uult ſimul et poſſibilitatem oſtendere ſcripturarum:& ueritatem. Dicet ergo obſeruádum ſolem eſſe diabolum:qui tranſfigurat ſe in Angelum lucis:& quaſi ſol multos ſeducit. Quoniam ergo in cóſumatione eſt arguédus:cum ſit tenebræ:ſimulat autem eſſe ſe ſolem:ꝓpterea de illo intelligi poteſt quod ait. Sol obſcurabitur. Et dicet honeſtiorem eſſe hanc rationem q̄ æſtimare talem ſolem paſſurum obſcuritatem. Omnes (inquit) conſentire conuenit abſq; periculo aliquo huic probato ſermoni de huiuſmodi ſole ſic obſcurando:& ſm cóſequétiam huiuſmodi ſolis itelligenda eſt etiam luna quæ uideť illuminari ab huiuſmodi ſole. Omnis enim eccleſia malignantium

quæ frequenter lumen ſe habeie & dare,pmittit:tunc aũt
arguita/& manifeſtata cum reprobatis dogmatibus ſuis:
nõ dabit claritatem ſuam.Sed & quicũq; ſiue in dogma/
tibus/ſiue in uirtutibus falſis:hominibus quidem pro/
mittebant ueritatem:mendaciis autem ſeducebant ſe at/
tendentes:hi conuenienter dicendi ſunt ſtellæ cadentes
de cœlo.De cœlo autem(ut ita dicam)ſuo:ubi erant alti/
tudines cõſtitutæ extollẽtes ſe aduerſus ſcientiam dei.Ad
cõmẽdationem aũt ſermonis huiuſmodi utentur exem/
plo prouerbiorum dicente.Lumen iuſtorum ſemper inextin/
guibile eſt.lumen aũt ĩpiorum extinguetur.Sciẽtiam qdem
ueram quã illuminauerunt ſibi qui audierunt dicentem:
Illuminate uobis lumen ſciẽtiæ:lumen eſſe iuſtorum:falſam
autem ſcientiam lumen eſſe impiorum.Et ſanctorum qdem
lumen ſemper inextiguibile eſſe:cadẽtium aũt a ueritate lu
men extingui.Obſcurabitur ergo lumen ſolis illius quem
diximus:& lunæ illius quã expoſuimus:ſed & omnes q
extollunt ſe contra ſcientiam dei cadent ab altitudine ſua
qua ſe arbitrati ſunt eſſe cœlum.Forſitan & ſic conuenit
quod eſt dictum.uidebam Sathanam ſicut fulgur caden/
tem de cœlo.His aũt accidentibus de huiuſmodi ſole/&
luna/& ſtellis:uirtutes cœlorum diuinæ nõ omnino imobi/
les erũt:ſed mouebũtur:qñ arguitus fuerit ille obſcuratus
ſol:& luna illa nõ exhibebit claritatem ſuam:& tales ſtellæ
ceciderint:ſicut & Iudas dicit in epiſtola ſua:Tunc quod
clarũ eſt apparebit in cœlo.& omnis qui portauit imagi/
nem cœleſtis.Cum aũt hæc ita fuerint facta:tribus qdem
cœli letabuntur:terræ aũt tribus quæ imaginem portauerũt
terræ:plãgent ſe.Adhuc aũt pro cõmendãda huiuſmodi
ſua traditione adiiciet dicens:qui hanc fecit interpretatio/
nem qñ ſenſibili ſole obſcurato:ut hoc ita eſſe concedatur:
et luna claritatem nõ dante:et cadẽtibus ſtellis:nec eſt poſ/
ſibile eſſe hominum tribus in terris.Si aũt poſſibile nõ eſt:
utiq; nec ſm quod loquitur textus:& plãgent ſe tribus ter
ræ.Tunc ergo ſicut ait dñs in euangelio:qui nunc ridentr
tunc plangent ſe:et plangent quaſi quis in tribubus terræ.
Secũdum hæc & Eſaiæ ſermones:& Ioelis:tentabit inter/
pretari qui uult ad moralem expoſitionẽ ſubleuare quæ
dicta ſunt.Adhuc aũt ad ea quæ dicta ſunt de cadentibus
ſtellis:nõ ſine ratione eſt aſſumere:de reuelatione Ioãnis:
de tertia parte ſtellarum tracta a cauda draconis in terram.Di
cit enim ita.Et uiſum eſt illud ſignum in cœlo:& ecce dra
co magnus rufus habens capita ſeptem:et cornua decem:
& ſuper capita ſua coronas ſeptem:& cauda eius traxit ter
tiam partem ſtallarum cœli:& miſit eas in terrã.Omnia hæc
exponere ſigillatim de capitibus ſeptẽ draconis:quæ for/
ſitan poſſunt referri ad aliquos principes rerum nequitiæ:
ſiue ad tanta ducentium ad mortem peccata:nõ eſt tẽpo/
ris huius.Exponẽtur aũt tempore ſuo in reuelatione Ioã/
nis:ſed & decem cornua dicere:qñ ſunt regna ſerpenti/
næ malitiæ:& habentis ſerpentis naturam:& ſemper pe/
ctore & uentre incedere per peccata:nec modo exponere
tempus eſt.Qui narratio præſens de ſeptem diadematibus
quæ draco uidetur habere ſuper ſeptem capita ſua?Vtpu/
ta diademata per ſingulos qui iungũtur ſuſcipit aliquod
caput draconis:has aũt principales expoſitiones atq; pro/
bationes oportet fieri cum ipſe liber,ppoſitus fuerit nobis
ad exponẽdum.Nunc aũt hoc ſolum oportet de reuela/
tione illa exponere:qñ cauda draconis traxit tertiam par/
tem ſtellarum cœli:et miſit eam in terram.Aeſtimo enim qñ
qui debet audire:poſt dñm deum tuũ ibis:& uenite poſt
me:ad hæc qdem obſtruit aures ſuas:peccatum aũt ſequi
tur:trahitur a cauda draconis uadens poſt eum.Si aũt cõ/
tigerit eum qui ſic uixit ut audiat:uos eſtis lux mundi:&
aliqñ ſplenduerint opera eius bona:hic aliquãdo cõſtitu/
tus ſtella:& in cœlo habens cõuerſationem:ſi auulſus fue
rit a dracone in terram:hic erit ſtella a cauda draconis tra/
cta:& miſſa in terram.Sic ſtellæ a cauda draconis trahuntur:
& mittũtur in terram.Sunt autem aliæ quarum pars aliqua
obſcuratur:et quod maius eſt qdem luminoſum eſt:quas
uidetur oſtẽdere de reuelatione ſermo ſic habens.Et quar
tus Angelus turba cecinit:& percuſſa eſt tertia pars lunæ:
et tertia pars ſtellarum:ut obſcuretur tertia pars eorum.Sunt q/
dam autem q nec omnino ſeruauerunt quod dictum eſt:
ſic luceat lumen ueſtrum coram hominibus:nec omnino
extincti et obſcurati ſunt:ſed ex parte.Quidam enim pro/
pter ſcientiam qdem fulſerunt ſicut ſplendor cœli:qdam
aũt propter cõuerſationem facti ſunt ſicut ſtellæ.Sed ui/
demur qbuſdam nõ cõſequenter ſm præcedentes expo/
ſitiones hæc,ptuliſſe/& pro parte expoſuiſſe.Quoniam il/
lic qdem ſtellas caſuras diximus qui uidebantur fuiſſe ſtellæ:
non aũt erant.Hic autem de his qui uere fuerunt ſtellæ:&
aut ad plenum ceciderunt:aut ex parte.Ad quos reſpon/
deamus.Quoniam,pferentes exempla hæc quæ protuli/
mus:hoc demõſtrauimus:quia omnino ſtellæ homines
ſunt intelligendi:nõ quales ſtellæ.Alioquin ille locus ſuã
habet interpretationem:& hic ſuam.Tamẽ his ita factis pa
rebit ſignum filii hominis in cœlo.& plangẽt ſe tunc tri/
bus terræ.Ad hæc non eſt abſurdum uti exemplis Zacha
riæ prophetæ ita habentibus.Et erit in illa die:quærã aufer
re oẽs gentes quæ ueniunt ſuper Hieruſalem:et effundam
ſuper domum Dauid:& ſuper habitãtibus in Hieruſalem
ſpiritum gratiæ & miſerationis:& reſpicient ad me qñ
ſaltauerunt:& plangent ſuper ſe planctum ſicut ſuper di/
lectum:& dolebunt dolore ſicut ſuper primogenitum.Et
in die illo magnificabitur plãctus in Hieruſalem ſicut plã
ctus maligranati excisi in campo:& planget ſe terra per tri
bus.Tribus domus Dauid ſm ſe:& mulieres eorum ſm
ſe.Tribus domus Nathan ſm ſe:& mulieres eorum ſm ſe.
Tribus domus Leui ſm ſe:& mulieres eorum ſm ſe.Tribus
domus Simeon ſm ſe:& mulieres eorum ſm ſe.Et oẽs re
lictæ tribus ſm ſe:& mulieres eorum ſm ſe.Omne igitur ter/
renum agmen cum ſit tribus terræ:qđ eſſe ſibi ipſi attri/
buerunt:Maxime ſi oportet in aliquo peccatorum abundã/
tius plangere:plãgent cum ſimilibus ſuis.Arbitror autem
per hæc oſtẽdi differẽtias eorum qui uidentur in fide fuiſſe.
& in ſuo agmine.nõ autem placuerunt deo.Eſt ergo do/
mus Dauid plangens qui ex populo cõſtituti:digna plã/
ctu egerũt:aut de regibus & magnatibus.Qui aũt ex do/
ctoribus male uixerunt:ſunt tribus Nathan plangẽs:qñ
Nathan fuit propheta:docere aũt eſt,pphetare.Ita qui ſunt
peccatores:ex his qui præpoſiti fuerunt eccleſiæ & ſacer/
dotium habuerũt unctum:& non bene diſpenſauerunt
præpoſituram ſuam:tribus ſunt domus Leui plangẽs.Et
uerum qdem dicere:uel de his quæ diximus:uel de tribus
Simeon:dei ſolius eſt.Nos aũt in præſenti aptamus:qñ
omnes qui cathetizati fuerũt:et inſtructi ſunt diuino my/
ſterio:nec fuerunt ordinati in aliqua tribuum quas dixi/
mus ſupra:

mus ſupra:& peccauerũt peccata grauia: quales ſunt plu/
rimi laicorum:tribus ſunt Simeon.Reliqui autem homi/
nes:quas di it tribus relictas:quas ſpecialiter nõ nomina/
uit.Non aũt qualecũq; eſt opus dicere & de mulieribus
ſingularum tribuum plãgentibus ſe ſm. Et uide ſi potes
in ſingulis quibuſq; claſſibus eos qdem qui corporalio/
res/& mundialiores fuerunt dicere mulieres.Qui autem
eorũ cõparatione meliores fuerunt uiros fuiſſe.Et uidebũt
filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute & glo
ria multa:qm̃ uidet̃ ſuſcepiſſe eccleſia catholica cum aliis
traditionibus etiam de Chriſti aduẽtu ſecũdo: qm̃ erit in
gloria:manifeſtum eſt. Vtrum aũt ſm quod ſcriptum eſt
in hoc loco:nubes corporales/atq; ſenſibiles æſtimare de
bemus uehiculũ eſſe ipſius:& ſm huiuſmodi nubes mul
tam illam uirtutem:& gloriam expectare debemus:aut iu
xta obſeruationem uerbi ſimplicioris:etiam moraliter eſt
cõſiderandum:aut nec omnino obſeruare debemus ſim/
plicitatem uerbi:ſed ſolũmodo moralem exeq itellectum:
nõ cuiuſcũq; eſt deliberare:et diligenter ſcrutari ſingula lo
ca:& poſtq̃ tractauerit uerbum ſm ea:ſic pronũtiare quid
potiſſimum uerius ſit eorũ:& cõtinens euangelicum ſen/
ſum:& uolũtatem Chriſti: q iſta locutus eſt. Sed agemos
pauca de modica uirtute:ſi tamen uel ipſam habemus ex/
ponamus his in locis:& primum qdem ſm textum. Vi/
debũt oculis corporalibus filium hominis in ſpecie hu/
mana uenientem ſuper nubes ſupernas:quæ ideo nubes
coeli dicũtur: cum uirtute/& gloria multa. Et cõueniunt
huic expoſitioni quæ ſuperius in euãgelio dicuntur hoc
modo.Cum aſſumpſiſſet Ieſus Petrum/& Ioãnem & Ia/
cobum:eduxit eos ſup montẽ excelſum nimis/ſeorſum:
& trãſfiguratus eſt coram eis:& ſplenduit facies eius ſicut
ſol &:ueſtimẽta eius facta ſunt ſicut lumen:& uiſus eſt eis
Moyſes: & Helias colloquentes cum eo.Et ecce(inquit)
nubes lucida obumbrauit eos:& ecce uox de nube dicẽs.
Hic eſt filius meus dilectus:in quo cõplacui:ipſum audi/
te.Sicut ergo quãdo transformatus eſt:reſplenduit facies
eis ſicut ſol:& ueſtimẽta eius facta ſunt ſicut lumẽ:& uox
uenit de nube dicens:Hic eſt filius meus dilectus: in quo
cõplacui:ſic cum uenerit iterum forſitan in ſpeciem tranſ/
formabitur glorioſam:aut ſicut tunc trãſformatus eſt co/
ram tribus diſcipulis ſuis:poſtea ueniet nõ ſup unam nu/
bem:ſed ſuper multas quæ erunt uehiculum eius. Quo/
niam autẽ conſequens eſt ut in meliorẽ gloriã reformet̃:q̃
fuit trãſformatus in monte: maniſeſtũ eſt ex eo q̃ tunc q/
dem coram tribus tm̃modo tranſformatus eſt:In conſu/
matione autem mundi totius: apparebit in gloria multa:
ut uideant eum omnes in gloria. Et tunc quidem deſce/
dens lucida nubes adũbrauit eos:poſtea autem multæ nu
bes portabunt filium hominis:uenientem cum uehiculo
digno gloriæ ſuæ. Dicet autem aliquis quoniam ſicut in
fictione hominis accepit deus limum de terra:& finxit ho
minẽ ſic ut appareat gloria Chriſti accepit deus de coelo:
& de coeleſti corpore & corporauit primum quidem in
nubem lucidam:in cõſumatione aũt in nubes lucidas:p/
pter quod & nubes coeli dicuntur:ſm quod & limus ter
ræ eſt dictus. Et decet patrẽ talia mirãda donare filio ſuo:
qui ſe ipſum humiliauit:& propter dilectionem non rapi
nam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum
exinaniuit formam ſerui accipiens:& factus eſt agnus dei
ut tollat mũdi peccata. Prpter hoc enim & deus ſuperex/
altauit eum:& donauit illi nomen quod eſt ſuper omne
nomen. Nõ ſolum autem exaltauit eum ſm ſpiritum:ſed
etiam ſm corpus:ut per omnia ſit exaltatus. Et corpus qd
ſuſcepit de uitute altiſſimi:& de uirgine huiuſmodi mini/
ſteriũ miniſtrante:debebat honorari ut & ſup talibus nu/
bibus ueniret.forſitan ſup nubibus animatis & rationa/
bilibus: ut ne ſine anima & irrationabile eſſet uehiculum
filii hominis glorificati ſicut fuit ſine aĩa currus.irrationa
biles autem equi in quibus uiſus eſt aſſumi Helias ſm ſcri
pturam dicẽtem. Et ecce currus igneus & equi ignis. Quo
niam aũt animatæ:& rationabiles nubes erunt: quæ erũt
uehiculum filii dei.pferimus exempli cauſa quod dicitur.
Et ueritas tua uſq; ad nubes. Et iterum. Mandabo nubi/
bus ne pluant ſuper illam pluuiam. Maxime autem ex eo
q̃ dicitur. Et ecce nubes lucida adũbrauit eos:& ecce uox
de nube dicẽs. Non quia nubes filii erat pater:ſed ut ita
dicam:Verbum dei factum eſt ad eam:ſicut factum eſt ad
pphetas:& ſicut qui audit Eſaiam dicẽtem Filios genui:
& exaltaui. Ipſi autem me ſpreuerũt:nõ Eſaiam:ſed deum
patrem audit in Eſaia: ſic qui audiebant de nube uocem
dicẽtem. Hic eſt filius meus dilectus:nõ nubem:ſed patrẽ
in ea teſtificantem gloriæ filii audiebant. Si ergo ante paſ/
ſionis diſpenſationem talis fuit nubes prophetans: quid
debemus dicere de nubibus coeli:ſuper quibus uenientem
filium hominis uidebunt cum uirtute:& gloria multa q
uiderint eum tunc? Et ſi quidem ut ne terram calcaret fi/
lius dei in Hieroſolymis. diligentes eum ſtrauerunt ueſti/
mẽta ſua in uia:neq; aſellum qui portabat eum uolentes
terram calcare. Quid mirum ſi pater & deus omnium:nu
bes ſternat coeleſtes:ſub corpore filii deſcendẽtis ad opus
cõſumationis? Et primũ quidem uenit Ieſus cum uirtu/
te & gloria qua glorificauerat eum pater:ex qua uirtute fa
ciebat ſigna/& prodigia in populo:& oẽm iſirmitatem:
& languorem ſanabat: ppter quam & dicebat:tetigit me
aliquis:ego enim ſcio uirtutem de me exiſſe. Omnis autẽ
illa uirtus cõparatione uirtutis illius multæ cum qua in fi
ne uenturus eſt:modica erat. Virtus enim erat exinaniẽtis
ſeipſum. Virtus autem illa multa de qua ſcribitur. Vidẽbũt
filium hominis uenientem ſup nubibus cum uirtute &
gloria multa:erit dei uerbi:qui reſtitutus eſt in ſtatũ quem
habuit a principio apud deum. priuſq̃ exinaniret ſeipſum.
Sic & multam gloriam eius itellige incipiens a gloria uul
tus Moyſi/& tranſiẽs ad Heliam qui uiſi ſunt in gloria qñ
facta eſt ſpecies uultus filii dei altera: & mutatum eſt ue/
ſtimentum. Intelligens aũt etiam quod dicitur ſi enim qd
euacuatur per gloriam:multomagis quod manet in glo/
ria:uidebis multam illã gloriam filii:de qua ſcriptum eſt:
Cum uirtute & gloria multa. Adhuc autem magis intelli/
ges:de qua loquitur textus:accipiens de actu cum uolumi
ne quod taliter habet. Et cum hæc dixiſſet:uidentibus illis
eleuatus eſt:& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Et cum
intenderent in coelum eunte illo:ecce duo uiri ſteterunt in
ueſte alba:qui & dixerũt. Viri Galilæi:quid ſtatis aſpicien/
tes in coelum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a uobis in coe/
lum:ſic ueniet quemadmodum uidiſtis eum euntem in
coelum. Si enim credimus iſtis quibus nubes dicit̃ eum
ſuſcepiſſe:& ſuſtuliſſe in coelum: quomodo nõ ſm textũ
ueniet de coelo ſicut uiderunt eum euntem in coelum di/

ſcipupli eius. Et in reuelatione Ioánis ſimiliter dicit. Ecce ueniet cum nubibus & uidebit eum omnis oculus: et qui eum pupugerunt. Intelligat aūt qui poteſt: utrum id ipm eſt ſuper nubes cœli uenire eum: & cum nubibus eum uenire: aut aliæ qdem ſunt nubes ſuper quas ueniet: aliæ aūt cum qbus ueniet. Conſidera autem in uiſione Aegyptia Eſaiam dicentem. Ecce dn̄s ſedet ſuper nubem leuem: & ueniet in Aegyptum. utrum Aegyptum dicit hanc quæ cõmuniter intelligitur: an totum mūdum. Secūdum eni ipſum Ioánem: locus in quo dominus eoꝝ eſt crucifixus uocatur ſpiritaliter Sodoma/& ægyptus/ſiue totus mundus/ſiue Iudæa Sodoma & ægyptus appellat̃. Quiauté ſuper nubem leuem uenit in Aegyptum: primum aſcenſionem faciet in Iudæam. Rationis eſt enim uenientem eū iterum illic primum fieri. Sodoma auté ubi dn̄s eorum crucifixus eſt appellatur. ſicut & aliqñ dictum eſt ad populum illum & principes eius. Audite uerbum domini principes Sodomoꝝ attendite legem dei plebs Gomorræ. In his traditionibus utitur etiam illud quod dicit̃: Rapiemur in nubibus obuiam dño in aerem: & ſic ſemꝑ cū domino erimus: Et dicet. Si beati homines in nubibus rapiētur in aerem: quid mirum eſt ut nubibus filium dei uenire cum uirtute & gloria multa? Item nubes obumbrabat populum uenientem ex Aegypto: Si iſta creduntur: quomodo nō conſequēs eſt: domino populi in uehiculum fieri nubes cœleſtes ut ſedeat ſuper eas? Si autem recipitur liber qui dicit: qm̄ ſapientia eſt quæ facta eſt populo tunc columna nubis in die: et flāma ignis in nocte. Dicet aliqs: qm̄ nubes ſuper quibus uidebūt filium hominis uenientem: uirtus altiſſimi eſt: & ſpiritus ſanctus: quæ fient ei in nubibus cœli ut ueniat illis iuectus. Cum ſit ergo fortior & nō contēptibilis ratio hæc: qui uult quidem ſm̄ utrūq; modum ſuſcipere quæ dicuntur nō reprobabit: et ſi dixerit quis itelligibiles nubes in qbus ueniet filius hominis: ſiue ſanctas & diuinas uirtutes: ſiue beatiſſimos ꝓphetas. Et dicet q ſm̄ & glorioſum uerbi aduētum futurum hominibus in cõſumationem ſæculi moraliter cõfitetur ſicut ſupra diximus: traditum: ſed nō deſtruet etiā textum. Qui aūt deſpiciēs glorioſum/& admirabilem textum loci: & ſicut dei amicus in ſolo ſpiritali putat cõſiſtere uerū: ignoſcendum eſſe dicet quaſi pueris & paruulis in Chriſto: eis qui corporaliter ſuſcipiunt iſta. Cum multa aūt uirtute uenit quotidie ad animam omnis credētis ſecundus uerbi aduentus in nubibus propheticis: id eſt in ſcripturis prophetaꝝ/& apoſtolorum: quæ manifeſtant eum: & in omnibus uerbis ſuis ueritatis lumen oſtendunt: et exoriētem eum diuinis/& ſuper humanā naturam intellectibus ſuis declarant. Sic aūt eis qui intelligunt manifeſtatorum dogmatum in ꝓphetis: atq; apoſtolis dicimus apparere ēt gloriam multam: quæ in ſecundo uerbi aduentu uidetur. Et mittet angelos ſuos cum tuba magna: & cõgregabunt electos eius a quattuor uentis: a ſummis cœloꝝ: uſq; ad terminos eorum. Similiter apud Marcum hoc dicit modo. Et tunc mittet angelos ſuos: & congregabūt electos a quattuor uentis: a ſummo terræ uſq; ad ſummum cœli. Quod dicit Saluatorem mittere angelos ſuos cum tuba magna. quæcūq; eſt illa ad cõgregādos electos eius: cõſequēter dicit̃ eis: quæ in parabola alia referunt̃ de ſeminibus & zizaniis: & interpretās parabolam ſic dicit. Quoniam meſſis cõſumatio eſt. meſſores angeli ſunt. Sicut ergo colligūtur zizania: & igni cremantur: ſic erit in cõſumatione ſæculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius oīa ſcandala: & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis: illic erit fletus/& ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Tale & aliquid dicit in parabola Sagenæ miſſæ in mare. Ergo meſſores angeli mittunt̃ a Saluatore: colligentes uniuerſa zizania: ut poſt hæc ſancti fulgeant ſicut ſol in regno patris ſui: ut poſtea cõgregentur electi a quattuor uentis a ſummis cœlorum: uſq; ad terminos eorum. Cõſidera utrum ſicut opinātur ſimpliciores: eos tantum qui tunc inuenti fuerint in corpore cõgregandos: aut certe omnes qui in deo patre dilecti ſunt: & Ieſu Chriſto ſunt cõſeruati: Et uide niſi melius eſt dicere/cõgregādos eſſe ab angelis Chriſti omnes ab aduentu Chriſti uſq; ad cõſumationem uocatos: atq; electos. Quæres aūt ſi etiam eos qui fuerunt a cõſtitutione mundi uſq; ad aduentum. ſi tamen electi chriſti: nō ſolum ſunt illi qui ex aduētu eius ſunt ſancti: ſicut qdam magiſtri hæreſum dicunt: ſed omnes qui a cõſtitutione mundi fuerunt: qui uiderūt ſicut Abraham Chriſti diem: & diuina exultatione exultauerūt in eum. Si autem nō tantum ſicut ſimplices arbitrātur eos qui inueniuntur in corpore cõgregaturi ſunt angeli: ſed oēs chriſti electos: conſiderare eſt dignum quid interea facientes: aut in quo loco cõmorantes cõgregabūt electos. Quoniam autem nō tantum illos qui in corpore fuerint cõpræhēſi dicit congregandos Chriſti electos: ſed etiam illos qui de corporibus ſunt egreſſi: manifeſtat ſermo dicens. Cõgregandos electos non ſolum a quattuor uentis: ſed etiam a ſummis cœloꝝ uſq; ad terminos eorum. Nemini autem ſuper terram arbitror cõuenire quod ait: ut cõgregentur a ſummis cœlorum: niſi forte eis qui inter homines iterim apud angelos docentes cœleſtia cõmorātur: cõgregabūt angeli ſancti: ut ante eruditos in ſummis cœli uſq; ad terminos eoꝝ: & inſtructos: tradāt perfecto magno deo uerbo filio dei ad cõgregandum ei: & ad ſuſceptionem eorū quæ tradiderit filius dei his qui doctrinam cœleſtem ante ſuſceperint. Quoniam aūt umbra eſt hæc uita noſtra in terris: cõſequens eſt ut nunc lege & prophetis erudiantur qui in illa plenitudine tēporis reliqua ſunt ſcituri: & pleniora a filio dei ſcituri: ſm̄ res ipſas cœleſtes: ut qui ſunt in ſummis cœlorum quaſi in qbuſdam eruditionibus ſint: ut poſſint poſtmodum capere ſapientiam dei: magis aūt ſapientiam ipſum filium dei: cum uenerit quod uere perfectum eſt: & quattuor uenti ex quibus electi chriſti cõgregabuntur intelligamus quærentes quorum bonoꝝ futurorum habuerunt umbram: quæ in numeris ſunt cõſcripta de unaquaq; tribu filioꝝ Iſrael. Vnde primus fuit ordo caſtroꝝ Iuda cum uirtute ipſorum: cõſtituēs ad orientem: & cum his ex utraq; parte Iſachar: & Zabulon. Et ad Aphricū tribus Rubē: & ex utraq; parte: Simeon: & Gad: & tribus Effrem ſecundum mare: & ex utraq; parte Beniamin: & Manaſſe nouiſſima. Et tribus Dan ad aquilonem: & ex utraq; parte Aſer/& Neptalim. Forſitan ergo ex tūc tribus egreſſi umbræ erāt caſtroꝝ ſm̄ myſteria ueræ Iſrael. Et ſicut tunc ex quattuor uentis cõgregatæ ſunt in Iudæam: & in hæreditatem per Ieſum poſt Moyſen pædagogum: & procuratorem inſtitutæ: ſic a quattuor uentis

angeli cõgregabũt electos. A uentis autem non terrenis a ſummis coelorum uſq; ad terminos eoꝝ: ut ab Ieſu noſtro cõgregati percipiãt diuinam/& ueram hæreditatem. Apud Matthæum ergo qui congregantur Chriſti electi: ex quattuor uentis cõgregãtur a ſummis coeloꝝ uſq; ad termininos eorum. Apud Marcum aũt a quattuor uentis. a ſummo terræ uſq; ad ſummũ coeli: poſtea aũt a ſummis coelorum uſq; ad terminos eorum. Intelliges autem eos qui cõgregantur a ſummo terræ: cõſiderans cõuerſationem eorum qui fuerunt in terris: & ſm quod poſſibile eſt perfectionem eoꝝ qui ſunt conuerſati in terris. Oẽs ergo qui ſuper terram bene uixerunt: nõ ſimpliciter cõgregantur a terra: ſed a ſũmo terræ: utputa a ſumma cõuerſantium ſuper terram. Si aũt poſt ſummã conuerſationis quæ fuit in terris: ſuſceperit ſubſequens conuerſatio eos q cõuerſationem habuerũt in coelis: non ſimpliciter a ſummo coelo ſicut a ſummo terræ: ſed a ſummis coelis: qm̃ unũquodq; coelum ſuæ inſtitutionis & initia habet & ꝑfectiones id eſt terminos: utputa poſt cõuerſationem ſũmam quæ fuit ſuper terram ſuſcipit iterum hominem cõuerſatio unius coeli: & perfectio quæ in ea eſt. Iterum ſuſcipit eum ſecunda conuerſatio ſecundi coeli: & perfectio quæ in ea eſt. Iterum ſuſcipit eum tertia conuerſatio tertii coeli: & perfectio quæ in eo eſt: & ſic intellige mihi multorum coeloꝝ multaꝝ cõuerſationum initia eſſe: & terminos id eſt perfectiones a quibus initiis: & terminis diuerſorum coeloꝝ congregat deus ſuos electos. Aut ita. A ſũmis coelorum uſq; ad terminos eoꝝ. Coeli ſunt uel ſcripturæ diuinæ: uel auctores earum i quibus habitat deus. Summa aũt ſcripturaꝝ ſunt initia earum: termini autem cõſumationes earum. Cõgregantur ergo ſancti a ſummis coelorum: id eſt ab eis qui coepto uiuunt in initiis ſcripturarum: uſq; ad eos qui uiuũt in cõſumationibus eaꝝ. ac ut plus dicam: a rudibus eorum uſq; ad perfectos eoꝝ. Qui autem mittunt angeli a Saluatore ad cõgregandum electos eius: congregabunt eos non cum uoce qualicũq; ſed cum tuba quæ uocatur magna: nõ uocem dãtem incertam: ſed certam & manifeſtam: ut qui audierint: & didicerint parẽt ſe ad uiam perfectiõis: quæ ducit ad filium dei. Quoniam aũt uolumus intelligere quid eſt tuba magna: debemus ſpiritalibus ſpiritalia cõparare. Age nũc & de tubis inquãtum capere poſſumus: breuiter exponam⁹: ſi tamen poſſumus ex cõgregatione & ãmonitione iſtoꝝ exemplorum intelligere: & magnã angeloꝝ tubam. Scriptum eſt enim in Numeris. Et locutus eſt dñs ad Moyſen dicens. Fac tibi duas tubas argẽteas: Ductiles facies eas: & erunt tibi ad congregãdam ſynagogam: & erunt tibi ad promouẽda caſtra: & tubabis in eis. & congregabitur ad te omnis ſynagoga ad oſtium tabernaculi teſtimonii. Si autem in una tuba uenerint ad te omnes principes miliũ Iſrael tubabis ſignificationem primã & promouebũt caſtra quæ conſiſtũt ad orientem. Et tubabis ſignificationẽ ſecũdam: & ꝓmouebunt caſtra quæ cõſiſtũt ad auſtrum. Et tubabis ſignificationem tertiam: et promouebũt caſtra quæ conſiſtũt ſm mare. Et tubabis ſignificationem quartam: & tollent caſtra qui conſiſtũt ad aqlonem. Ergo tubabũt tuba in promotione eoꝝ. Et quãdo cõgregatis cõgregationem: tubate & non ſignificatione: Et filii Aaron ſacerdotes tubabũt tubis: & erit uobis legitimum ſempiternum in generatiõibus ueſtris. Si aũt exieritis ad bellum in terra ueſtra contra aduerſarios tubabitis tubis & rememorabimini in conſpectu dei ueſtri: & ſaluabimini ex inimicis ueſtris: & in dieb⁹ letitiæ ueſtræ: & in feſtiuitatib⁹/& neomeniis ueſtris tubabitis tubis: & in holocaſtis ueſtris: & in ſacrificiis ſalutarium ueſtroꝝ: & erit memoria ueſtri in cõſpectu dei ueſtri. Ego dñs deus ueſter. Vide etiam in iſtis: qm̃ in prima ſignificatione tubæ ꝓmouent caſtra q̃ ſunt ſm orientem: in ſecũda autem ꝓmouent caſtra quæ ſunt ſm auſtrum & ut breuiter dicam: ex quattuor uentis congregãt ſacerdotes tubãtes: eos qui ſunt ex caſtris Iſrael & ſm cõparationem ſacerdotũ tubantium: angeli Chriſti cum tuba magna congregabunt electos eius: a quattuor uentis. Sed in numeris qdem hæc facta ſcribũtur in terris: in euãgeliis aũt a ſummo terræ uſq; ad ſummũ coeli. Poſt hæc autem a ſummis coeloꝝ uſq; ad ſumma eoꝝ. Et forſitan lex umbram habet futurorum bonoꝝ. et in numeris quoq; quod poſitum eſt de tubis & ordinibus Iſrael: umbra eſt futurorum. Ne forte ergo argenteæ tubæ: qm̃ argentũ in multis locis pro uerbo ſuſcipitur. Magna uox uerbi intelligitur tuba argentea cõgregans unũquenq; in ordine. Secundũ umbrã qdem ſicut Moyſes nominauit ſcdm myſteriũ autem: ſm quod dicit Paulus in epiſtola ad corinthios ſecunda. Primum autem cum tubis rationabilibus promouẽt caſtra. Ita legiſlatio fit de his rebus quæ ad bellum pertinent iſrael memorãtis per illam ſignificationem tubarum bellicas res. Quæ tubæ ſerunt eos q cõmorãtur per eas ſignificationes tubaꝝ: ad ſaluandum eos ab inimicis eorum. Voces autem argẽtearum: & ꝓductilium tubarum in diebus letitiæ iſrael: quæ aſſumuntur in neomeniis ipſorum: erãt umbræ futuraꝝ neomeniaꝝ de quibus dicit Apoſtolus: nemo uos iudicet in eſca: aut in potu: aut in partem diei feſti: aut neomeniæ: aut ſabbatorum quæ ſunt umbra futurorum. Aſſumũtur autem & in holocauſtis: & in ſacrificiis ſalutarium iſrael: quas ſignificationes tubarũ exẽplo: & umbra coeleſtis culturæ quaſi alicuius coeleſtis & cõuerſationem habentis in coelum exponere conuenit. Hæc autem exẽpla accepimus ut uel ex parte itelligere ualeamus quod ſcriptum eſt: Mittet angelos ſuos cum tuba magna: et cõgregabunt electos eius. Euangelicas aũt tubas oſtendit: & in prima ad theſſalonicenſes Apoſtolus dicẽs. Hoc aũt uobis dicimus in uerbo domini: qm̃ nos qui uiuimus: qui remanebimus in aduẽtu dñi non præueniemus eos qui dormierunt: qm̃ ipſe dñs in iuſſu: & in uoce archangeli: & in tuba dei deſcẽdet de coelo. Item ad corinthios prima. Omnes quidem dormiemus: non aũt omnes imutabimur: in momẽto: in ictu oculi in nouiſſima tuba. Tubabit enim: & mortui reſurgent incorrupti: & nos imutabimur. Eſt autem & aliqua ſm legem: & tubarum feſtiuitas: neomenia ſeptimi mẽſis forſitan myſterium alicuius ueræ feſtiuitatis: & tubæ alicuius ſpiritalis & magniloquii. A ficu aũt diſcite parabolam. Quando enim iam ramus eius factus fuerit tener: & folia ꝓducit/ ſcitote quia prope eſt æſtas. Sic & uos cum uideritis hæc omnia ſcitote quia ꝓpe eſt in limine. Amen dico uobis qm̃ nõ præteribit generatio hæc: donec omnia fiant. Coelum & terra trãſibunt: uerba aũt mea nõ trãſient. Quomodo de ficu ſimilitudo eoꝝ quæ dicta ſunt intelligi poſſit: ſm quod poſſumus exponemus. Ne forte

totus hic mundus & conſumatio eius fico aſſimiletur: unuſquiq; ꝓficiſcẽtium ad uitam beatá:ut uideat chriſti uerbi glorioſum in ſe:& perfectum aduentum fico ſimilis habeatur? Sicut enim ficus in tempore qdem hyemis: uitalem quidem uirtutem habet in ſe:abſconditam aũt habet eam:& nõ ſatis manifeſtam: poſtmodũ aũt cum uirtus ipſa uitalis prodire cœperit ad manifeſtationem ꝑteriẽte hyeme ex ipſa ualitudine eius:ramus efficiẽ tener:ꝓducit & folia:& ſicut arbor in uirtute:ipſa folia habet: & fructus:& primum quidem eſt gẽma:deinde paulatim ꝓficiſcitur:nouiſſime aũt eſt in ipſo effectu:ſic & mundus: & unuſquiſq; eorum qui ſaluãtur in fine antechriſti aduentum quaſi in hyeme: in ſe abſconſam habet uitalem uirtutem:Chriſto aũt inſpirante qui ſunt teneri & nõ duricordii rami:& quæ abſcondita erant in eis ꝓgrediuntur in folia æſtate inſtãte:& manifeſtos fructus oſtẽdũt quos qui aſpicit in chriſto iá uidet. Sic & in aliqua parabola refertur paſtoris ſicut placeat etiam illum legere librum:qm̃ ſæculum præſens hyems eſt iuſtis: qui apparent ſimiles ꝓximis ſuis natura & arboribus uidelicet cæteris ſiccis:tẽpore aũt oportuno in fructibus ſuis apparẽt. Si autem & in primo pſalmo tale aliquid fit quod de beato dicitur illo:ꝙ erit tanq̃ lignum quod plãtatum eſt ſecus decurſus aquarꝫ:quod fructũ ſuum dabit in tẽpore ſuo: & folium eius nõ defluet:& omnia quæcũq; faciet ꝓſperabuntur:& tu cõſidera quod eſt ſcriptum: hyems tranſiuit: abiit ſibi:flores apparuerunt in terra ſicut ſcriptum eſt in cantico canticorꝫ:ex quo chriſtus aduenit qui tẽperiem introduxit:& hyemales ſpiritus fecit ceſſare:& ficus (ideſt mũdꝰ) tenerum ramum (ideſt eccleſiam) fecit:nunc qdem folia ꝓferentem donec eſt in proximo æſtas:nondum tamen aduenit. Facta autem æſtate plenius perfectos & maturos Chriſto ficus præſtabit:qm̃ ſm̃ Hieremiá ficus bonæ:bonæ ſunt ualde:congregatæ in cophinis bonorꝫ ficorum ex quibus chriſtus accipe uult:& quaſi edere dulcedinem eorum. Abſit autẽ a nobis ut Ieſu ueniente ad nos:& uolente mãducare de fictu:ut nõ inueniatẽ fructus in ea. Si enim non fuerit inuẽtus fructus in ea:dicet ad eam in ſuo aduentu:quæ non oſtenderit fructus. Nunq̃ ex te quiſq̃ fructum mãducet. Poteſt autẽ ficus illa intelligi populus circunciſionis:ad quos eſuriens dominus uenit:& cum nõ inueniſſet fructum in ea:ſed ſolam ſpeciem uitalẽ: dixit. Nunq̃ ex te quiſq̃ fructum mãducet. Propter quod in aduentu eius continuo areſacta eſt illa ficus (ideſt populus ille) illa autem altera ficus quæ quãtum ad priora tempora ſterilis erat quæ fuerat iam excidenda ꝓpterea ꝙ nullam habuerat adhibitam ſibi diligentiam a ſuo foſſore:cũ ſtercus illi cœperit circũmitti ꝓferet fructus:quæ aliquãdo euacuauerat terram: nunc aũt largiores fructus producet etiá pro tẽpore tranſacto in quo ſterilis fuit. Et unuſquiſq; noſtrum poſt hyemes tẽptationum: & poſt triſtitiá periculorꝫ tranſactorum ad æſtatem feſtinat proferẽs tenerꝫ ramum:non illum durum:ſed molle cor ad credendum deo: & profectus noſtri proferant folia interim & flores operum:ut poſtmodum etiam ꝑfectiſſimos fructus cum uenerit quod perfectũ eſt in chriſto exhibeamus. Adhuc & ipſi qui ſaluãtur habent in ſe ueram uitem:eum q dixit ego ſum uitis uera. Et ſm̃ æſtimationem uitis: & ficum ueram offerẽtem ſalutares fructus ubi requieſcit unuſqſq; ſm̃ ſpiritalem promiſſionem dei ſub uite ſua: & ſub ficu ſua. Et uitis qdem illa in his qui proficiũt floret:& dat ſuũ odorem. Ficus autem & ipſa profert fructus ſuos:ut poſt dignum ꝑfectum:digni efficiantẽ cœleſtibus torcularibus fructus eorꝫ:& cophinis ficorꝫ ualde bonorum eius fici: quæ teneros fructus et bonos protulit ante æſtum. Cuius fructus etiam languẽtes:nõ autem pigritantes orare medicãtur:ſicut ſcriptum eſt de Ezechia rege in Eſaia:qui ſaluatus eſt per ficus ut ne moreretẽ:ſed & ſol ſuper eum in gradibus demõſtrauit maiorem & clariorem ei diem effectã. Multa eſt ergo ſpes in ficu quæ ex dei uerbi, primum qdem fecit tenerum ramum ſuum:poſtea aũt naſcentia folia. Talibus prope eſt æſtas. & prope eſt in limine glorioſus: & in nubibus Chriſti aduentus: & aduentus gloriæ uerbi dei:& prope eſt huiuſmodi hominibus regnũ dei. Amen dico uobis qm̃ non trãſibit generatio hæc:donec oia hæc fiant. Cœlum & terra tranſibũt:uerba aũt mea nõ tranſibunt. Videamus quæ ſit generatio hæc de qua loquitur chriſtus. Et ſimplices qdem ad deſtructionem hieruſalem referunt uerba:& de illa generatione æſtimãt dictum quæ fuit tẽpore chriſti:& paſſionem eius aſpexit non tranſituram priuſq̃ fieret deſtructio ciuitatis illius. Neſcio aũt ſi uerbum ad uerbum exponere poſſunt quod ait. Non uidetis hæc omnia? Amen dico uobis:nõ relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui nõ deſtruatur:uſq; ad illud quod ait prope eſt in limine. Forſitan enim in qbuſdam potuerunt:in aliis aũt omnino nõ poterũt. Et ſatis coanguſtati: neſcio ſi aliquid dicere potuerint. Nos autem in locis multis obſeruãtes:nomen generationis dupliciter accipimus. Arbitramur enim duas eſſe generationes. Vnam qdem iudæorum:alteram autem gẽtium. Sic intelligimus & eccleſiaſten dicẽtem. Generatio uadit:et generatio uenit:& terra in æternũ ſtat. De populo enim iudæorꝫ prophetans: qui fuerat tranſiturus:ait:generatio uadit. De populo aũt gentium credituro dixit:generatio uenit. Tale aliqd puto: & in pſalmo octogeſimo nono dici a *Moyſe* in oratione ipſius. Dñe refugium factus es nobis a generatione in generationem. Duarꝫ enim generationum refugiũ eſt deus: quia unus eſt deus qui iuſtificat circũciſionem ex fide:& præputium per fidem. Et qm̃ non tãtum iudæorꝫ:ſed ẽt gentium eſt deus. Ergo nõ præteribit generatio noui teſtamẽti quæ eſt in facie Saluatoris:neq; abibit ad illas beatas ꝓmiſſiones:illius ſæculi:donec omnia fiãt quæ locutꝰ eſt Chriſtus. Vnicuiq; enim noſtrum oportet omnia fieri quæ prædicta ſunt ſicut per ſingulas expoſitiones tradidimus. Vna ergo generatio eſt eccleſiæ quæ cœpit ex doctrina dñi Saluatoris uſq; ad cõſumationem. Et hæc ipſa generatio tranſiuit qdem aliquãdo totum ſæculum hoc & pertranſibit ipſum ut hæreditet illud futurum. Tamen donec fiant hæc oia non trãſibit. Quando autem in his omnibus ſufficiens fuerit & impaſſibilis permanſerit uſq; ad glorioſum chriſti aduẽtum:tunc pertranſibit. Tamen donec fiãt hæc omnia:nõ quædam eorꝫ quæ dicta ſunt: q̃dam autem non ſunt futura: tamen tranſibit generatio hæc:cum oia hæc fuerint facta cum tranſierit non ſolum terra:ſed ẽt cœlũ:ideſt nõ ſolũ ii hoies quorꝫ uita terrena eſt:& propterea terra dicuntur:ſed etiam illi quorꝫ cõuerſatio eſt in cœlis:& ideo cœlum uocantur. Tranſibũt aũt ad futura:& omnis ſtatus eorum ut ueniant ad eminẽtiora:&

ra:& meliora. Quorum reuelationem cũ ſint filii dei ex/
pectatio creaturæ expectat:& omnis creatura congemiſcit
eis:& dolet:donec a timore dñi in utero accipientes pepe
rerint ſpiritum ſalutis:facientes ſuas foeturas:& tunc tran/
ſibit generatio de qua loqtur xp̃s:& coelũ ſm qd̃ expoſui
mus:& terra ſm qd̃ tradidimus. Verba autẽ q̃ a ſaluatore
ſunt dicta nõ trãſiõut: qm̃ q̃ ſua ꝓpria ſunt operantur:&
nunc & ſemper operabuntur. Perfecti autem & qui non
recipiunt ut iam meliores efficiantur:tranſeuntes quod ſũt
præueniunt ad illud quod non ſunt. In eo autẽ quod di/
xit:uerba autem mea nõ prætenbũt:& hoc æſtimo quæ/
rendum ne forte Moyſi quidem uerba & prophetarum
tranſierunt:uerba autem Ieſu Chriſti non tranſierũt. Quo
niam quæ prophetabant qdem ab illis impleta ſunt:uer/
ba autem Chriſti ſemper ſunt plena: & in actu impletiõis
ſunt ſemper:& quotidie implentur:& nunquam perim/
plentur. Ipſa enim ſunt quæ in ſanctis: & impleta ſunt &
implentur:& adhuc ſunt implenda. Aut forte neq; Moyſi
uerba:uel prophetarum dicere debemus impleta omnino:
proprie enim & illa uerba filii dei ſunt: & ſemper implen
tur. Ergo bonum eſt altitudines uerborum diuinoꝝ:uer/
bis ſimplicibus explicare: tamen propter paucos diſcutia
mus. Hæc tantum intelligentes quoniam uerbum quod
in uerbo dei humanum eſt a creatione mundi uſq; ad cõ/
ſumationem non tranſiit. Inſtat enĩ & operatur quia neq;
principium operandi ante tempora dieq; accepit:ſed cum
creatura coepit:& cum creatura tranſibit. Verbum autem
quod ſuit ante creaturam non tranſibit cum creatura. De
die autem illa & hora nemo ſcit:neq; angeli coelorum:ne/
q; filius niſi pater ſolus. Videntur hæc arguere eos q pro/
mittunt de conſumatione & corruptione mundi ſe com
prehẽdere:& pronuntiant quaſi inſtet dies domini:qua/
les dicuntur fuiſſe quidam theſalonici in tempore apoſto
li:de quibus ſcribit. Rogamus autem uos fratres per aduẽ
tum dñi noſtri Ieſu Chriſti:& noſtra congregatione in ip/
ſo ut non cito moueamini a ſenſu ueſtro:neq; cõturbemi
ni:neq; per ſpiritum neq; per uerbum: neq; per epiſtolam
quaſi per nos miſſam quaſi inſtet dies dñi. Forte quoniá
apud iudæos erant quidam ſiue per ſcripturas profitẽtes
de temporibus conſumatiõis ſe ſcire: ſiue de ſecretis:ideo
hæc ſcribit docens diſcipulos ſuos ut nemini credant ta/
lia profitenti. Et ſeipſum ſaluator ſm hunc locum coniũ
git ignorantibus diem illum & horam. Et ratiõabiliter eſt
quærendum quomodo qui confidit ſe cognoſcere pa/
trem:dicens nemo nouit patrem niſi filius:& cui uoluerit
filius reuelare:patrem quidem nouit:diem autem & horá
conſumationis non nouit? Et quomodo hoc abſcondit
pater a filio? Omnino enim ratio eſſe debet:ꝙ a ſaluato/
re tempus conſumationis abſconditum ſit: & ignoret de
eo. Audebit aũt aliquis dicere. qm̃ homo qui ſm ſaluato/
rem intelligitur proficiens ſapientia:& ætate:& gratia co/
ram deo & hominibus: qui proficiens:proficiebat qdem
ſuper omnes ſcientia & ſapientia:nõ tñ ut ueniret iam qd̃
erat perfectum priuſq̃ propriam diſpenſationem imple/
ret. Nihil ergo mirum eſt ſi hoc ſolum neſciuit ex omni/
bus:ideſt diem conſumationis & horam. Forſitan aũt: &
quod ait neſcire ſe diem conſumationis & horam:ante di
ſpenſationem ſuam dixit:qa nemo ſcit: neq; angeli: neq;
filius:niſi ſolus pater. Poſt diſpenſationem autem imple/
tam nequaq̃ hoc dixit:poſtq̃ deus illum ſuperexaltauit:&
donauit ei nomen quod eſt ſup omne nomen. Nam po/
ſtea & filius cognouit ſcientiam a patre ſuſcipiens: etiam
de die conſumationis:& hora ut iam nõ ſolum pater ſci/
ret de ea:ſed etiam filius. Et in actibus quidem apoſtolo/
rum conuenientes apoſtoli interrogauerunt eum dicen/
tes. Domine ſi in hoc tempore reſtitues regnum iſrael? Ille
autem dixit ad eos. Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel
momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et quoniam
in ſua poteſtate tẽpora & momenta conſumationis mun
di:& reſtitutionis regni iſrael poſuit:ideo quod nondum
fuerat prædefinitum a deo:nemo poterat ſcire. Vnũqdq;
autem eorum quæ præfinit:non ab inexperibili præfinit.
Non poſſibile eſt enim hoc. Quod autem præfinit princi
pium præfiniendi faciens. Si autem ita eſt præfiniuit qui/
dem conſumationem facere mundi:nõ autem & tempo/
ra:& momenta præfiniit quæ poſuit in ſua poteſtate: ut
ſi uoluerit ea augere ſic iudicans: augeat ea. Si autem ab/
breuiare:abbreuiet:nemine cognoſcente. Et ideo de tem/
poribus & momentis conſumationis mundi: in ſua po/
ſuit poteſtate ut conſequenter humano generi in ſuo ar/
bitrio cõſtituto talia:uel talia agenti definiat iudicium de/
bitum. Multa & in prophetis eſt inuenire ad utilitatẽ au/
dientium ſcripta in præceptis & denunciationibus quaſi
non præfiniente quicq̃ de eis:ſed puniente quidem ſi pec
cauerint: ſaluante autem ſi præcepta ſeruauerint. Et ſicut
in illis non introduxit ſcriptura deum præfinientem: ſed
ſm utilitatem audientium proloquentem: ſic intelligen/
dum eſt & de die conſumationis: & hora. Alia expoſitio
quæ famoſior eſt eis quæ iam tradita ſunt: aliud dicit de
eo quod ſcriptũ eſt:neq; filius:niſi ſolus pater. Dicit (in/
quit) alicubi de ſaluatore Apoſtolus & de rebus i fine ſæ
culi ordinandis:hoc modo. Cum autem ſubiecta illi fue/
rint omnia:tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui ſibi ſub/
didit omnia ut ſit deus oia:in omnibus. His uerbis uidet
oſtendere qm̃ priuſq̃ ſubiiceret ei oia: non erat ſubiectus
ei qui ſibi ſubdidit oia. Quod ex hoc demonſtratur: qm̃
niſi ſubiectus fuiſſet filius patri qui ſibi ſubdidit oia: nũq̃
ei pater oia ſubieciſſet. Et uidetur per hæc dicere ſubiectio/
nem oium qui ei erant ſubiiciendi: & aduentum eorum
per filium ad deum & perfectionem. Si ergo bene dicitur
hoc de filii ſubiectione ad patrem futura:ut tunc hi qui fu
turi ſunt Chriſti & adheſerunt ei cum ipſe xp̃o pr̃i ſubii/
ciantur: quare non & de die illa:& hora neminem ſcire neq;
filium ſimiliter exponemus? Donec enim eccleſia quæ
eſt corpus neſcit diem illum:& horá: tádiu nec ipſe filius
dicitur ſcire diem illam:& horam: ut tunc intelligatur ſcire
qñ ſcierint & oia membra eius. Bene aũt dr̃ ſcire ſm pro/
priam ſignificationẽ ſicut eſt in conſuetudine ſcripturaꝝ.
Quid eſt ſcire qm̃ cognoſcet diem illum & horam qui
occurrerit ad finem: & abbreuiationẽ diei illius & horæ.
Quoniá aũt talis aliqua ſignificatio eſt ſcire:& cognoſce/
re in ſcripturis:manifeſtũ eſt ex eo qd̃ dr̃ in eccleſiaſte:hoc
modo. Qui cuſtodit mandatũ: non ſciet uerbũ malum:
ideſt non experietur uerbũ malũ. Et in Apoſtolo de ipſo ſal
uatore eſt dictũ. Eum qui neſciuit pctm̃ pro nobis pctm̃
fecit. Et neſcientẽ pctm̃ ſaluatorem dicit:tanq̃ ſi diceret eũ
qui non peccauit:nec in natura fuit peccati. Tale aliquid
ſignificat & qd̃ dicit:cognouit Adam Euam uxorẽ ſuá.

Quãdiu enim illa nõ fuit ei admixta : nõ cognoſcebat eã.
Et diem ergo conſumationis huiuſmodi & corruptio/
nis ſæculi nemo ſcit:neq; angeli cœlorum:neq; filius dei:
de ſanctis deo melius prouidente ut ſimul fiant i beatitu/
dine quæ futura eſt poſt diem & horam conſumationis
illius. Et ſicut apud hebræos ſcriptum eſt de eis q teſtimo
nium habent in fide:quoniam hi omnes teſtificati per fi/
dem non receperũt promiſſionem dei:deo de nobis me/
lius aliquid prouidente:ut nec ſine nobis conſumarentur
ſic ſciendum eſt:& in hoc:quia deo melius aliquid ꝓſpi/
ciente de his qui erant ſaluandi:nondum enim receperũt
promiſſionem:qui nõ cognouerũt de die illa:& hora:ne/
q; angeli cœlorum:neq; filius. Præparat enim filius ſcien
tiam diei illius : & horæ cohæredibus promiſſionis illius
ex quo ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs:operãs
uiam quæ ducit ad reſtitutionem omnium ꝓpter quos
formam ſerui accepit:ut omnes ſimul ſciant : id eſt re ipſa
experiantur horam illam & diem:quia quod oculus non
uidit:nec auris audiuit:& ſuꝑ cor hominis non aſcendit:
præparauit deus diligentibus ſe in ſcientia priorum exer/
cens : & præparans omnem quem uult ſcire diem illã &
horam cum ſanctis angelis:& cum ipſo dño noſtro Ieſu
Chriſto. Et uniuſcuiuſq; autem conſumationem in his
quibuſdam futuram ſupradictis : & de ſingulis ſolus ſcit
pater:quoniam filius comitans:& præcedens ante ſequẽ/
tes:& uolens ut ita dicam uenturus eſt:& tardat ut poſſint
eum ſequi qui certant ſequi eum:& ſequentes eum inue/
niantur cum eo in die illa & hora. Sicut enim fuit in dieb⁹
Noe:ſic erit & aduentus filii hominis. Sicut enim fuerũt i
diebus ante diluuium manducantes:& bibentes:nubẽtes:
& nuptum tradentes quouſq; itrauit Noe in archã:& nõ
cognouerunt donec uenit diluuiũ:& tulit omnes:ſic erit
& aduentus filii hominis. Eis qui cognoſcunt uerborum
præſentium textum:ſiue ſpiritaliter ea uolentibus itellige/
re : ſiue ſimpliciter : conſequens eſt de conſumatione di/
cere mundi iſtius:quoniam ſubito erit:quaſi qui iã ægro
tauerit prius ægrotatione idonea & manifeſtante corru/
ptionem ſuam futurã. Hoc enim ex eo præcipue demon
ſtratur qđ dicit. Quoniam ſimilis erit diebus Noe aduen/
tus filii hois : ſubito enim tunc perierunt oia quæ fuerant
ſuꝑ terrã. Qui aũt uult dicere qm̃ paulatim erit conſuma/
tio mundi:dicet ſimiliter fcm̃ & in diebus Noe. Quadra/
ginta enim diebus:& quadraginta noctibus pluuia deſcẽ
dente:conſequens fuit primos periſſe qui i depreſſioribus
terræ ꝑtibus habitabant. Poſt eos aũt qui modice in altio
ribus:& ſic nouiſſimos qui in altiſſimis montibus mora
bantur. Sic inqt in conſumatione mundi cum deſcende/
rit ignis:icipiet qdem de ſublimioribus locis : & paulatim
ad inferiora deſcendet. Lucas aũt ſubiungens ẽt ſimilitu/
dinem ignis ſodomoꝝ dat nobis occaſionẽ intelligendi
qm̃ ſubito conſumatio eſt futura. Dicet aũt aliqs qm̃ per
hoc illud declaraꝶ : qm̃ non moraliter pluuia illa fuit aut
ignis:ſed pp̄ pctã hoium abundantia. Duobus ergo mo/
dis mundi corruptio æſtimatur futura. Vno quidem ſm̃
moralem ignis detentionem:altero aũt ſm̃ iudicium dei.
Gentiles aũt inflãmationem illam:uel cãm inflãmationis
illius non dicunt fuiſſe pctã : ſed ignis fuiſſe uirtutem. Di/
uini aũt ſermones oia teneri & gubernari docent a deo:&
non culpant ignis uiolentiam:ſed dei ꝓnunciant uolun/
tatem ſaluantis qdem ſuꝑ terrã : qui ſalute ſũt digni in ea:
perdentis aũt eos:in qbus pp̄ abundantiam iniqtatis cha/
ritas refrigeſcit. Cõparatio enim ſodomitici ignis maniſe/
ſtiſſime docet ſubitaneam fore mundi corruptionẽ ex eo
ꝙ angelus dixit ad Loth. Ecce admiratus ſum faciem tuã
in uerbo hoc:ut non deſtruam ciuitatẽ de qua dixiſti. Fe/
ſtina ergo ſaluari illic:nec enim potero facere quicq̃ donec
tu eas illuc. Vides qm̃ ignis ille qui ſuꝑ ſodomã mittebaꝶ:
uoluntate cõtinebaꝶ diuina:donec Loth intraret in ſegor.
Sic puto & in conſumatione futurum. ſm̃ qđ ſaluatus eſt
& Loth : ut tunc ignis ille conſumationis obtineat mun/
dum ſm̃ iudicium dei:cum ſaluati iuſti fulxerunt ſicut ſol
in regno patris ſui:tunc iniquos colligent de regno Chri/
ſti & mittent eos in caminũ ignis. Quomodo enim non
eſt manifeſtũ qa ſubito erit corruptio mundi:ex eo qđ di/
cit erunt manducantes:& bibentes:nubentes:& nuptum
tradentes:quæ pacis & ſecuritatis ſunt ſigna ? Fames eni:
& peſtilentiæ forſitan ante aliqđ tp̃s conſumationis erũt.
Circa ipſam aũt conſumationẽ neq; fames neq; bellũ erit.
Quomodo autẽ manducantes:& bibentes : nubentes:&
nuptũ tradentes:plantantes & ædificantes:emẽtes & uẽ/
dentes ſunt cõpræhendendi niſi ita ſit ordinatũ ? Sed &
illud hoc manifeſtat qđ ait Apoſtolus. Quoniã dies dñi
ſicut fur:ita in nocte ueniet:cũ dixerint pax & ſecuritas tũc
repentinus illis ſuꝑueniet interitus:ſicut dolorẽ partus in
utero hñti:& nõ effugient. Docet nos qm̃ ſubito & inſpe
rato eueniet dies conſumationis hoibus : cum rerũ ſtatus
quaſi ad melius uiſus fuerit eſſe conuerſus:de fame priore
ad ubertatem:de peſtilentia & præliis:ad pacem:atq; ſecu
ritatem. Qui aũt altius euangeliũ audiunt:& oia agunt ut
oino in nulla ꝑte euangelii ſit eis uelatũ:non multũ curãt
de conſumatione ſæculi generali:utrũ ſubito & generalis
ſit futura:an per partes. Sed hoc tantum conſiderant qm̃
uniuſcuiuſq; conſumatio fit ipſo non cognoſcente:neq;
diem : neq; horã exitus ſui. Et qa ſuꝑ unũquẽq; nſm̃ dies
dñi ita ueniet ſicut fur:pp̄ qđ opus eſt uigilare:ſiue ueſpe/
ri (ideſt in iuuentute) ſiue media nocte (ideſt in medio ui
tæ humanæ tenebroſæ) ſiue gallicantu:qm̃ iam ſenior eſt:
ſiue mane:qm̃ iã in ſenectute ꝓuecta eſt. Vt cũ uenerit deus
uerbũ afferens conſumationẽ ꝑfectionis uitæ iſtius com
præhendaꝶ:qui nõ dedit ſomnũ oculis ſuis/neq; dormi/
tationẽ palpebris ſuis:& cuſtodiuit mandatũ dicentis. Vi/
gilate in oĩ tp̃e. Tñ uani ſunt oẽs : ſiue qui conſumationẽ
mundi ſcire ſe ꝓfitenꝶ qm̃ erit:ſiue qui uitæ ꝓpriæ finẽ ſci
re ſe gloriantꝶ:aut ꝑ ſigna auiũ:aut ꝑ uentriloquos:aut per
magos ſeducti:& putantes cognoſcere diem & horã exi/
tus ſui. Sicut enim eſt:nemo cognoſcere põt:niſi forte ꝓ/
pheta aliqs fuerit ſctõ ſpũ illuminatus : ſicut ille qui uxori
regis ꝓphetauit:uolenti cognoſcere ſi ſurgeret ex infirmi/
tate filius eius:& ſicut Helias ꝓphetauit Ochoziæ dicens
quæ a dño fuerant conſtituta:hæc dicit dñs. Propterea ꝙ
non erat deus in iſrael tu uadis quærere ad Baal aut Beel/
zebub uirũ muſcaꝝ:deũ Accaron iõ dicit dñs. De lectulo
ſuper quẽ aſcendiſti non deſcendes:qm̃ morte morieris.
Hæc & ſi in exceſſu diximus:tñ quaſi utilia introduximus
qm̃ & de conſumatione uniuſcuiuſq; ideſt de die exitus
ſui nemo cognoſcere põt:q̃uis multi ꝓfiteanꝶ talia ſcire:
niſi forte qui audierint ex ꝓphetis. Scio & aliam cõſuma/
tionẽ uiri iuſti:qui apoſtolico ꝓfectu dicere põt. Mihi aũt
abſit gloriari

abſit gl̃iari niſi in cruce dñi nr̃i Ieſu xp̃i:p quem mihi mũ
dus crucifixus eſt & ego mũdo. Cui enĩ mũdus eſt crucifi
xus:ei quodãmodo cõſũmatio iam facta eſt mũdi. Et qui
mortuus eſt mũdialibus rebus:cui trãſgreſſo dies nõ dñi
uenit dñi dies in qua fit aduentus filii hominis ſup aiam
eius:qui iã nõ uiuit peccato:& mundo. Tunc duo erunt
in agro unus aſſumet & alter relinquet̃. Sicut in eo qd̃ di
cit:aut facite arborem malã:fructus eius malos:aut arborẽ
bonã:& fructum eius bonũ. Duæ ſunt arbores generales
in cordib⁹ hoium:aut bona uirtutis:aut mala malitiæ. Si/
cut mũdus eſt ager ſm parabolam quãdã duo generaliter
ſunt in eo:unus qdẽ ſicut Noe operarius terræ:alter autẽ
ſicut Cain operãs terram. His talibus in agro huiuſmodi
cõſtitutis unus aſſumet̃:id eſt q ſimilis eſt Noe operarius
terræ:& alter relinquet̃ qui ſicut Cain terrã operans eſt:ta/
lis enim eſt oĩs q odit fratrem ſuũ: & propter odiũ fratris
homicida a Ioãne apellat̃ apoſtolo. Sic aũt & de aiabus
molẽtibus in grani mola mũdi:uel corpis:bona qdẽ aĩa
aſſumit̃:mala aũt relinquit̃: donec digna efficiat̃ aſſumi.
Aut ita. Duo in agro ſenſus hoĩs boni:& ſenſus hoĩs ma/
li. Senſus bonus aſſumit̃:malus relinquit̃. Nec enim poſ/
ſumus dicere ſpiritũ mali hoĩs nõ aſſumi:q a didici apud
eccleſiaſten de oĩ ſpiritu:qm̃ conuertit̃ ad deũ q dedit eũ:
ſicut & de oĩ carne:qm̃ reuertit̃ ad terrã unde aſſumpta eſt
Et ſicut ipſe dñs docuit nos ut timeamus eũ qui corpus
& aiam põt perdere in gehenam:& ex eo qd̃ nihil de ſpũ
dixit euidenter oſtendit qm̃ ſpũs cũ corpe:uel aĩa peccati
ce nõ ſimul̃ punit̃. Qui enim peccauit diuidit̃:& pars qdẽ
eius cum infidelibus ponit̃:qd̃ aũt nõ eſt eius:reuertit̃ ad
deũ q dedit eũ. Duo in lecto uno:unus aſſumit̃ & alter reli
qt̃. Extra eos q ſunt duo in agro: extra eas quæ ſunt duæ
ad molã:ſunt duo corpa in una materia:ex qbus corpori
bus:unũ qdẽ corpus eſt iuſti qd̃ aſſumit̃:alteꝝ aũt corpus
eiuſdem materiæ qd̃ relinqt̃. Et corpus qdem q̃ſi infirmũ
in lecto eſt carnalium paſſionũ q̃uis aſſumat̃. Aĩa aũt pro
pter multa quæ ſuſtinet in hoc mũdo:molet in mola mũ/
di:ſenſus autem in agro ſm ea quæ diximus operatur
quæ operatur.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigi
late:quia neſcitis qua hora dominus ueſter ue/
niat. Et reliqua.

Homelia Origenis de eadem lectione. XXXI.

NOn dantes ſomnũ oculis animæ no/
ſtræ: neq; dormitationem palpebris
ut expectemus uel noſtrũ:uel ſæculi fi
nẽ:ſiue ut de hac uita egrediamur:ſiue
ut nobis conſumet̃ hic mũdus. Quæ
ret aũt aliqs quomodo præſens iuxta
diſcipulos dñs cõſtitutus: ita loquit̃
q̃ſi nõ præſens:ſed uenturus ad eos dicẽs. Vigilate q a ne/
ſcitis qua hora dñs ueſter ueniet. Et dicet quidem q ſim/
plicior eſt:qm̃ de ſecũdo aduentu in quo uenturus fuerat
hũc dicebat ſermonem. Alius aũt inteligibilẽ & futurum
in ſenſum diſcipuloꝝ uerbi dicebat aduentum:quia nõ/
dum erat in ſenſu eoꝝ:quẽadmodum erat futurus:quo/
nia ſicut per hunc locum demonſtrat:in uigilantibus õpa
tur diẽ aduẽtus ſui in animã eoꝝ q illuminãtur a lumine
uero:ueniẽtis ad aias ipſoꝝ. Illud aũt ſcitote qm̃ ſi ſciret
paterfamilias qua cuſtodia fur uenit:uigilaret utiq;:& nõ
fineret pfodi domũ ſuã. Quomodo nõ fineret? Sine du/
bio p uigilantiam ſuã. Ideo & uos eſtote parati: quia qua
cuſtodia nõ ſpatis filius hoĩs uẽturus eſt. Sed Matthæus
qdẽ in definite: Marcus aũt etiã tpa diei tanq̃ furis uenien
tis definit dicens. Vigilate ergo quia neſcitis qñ dñs do/
mus ueniet: Sero:an media nocte: an gallicãtu:an mane.
Paterfamilias autẽ domus eſt ſenſus hoĩs. Domus autem
eius aĩa. Fur uero qui paterfamilias dormiẽte ſubito uenit
& pfodit domũ:puto q diabolus eſt:aut oĩs ſmo cõtra/
rius:ſm qd̃ euangeliſta Ioãnes nos docet hoc mõ dicẽs.
Amẽ amẽ dico uobis q nõ ĩtrat p ianuã ĩ cohortẽ ouiũ:
ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro. Sicut ergo q per ia
nuã intrat in cohortẽ oium paſtor eſt ouiũ:cui oſtiarius
aperit:q aũt nõ ĩtrat per ianuã:ſed aſcẽdit aliunde:fur eſt:
& latro:ſic dñs domus fiducialiter p ianuã qñ uult ingre/
ditur in eã remunerãs uigilãtẽ. Fur aũt quaſi fur:nõ p na/
turalẽ ĩtroitũ intrat in domũ ad aĩam negligẽtis:ſed quaſi
q iam foderit eã:primũ deſtruẽs quædã naturalia ædificia
aiæ eius:& naturales ĩtellectus in eo q non uigilauit:quos
ædificauerat deus uerbum. Et per ipſã diruptionem igreſ
ſus fur diripit eam examinãs ſẽſum:qñ & ſepeliẽs nõ uigi/
lãtẽ patrẽfamilias:ſpolia eius diſtribuet. Aliquotiẽs aũt in/
uenit quis furem in ipſa perfoſſione:& cõpræhẽdẽs eũ
quaſi arma ſua habẽs percutit furẽ:& pcuſſorẽ ſmonem
immutãs eũ interficit eũ: qñ & interficiẽs homicida non
æſtimatur:abſq; omni dilatione interficiens eum. Si autẽ
nõ apud ſe:ſed apud eum qui oculta omnia manifeſta fa
cit:cõpræhenderit qs eũ qui furatus fuerat bona eius:& in
tellexerit eum:& redarguerit eum:id eſt iterfecerit eũ:nullã
ueniam habet mortuo atq; manifeſto furi:& ipſe eni mo
rietur. Et uide ne forte tale aliqd ſignificet lex moyſi dicẽs.
Si aũt in ipſa pfoſſione inuẽtus fuerit fur:& pcuſſus mor
tuus fuerit:non eſt ei homicidium. Quod ſi ort⁹ fuerit ſol
ſuper eũ:reus eſt:morietur pro eo. Qui enim priuſq̃ faciat
malũ cognoſcit malum & confringit in ſeipſo: ipſe eſt q
compræhendit:& iterficit in eo dum perfoderetur ab eo.
Qui autem poſtq̃ fecerit malũ q̃uis redarguerit eũ extra ſe
malum cõpræhendiſſe & extra domum ſuam interfeciſſe
uidetur:nihil ei prodeſt:reus enim factus eſt mortis. Nam
omnem hominem poſtq̃ peccauerit reuerſum in ſe: ſen/
ſus diuinus qui eſt in nobis illuminat quaſi lux ut intelli/
gamus quod geſſimus malum ad præiudicium noſtrum
non ad ſalutem:tamen in textu hoc euangelii in quo lo/
quimur:non in die fur uenit quando illuminata eſt a ſo/
le iuſtitiæ anima hominis ſtudioſi:ſed in nocte:& in tem/
pore adhuc malitiæ permanentis. In qua cum fuerit ali/
quis poſſibile eſt:& ſi non habuerit uirtutem ſolis:tamen
ut illuſtretur aliquo ſplendore modico uerbi quod eſt lu/
cerna: adhuc quidem manens in malis: iam tamen ha/
bens propoſitum meliorum: & uigilantiam:ut ne per/
fodiatur propoſitum eius ad meliora reſpiciens. Nam
ſicut legimus apud paſtorem uaſa plena non cito quis
guſtat: nec enim mutantur facile. Semiplena autem quia
facile creduntur mutari frequenter guſtantur. Et uide ſi
potes ad talem trahẽre intellectum illud quod alibi ſcri/
bitur. Sint autem lumbi ueſtri ſuccincti: & lucernæ ar/
dentes: & uos ſimiles hominibus expectantibus domi/
num ſuum quando reuertat̃. Quoniam qui nondum eſt

in lumine:& in die uirtutũ:præbet autē ſe iam doctrinæ illumināti animam ſuam ſm qđ poſſibile eſt i primis:ſuccinctus eſt & auertens ſeipſum ab effuſiōe malitiæ utitur nondũ qdē quaſi diei lumine claro uirtutis: ſed lucerna qua poſſibile eſt illuminari etiam q in malitia eſt. Hic ergo cuius ſic lucerna accēſa eſt:expectās eſt dñm ſuũ deũ uerbũ ut reuertēs ueniat ad eũ qui interim habuit in ſeipſo lucernā & illuminauit totā mētē ipſius:uidelicet quaſi ſol. Et unuſqſq; ſm ſuũ profectum icēdit lucernā:aut minus: aut amplius a lumine ſciētiæ:& oleũ p meditationē iſundit. Et in ipſa uigiliās aduerſus peccatricia opera: ſperās p abſtinentiam hmōi:& meditationem dñm ſuſcipe in ſeipſum. Ei tamen q abundātius pficit:& poſteriora quidē obliuiſcit̃ ideſt malitiam:modicum autē eius adhuc habet in ſeriam ad uirtutē ppinquat:cōuenienter dicit̃. Nox promouit:dies autem appropinquauit. Signandum eſt autem:quoniā dixit:dies autē inſtat. Inſtat enim perfectis & nullum habētibus in ſe ueſtigium noctis:appropiquat autē:proficiēt ad melius:& quæ diei ſunt meditanti & ſicut in die honeſtatem ſuſcipienti. Et prope eſt iam iſte q talis eſt ut dicat:nō ſumus noctis:neq; tenebrarũ. Quoniā autem ſemel uenimus in hunc locũ debemus & de cuſtodiis diuerſis reddere rationem. Alius quidem reprehenditur uigilans ſtatim in ueſpere ipſo:& continuat uigilias uſq; ad mediam noctem:adhuc autē uſq; ad gallicātum: & adhuc uſq; ad mane. Qui enim mox ut cœperit malitiam ideſt mox ut cœperit infans plenum proferre ſermonem:ex eo enim incipit eſſe in malitia:quod eſt in nocte:ſi ſtati tradiderit ſe ut fiat & auditor legis:& factor ſi qdem permanſerit uſq; ad finem in ipſo pposito uigilauit a ueſpere: & continuauit uſq; ad mediā noctem. Et nō dedit ſomnum oculis ſuis:neq; uſq; ad gallicantum: neq; uſq; ad mane:inter beatos ſeruos huiuſmodi uir cōputat̃. Qui autem inuētus fuerit poſt tēpus ſermonis impleti partem aliquam noctis tranſigere in comeſſationibus:& ebrietatibus:& cubilibus:& impudicitiis:cœperit autē poſtea uigilare:& iſte ſpem bonam habebit ſi permanſerit uſq; ad mane:incipiens a media nocte uigilare ideſt a uirilitate. Si autē pfectus in tēpore ætatis corporis ſui:audiens diuinā doctrinam ſuſceperit inde lucernam quaſi uolens uiuere ſm dei præceptum:& iſte habens lucernam a gallicātu:& uigilans:& permanens uſq; ad mane:non perdit bonæ ſeruitutis mercedem in tempore modico. Si poſſibile autē eſt & ſtatim circa ipſam conſummationem noctis (ideſt poſtq̃ pene totum tēpus uitæ ſuæ cōſumpſerit malitia) ut credēs accendat ſibi lucernam:& uigilet:uel reſiduo tempore:& ſi uenerit dñs domus cum gratia ſua quibuſdam quidem a ueſpere commorabitur uſq; ad mane:aliis autē a media nocte:illuminans eos in reliquum:aliis uero a gallicātu minus conuerſans cum eis:ſed neq; mane accēdentes lucernam:& uigilantes propter expectationem dñi derelinquet. Sed etiam iſtos inueniens minime dormientes neq; cubilibus & impudicitiis attendentes:honorabit eos honore quo dignos eos eſſe cognouerit. Et fur ergo cuſtodia quadam:& hora noctis aduentat: & perfodit domum eius quem non inuenerit uigilantem: neq; habentem lucernam accenſam. Et quibuſdam quidem ſuperuenit ueſpere:aliis autem media nocte:quibuſdam autem & gallicātu:ſunt autem & quibus mane. Et dñs cuſtodia q̃dam & hora noctis uenit:& forſitan dñs illi uenit cui fur ueniens nihil facere potuit:uidelicet nō pmiſſus pfodere domum uigilantis:& lucernam accenſam habentis. Ad eum autem qui domum habet perfoſſam non uenit dñs: maxime ſi didicerit aliquis quod dictum eſt: ſint lũbi ueſtri præcinti & lucernæ ardētes & uos ſimiles hoībus expectantibus dñm ſuum:cōtemnens ea quæ dicta ſunt dederit ſomnum oculis ſuis:& palpebris ſuis dormitationē. Ad manifeſtandum autem ſenſum loci iſtius qui nobis incurrit tali utamur exēplo. In tempore temptationum:uel qualiumcumq; calamitatum maxime fur ſolet uenire:uolens perfodere animæ domum. Sed uenięte fure qui accidētia ſuſtinet:& ppter dei dilectionem oīa ſuffert nihil paſſus ab eo cōfeſtim ad ſe uenientem uidebit dñm. Qui aũt a fure in tēpore calamitatis ſuæ perfoſſus fuerit domum: quaſi indignus aduentu ad ſe dñi ſui:nō erit dignus aſpicere eum. Quis enim fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit dominus eius ſuper domum ſuam ut det cibos in tempore? Quod ad apoſtolos cæteroſq; epiſcopos & doctores parabola iſta pertineat manifeſtum eſt. Maxīe ex eo quod apud Lucam Petrus interrogat dicēs. Ad nos parabolam iſtam dicis:an ad omnes? Sed tamen cũ ſint multi diſpēſatores:difficile eſt inuenire & fidelem:& prudentē. Propter quod ait apoſtolus. Ita nos extimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum dei:hic iam quærit̃ iter diſpenſatores ut fidelis qs inueniatur. Peccat autem in deum quicumq; epiſcopus q non quaſi conſeruis ſeruus miniſtrat:ſed quaſi dñs. Frequenter autem & q̃ſi amarus dñs dominans per uim:ſimilis conſtitutus ægyptiis qui affligebāt uitam filiorum iſrael cum ui. Ergo memores eſſe debent uerborum Chriſti dicentis. Vos uocatis me magiſtrum/& dominum:& bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros:& uos debetis alterutrum lauare pedes. Exemplum enim dedi nobis:ut ſicut ego feci:ſic faciatis. Et illud. Princeps gentium dominantur eorum:& maiores eorum poteſtatem exercent in eis. Inter uos autem non ſic erit:ſed qui uult iter uos eſſe primus: erit nouiſſimus:ſicut filius hominis non uenit miniſtrari ſed miniſtrare:& dare animam ſuam redemptionem pro multis. Audire autem oportet & Paulum dicētem. Cum poſſimus oneri eē ut Chriſti apoſtoli:facti ſumus paruuli in medio ueſtrum quemadmodum ſi nutrix foueat natos ſuos:ſic deſiderantes cupimus participari uobiſcum:non ſolum euangelium:ſed etiā animas noſtras. Et non oportet percutere conſeruos:ſed corripere inquietos:conſolari puſillanimes:ſuſtinere infirmos & patientes eſſe ad oēs. Quoniam ſeruum dei non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes cum modeſtia docētem eos qui reſiſtunt. Quaſi recedētes autem ipſe a mala inductione conſeruorum Paulus culpat eos qui non erant tales qui ſuperbis quidem erant ſubiecti:contemnebant autem manſuetos:hoc modo dicens. Suſtinetis ſi quis uos in ſeruitutem redigit:ſiquis deuorat:ſiquis accipit:ſiquis extollitur: ſiqs in faciem uos cedit: quaſi nos infirmi fuerimus. Cōſidera autē in iſtis quomodo eos qui in ſeruitutem redigũt:& in faciem cedunt propter quod amarius principētur: repræhenderit ipſe dicens ſe abſtinere ab eis. Non qa infirmus erat:ꝗ minus faceret ea:ſed ut faciat ipſa quæ docet. Docet autem cum modeſtia docere eos q reſiſtunt.

Propterea

Propter quod & definiẽs quales debeant eſſe epiſcopi: ſic dicit. Nõ litigioſi: nõ percuſſores: ſed manſueti: ornati: & quæcũq; iter fideles & ſapientes ſeruos inueniunť: & diſpenſatores quos cõſtituit dñs ſuper familiam ſuam ſicut dicit Lucas. Ex his aũt cognoſcere eſt qm̃ non ſolum qui fideles ſunt & ſapientes: illos cõſtituit dñs ſuper domum ſuam: ſed etiam malos ſeruos dicentes in cordibus ſuis: ſemꝑ moram facit dñs meus uenire: ꝑpterea percutiũt cõſeruos: mãducant et bibunt cum ebriis uel ebrioſis: & inebriantur. Si qñ ergo arbitrantur ſe eſſe in magno faſtigio qui præſunt eccleſiis chriſti: propterea ꝙ cõſtituit eos dñs ſuper familiam ſuam: cõgnoſcãt qm̃ nõ hoc eos ſaluat ꝙ cõſtituti ſunt a dño ſuper familiam eius: ſed illud ut dent in tempore cibos: & ut abſtineant ſe a percuſſionibus: & a cõmeſſationibus et potationibus cum ebrioſis. Si autem nõ ſe abſtinuerint ab huiuſmodi: & magnum ſapuerint: ꝑpterea ꝙ cõſtituit eos dñs ſuꝑ familiam ſuam: ſciãt: qm̃ ueniet dominus eoꝝ in die qua nõ putant: & hora qua neſciunt: & diuidet eos: & partem eoꝝ cum hypocritis: & infidelibus ponet. Et cum fuerint inter hypocritas & infideles poſiti nihil eis proderit ꝙ conſtituti a dño ſunt ſuꝑ familiam eius. Vt autem timeamus illud quod ait: diuidet eum: cõuenit recordari ea quæ a Daniele ſunt dicta cõtra præſbyteros malos. Quoniam Angelus dñi habens gladium ſcindet te medium. Scindens aũt diuidet. Auſi ſumus uti in hoc loco Danielis exemplo: nõ ignorãtes qm̃ in hebræo poſitum nõ eſt: ſed qm̃ in eccleſiis tenetur. Alterius aũt tẽporis eſt requirere de huiuſmodi. Attende aũt etiam illud quod ait. Fidelis ſeruus & prudens beniuolenter audiens uerbum: et acquieſcens uolũtati Chriſti ea dicentis: & cõſcribentis Matthæi. Diligenter ergo eſt audiẽdum de fideli ſeruo: atq; prudenti q: in fide ꝑficit. Aut ſi nõdum in ea ꝑfectus eſt qui cõmuniter & ipſe fidelis uocatur: & qui naturalem habet mentis uelocitatem: & diciť prudens: Et uillicus ergo iniquitatis prudenter facit: nõ quidem faciens ſm̃ prudẽtiam ex uirtutibus: ſed quia uelox erat igenio. Et filii ſæculi huius prudẽtiores ſunt q̃ filii lucis in generatione ſua. Non quia ſm̃ prudẽtiam unam ex uirtutibus ſunt prudentes: aut quia filii lucis ſm̃ aliud aliquid ſunt eis minores in ſapiẽtia: aut in acumine naturali mentis ſunt inferiores. Scit enim & prudentiam unam eſſe ex uirtutibus ſermo diuinus: ſicut in ꝓuerbiis docet dicens. Dic ſapientiam ſororem tuam eſſe: notam autem fac tibi prudentiam: ut cuſtodiat te a muliere aliena. Nunc autem cõmuniter audire debemus: quod ait: quis eſt ſeruus fidelis & prudens. Quaſi quidam quidem ſm̃ cõmuniter intellectam fidem ſunt fideles: non aũt ſunt prudẽtes: neq; ueloces ingenio. Et iteꝝ alii qdem ſũt ueloces: & ſm̃ quod hic ſignificatur prudentes: non autem omnino & fideles. Si quis aũt cõſiderat multitudinem uolẽtium eſſe ſe chriſtianos: inueniet quidem fideles multos et ſtudium fidei exercentes nõ autem & prudentes ut ſunt filii huius ſæculi prudentiores eis in generatione ſua. Scientes qm̃ quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus ut cõfundat ſapientes. Et uidebit iterum alios qui credidiſſe putãtur: ueloces quidem eſſe: & ſapientes: modicæ autem fidei. Et ſi non infideles tamen minus fideles: qm̃ ſtulta mũdi quæ deus elegit contẽnunt. Conuenire autem in unum fidelem atq; prudẽtem ut ſm̃ utrunq; det cõſeruis ſuis cibum in tempore: ualde rariſſimum eſt. Vt enim in tẽpore det cibum: neceſſariam habet quis prudẽtiam. Vt autem nõ adimat cibos in tẽpore indigentium: opus eſt fide. Nõ autem eſt iportunum monere propter peccata quæ in hoibus qui uidentur credere Chriſto: et in diſpẽſatoribus eccleſiarum plerũq; fieri ſolent. Quoniã & ſm̃ ſimplicem intellectum multi opus habemus ut fideles ſimus pariter & prudentes ad diſpẽſandos eccleſiæ reditus: fideles qdem ut non deuoremus quæ ſunt uiduaꝝ: & ut memores ſimus pauperum: & occaſionem accipiẽtes ex eo ꝙ ſcriptum eſt dñs conſtituit his qui euangelium prædicãt de euãgelio uiuere: amplius quæramus: cibo ſimplici: & neceſſariis ueſtimẽtis: ut ne amplius teneamus nobis q̃ demus eſuriẽtibus fratribus: & ſitiẽtibus atq; nudis: & eis qui neceſſitatẽ patiuntur in ſæcularibus curis. Prudentes aũt ut unicuiq; ſm̃ dignitatem uniuſcuiuſq; ſubminiſtremus: recordãtes quod dictum eſt. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Nõ enim ſimpliciter de rebus eccleſiaſticis dare oportet: ut unum hoc obſeruemus: ut ne quæ pauperꝝ ſunt deuoremus. aut furtum faciamus de eis: ſed ut prudẽter itelligamus indigẽtium cauſas propter quas ſunt idigẽtes: & uniuſcuiuſq; dignitatem quomõ aduocatus eſt: quãtum neceſſarium habet: uel ꝑpter quã cauſam idiget. Nõ ergo ſimiliter eſt agendum in eis q ab infantia duriter ſunt educati & ſtricte: & in eis qui large & delitioſe nutriti ſunt: & poſtea ceciderunt. Nec eadem ſunt miniſtrãda uiris: & mulieribus: aut multum ſenibus: & iuuenibus: aut iuuenibus qdem & debilibus: ꝑpter quod nõ poſſunt ſibi acqrere eſcas: & eis qui uel ex parte poſſunt ſibi ſuccurrere. Regrẽdum eſt aũt & ſi multos habeant natos nõ negligentes: ſed oĩa faciẽtes: & non ſibi ſufficiẽter occurrentes. Et ne plura dicamus: multa ſapientia opus eſt qui uult bene diſpẽſare eccleſiaſticos redditus ut etiã in iſtis fidelis: & prudens diſpẽſator inuẽtus: beatus efficiatur. Forſitan aũt & ꝑpter multitudinem chriſtianoꝝ qui non ſatis circa reqſitionem uerbi habentuř: & tales ſunt ad principatũ ſublenati: magis neceſſarium habemus audire quis eſt fidelis ſeruus & prudens quẽ coſtituit dominus ſuꝑ familiam ſuam: ut det illis cibum in tẽpore ut non effundant rationabilem & ſpiritalem cibum conſeruis quibuſcunq; ſimpliciter: & quibus nõ oportet: uolẽtes ſe oſtendere eſſe prudentes: & magis neceſſarium habentibus uerbum qđ mores eorum ædificet: et uitam componat: q̃ quod producit ad ſapientiam: & illuminat ſcientiæ luce eos quoꝝ mens poteſt ſufferre huiuſmodi lucis ſplendorem. Aut ut ne eis qui poſſunt acutius audire: pigeat exponere altiora: ut ne exponentes uilia ab ingenioſioribus contẽnãtur qui naturaliter ſunt ingenioſi: aut per exercitationem forſitan ſæcularis ſapientiæ habentur acuti. Difficile eſt ergo utrunq; in uno: ut & prudens ſit & fidelis. Non autem & impoſſibile: nec enim beatificat eum qui nõ poteſt eſſe dicens. Beatus ſeruus ille quem dñs ueniẽs inuenerit faciẽtem ſic. Amen dico uobis ꝙ ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Beatus ille ſeruus quẽ ueniẽs dñs inuenerit faciẽtem ſic. Magna ꝓmiſſio fidelibus & prudẽtibus diſpenſatoribus ꝑdicať: & cum eis qb' ait. Eſto ꝑtãtẽ hñs ſuꝑ qnq; ciuitates: aut eſto ꝑtãtẽ hñs ſuꝑ decẽ ciuitates. Nam ſuper omnia bona ſua pr̃ſfamilias fieri: qd aliud manifeſtat niſi hæredes dei & cohæredes chriſti: & cõregnantes cum

Chriſto? Cui omnia ſua tradidit pater ſicut ipſe dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in coelo/ & in terra. Et quēadmodum boni patris filius ſuper oēm patris ſubſtantiam cōſtitutus participat huiuſmodi dignitatem / & gloriam fidelibus / & prudentibus diſpenſatoribus ſuis: ut ſint & ipſi ſuper omnem creaturam / & poteſtatem: ut ſint cum chriſto. Et uide interpretationem eius quod dicit. Amen dico uobis ꝙ ſuper omnia bona ſua cōſtituet eum. Intellige mihi quaſi in exēplum accipiēs aliquem regem omne regnum ſub ſe habentem. Cum quo ſunt gentes multæ: & ciuitates: & loca diuerſa. Itaq; diuidat ipſe ſatrapis: et cæteris principibus qui aliquid præclare geſſerunt plenitudinem regni ſui: & omnes quidem cōſtituet ſuper omne regnum ſuum. Nō autem ſingulos ſuper omnia: ſed unũquemq; eorum ſuper aliquā partem regni ſui: utputa hunc qdem ſuper decem ciuitates: alium ſuper quinq;. Et ſic oēs erunt ſuper omnia bona: ipſe autem ſolus teneat omnia quaſi ſolus omnium rex. Et tale eſt qd' dicit. Sup omnia bona ſua conſtituet eum. Sicut autem audiuimus de beatitudine danda ſeruis fidelibus: & prudentibus: ſic audiamus et de tormētis malorum ſeruorum. Dicit enim malus ſeruus in corde ſuo: præſentem uoluptatem præponens bonis futuris: et cōtēnens dominum ſuum: dicit. Moram facit dominus meus uenire. Mētiens autem hoc dicit uolens manducare & bibere cum ebrioſis: & ſemper ſomniat: quia poſt multum temporis uenturus eſt dominus eius. Et quaſi domino moras faciente percutit cōſeruos ſufferentes: & in ſeruitutem redigit eos: & in faciem eos cædit: Et percutiens manducat / & bibit cum ebrioſis: occaſione obſequii eccleſiaſtici et non eſurientes ſuſcipit: ſed epulatur cum ebrioſis & multis huiuſmodi qbus eccleſiaſtica cura cōmiſſa eſt: quibus ueniet dominus faciens conſumationem eorum in die qua neſciunt: & hora qua non putant: & diuidet eos qui non timuerũt eum. Qui potens eſt animam: & corpus perdere in gehennam. Diuidit autem eum quando ſpiritus quidem eius reuertitur ad deum qui dedit eum. Anima autem cum corpore ſuo: uadit in gehennam. Iuſtus autem non diuiditur: ſed anima eius uadit cum ſpiritu ad regna coeleſtia. Propter quod ſcriptum eſt. Benedicite ſpiritus et animæ iuſtorum domino. Eorum autem qui diuiduntur & deponunt ſpiritum reuertētem ad eum qui dederat eum: & nō habent poſtmodum in ſe partem aliquam quæ erat ex deo: relinquitur eis pars eorum quæ erat ipſoꝝ: id eſt anima quæ cum corpore ſuo punietur a domino ueniente cum infidelibus: & hypocritis in tormētis. Vnde ergo differētiam ſeruorum quos dn̄s cōſtituit ſuper domũ ſuam: qm̄ quidam qdem quaſi fideles: & prudentes diſpenſatores qui dederunt conſeruis cibum in tempore: ſuper omnia bona patriſfamilias cōſtituũtur: qui autem contraria eis egerũt: extra ꝙ ceciderũt de gloria tanta adhuc diuidētur: & pars eoꝝ cum hypocritis & infidelibus ponetur. Ibi erit fletus eis qui male in hoc mũdo ridētes fuerũt: dicēte ſcriptura. Væh qui nunc ridetis: qm̄ flebitis & plangetis. Cōſequēter aũt propter regem & reſolutionem qua requieuerũt & reſoluti ſunt rationabiliter erit eis dentium ſtridor. Quod hoc forſitan ſignificat: qm̄ qui puniũtur cogitātes fore finem doloris: & ꝓpter hoc uolētes uiriliter eos ſufferre: cōpulſi tormentis iſufferibilibus: dentibus ſtridunt. Illis uidelicet dentibus quibus manducauerunt acerbitatem malitiæ & propterea patiuntur dentium dignum ſtridorem.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hāc. Simile eſt regnum coelorũ decem uirginibus quæ acipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo/ & ſpōſæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ & quinq; prudentes. Et reliqua.

¶ Homelia Origenis ꝑſbyteri de eadē lectiōe. XXXII.

IN omnibus qui didicerunt uerbum dei regnum coelorum aſſimilat̃ uirginibus decē. Et ſi quidem in eis ſunt qui recte et credunt/ & uiuunt: & ideo iuſte aſſimilat̃ quinq; prudētibus: qui autem profitētur qdem fidem in Ieſu non aũt præparant ſe bonis operibus ad ſalutem: reliquis quinq; aſſimilatur uirginibus fatuis: nō irrationabiliter dicimus ſenſus omnium q didicerũt diuina quomodocũq; uerbum domini receperunt: ſiue occaſione ſiue ueritate: ꝙ uirgines ſunt uirginificatæ per uerbum dei cui crediderunt: aut credere uolunt. Tale eſt enim uerbum dei: ut de ſua munditia accōmodet omnibus qui ꝑ ſuam doctrinam receſſerunt qdem ab idoloꝝ cultura: uel cultura elementoꝝ creationis dei: acceſſerunt autem per Ieſum Chriſtum ad dei culturam: q̃uis nō fuerunt ſubſecuta opera pietatis: neq; ad beatitudinem præparauerit ſemetipſos. Sicut aũt ſm̄ uerbum ueritatis ſequũtur ſeipſas alterutrũ uirtutes quæ ſunt ſubſtātia chriſtus: ita ut qui unam habuerit oēs habeat. & qui unam minus habuerit: nec unā habeat. Chriſtus enim a ſeipſo inreceſſibilis eſt: ſic & ſenſus omnes alterutrum ſe ſubſequũtur. Et ubicunq; minus fuerit unus de ſenſibus: ſm̄ rectam uerbi doctrinā: ibi omnino & omnes ſenſus quaſi fraudati a uerbo ſapientiæ infatuantur. Senſus autem dico: & eos qui & cōmuniter intelliguntur uiſio/ auditio/ odoratio/ guſtatio / palpatio: & eos qui in prouerbiis appellātur diuini: hoc modo dicentibus ſenſum diuinum inuenies. Iterum autem qm̄ uerbum dei cauſa eſt: ut rectus fiat ſenſuum uſus: & non eſt poſſibile eum cum ſit in ſenſibus: ut in quibuſdam quidem ſenſibus operetur: & diligenter tribuat quæ prudentiæ ſuæ ſunt: in aliis autem negligat. Ideo ſi unum de ſenſibus fecerit ſapientem: ut uirgo cōſtituatur: neceſſe eſt: ut & in aliis ſenſibus ſapiētiam ſuam effundat. Propterea nō eſt uidere de quinq; ſenſibus in aliquo: quoſdam quidem fatuos: quoſdam aũt prudētes. Sed neceſſe eſt: ut aut omnes quinq; ſint prudētes/ aut omnes fatui. Omnes iſti ſenſus lampades ſuas accipiunt: id eſt organa ſua naturalia: ſiue ſm̄ uerbum dei uti uolentes: ſiue & contra uolũtatem dei: tamen accipiũt eas qm̄ recipiũt ſponſum eſſe eccleſiæ uerbum dei: et filium dei. Et egrediuntur de mũdo: & de erroribus deoꝝ multorum: & ueniunt in obuiam Saluatori qui ſemper paratus eſt uenire ad uirgines eas: ut ſimul ingrediant̃ cum dignis eorum ad beatam ſponſam eccleſiam. Sed quādiu qdem poſt uerbum receptũ lucet lumen fidelium coram hoībus: ut uidētes opera eoꝝ bona glorificēt pr̄em eoꝝ q in coelis eſt hæc et prudētes ſũt: & accipiētes oleũ nutrimētũ luminis ſũt qd ſemꝑ iſundũt actibus bonis: id eſt uerbũ doctrinæ: & uaſa animaꝝ ſuaꝝ ab hoc uerbo iplētes a doctoribus/ & traditoribus q illud uenũdāt: qd' ſatis ſit eis: ēt tardante exitu & remorāte uer-

bo ueniēte

bo ueniente ad conſumationem eorum : ut conſumatæ & extra mũdum factæ feſtinent illuc. Quãtis aũt non fuit cura poſt inchoationem chriſtianitatis tantã acciperet uerbi doctrinam quanta ſufficeret eis durare uſq; ad finem: negligẽtes circa ſuſceptionem doctrinæ quæ cõſortat fidem: & bonorũ actuum lumẽ illuminat. Quid aũt ſic cõſortat ſicut moralis ſermo: quod oleum luminis appellatur? Hæc fatuæ ſunt: & acceperũt lampades ĩprimis qdem accenſas: ſed ad tantum iter obuiam exeũdi ſpõſo oleum nõ acceperunt. Moram aũt ſponſo faciente dormitauerũt oẽs uirgines: & dormiebãt: ita ſponſo tardãte: & non cito ueniẽte uerbo ad cõſumationẽ uitæ eorũ: hic patiũť aliqd quaſi ſenſus: & quaſi in nocte mũdi agẽtes: et dormitãtes. Dormierunt qdẽ: utputa remiſſius egerũt a ſenſu uitali: nõ tñ & lampades ꝑdiderunt : neq; deſperauerũt de cõſeruatione olei illæ prudentes. Media aũt nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus uenit: exurgite obuiam ei. Tũc ſurrexerũt uirgines illæ omnes : & cõpoſuerunt lampades ſuas. Fatuæ aũt prudẽtibus dixerunt. Date nobis de oleo ueſtro: quia lampades noſtræ extiguunť. Reſpõderũt aũt prudẽtes: dicentes. Ne forte nõ ſufficiat nobis & uobis. Ite potius ad uendẽtes: & emite uobis. Abeũtibus aũt illis emere: uenit ſponſus. Et quæ paratæ erant intrauerũt cum eo ad nuptias: & clauſa eſt ianua. Nouiſſime aũt uenerunt: & reliquæ uirgines dicentes. Dñe/dñe aperi nobis. At ille reſpondens ait. Amen dico uobis: neſcio uos. Media autem nocte: id eſt in altitudine remiſſionis : & in medio tẽpore iam tranſacti luminis ueſpertini : & adhuc ſperati diurni factus eſt clamor oẽs ſuſcitare uolẽtium ſicut æſtimo angelorum: qui oẽs ſunt miniſtratorii ſpiritus qui mittũtur ad myſterium propter poſſeſſuros ſalutem qui & ſolliciti fuerunt eos qui ſunt ſenſibibiles excitare in obuiam ſpõſo. Et dicũt intus clamãtes in ſenſibus omnium dormiẽtium. Ecce ſponſus uenit: ſurgite in obuiã ei. Et ſuggeſtionem qdem oportere in obuiam ire ſpõſo uerbo : & eccleſiæ immaculatæ oẽs qdem audierunt/& ſurrexerũt : nõ aũt omnes decẽtem impoſuerunt lampadibus ſuis ornatum: ſed quæ audierunt prudẽtiam eas ornãtem. Ita nõ in tempore opportuno: fatuæ dixerunt prudẽtibus : date nobis de oleo ueſtro: quaſi quæ nõ ſibi cõgregauerãt ante prudẽtiam. Vt intelligãt qm̃ non oium habentium oleum: eſt etiam dare ex eo uolẽtibus aliis : ſed eorum tñmodo qui ad hoc ipſum poſiti ſunt: ut uenundẽt: & tribuant: et accipiant precium olei uenũdati : cuius precium eſt ꝑſeuerantia/& inſtantia: & amor diſcendi: & diligentia: et labor cupiẽtium diſcere. Date nobis de oleo ueſtro: qm̃ lampades noſtræ extiguũtur. Nam & ſi fatuæ erant: tñ hoc intelligebant : qm̃ cum lumine debebãt obuiam ire ſpõſo: omnes lampades ſenſuum illuminatas habentes. Videbant aũt & illud qm̃ ex eo quod minus habebant oleum rationabile iam propinquãtibus tenebris: lãpades earum fuerãt obſcurandæ. Sed ſapientes trãſmittunt fatuas ad olei uenditores uidentes qm̃ non tñ oleum : id eſt uerbum doctrinæ cõgregauerãt: ut ſufficeret & ipſis ad uitam: & illas docerẽt ornare lampades ſuas. Et ſi conſideraueris aliquem aliquãdo: ꝙ cõgregauit qdem doctrinam uerbi quod ſibi ſufficiat ad bene uiuendum: nõ tñ ut etiam doctor fieri poſſit: uidebis hunc talem reſpõdentem uolẽtibus ab eo diſcere quæ ſunt dei: & dicẽtem. Ne forte nõ ſufficiat nobis & uobis. Sufficienter enim mihi ad bene uiuẽdum habeo doctrinam: nõ tamen ut & uobis poſſit accõmodare doctrinam. Et reſpondebunt uolẽtibus a ſe diſcere. Ite magis ad uenditores: & emite uobis. Id eſt ad doctores: & ab eis accipite. Et fatuæ nõ quãdo oportebat euntes : ad doctrinam ſibi emendam perdunt tẽpus introeũdi cum ſpõſo ad nuptias. Et eſt uidere eos qui talia patiuntur. Qui qm̃ debuerunt quidem diſcere neglexerũt diſcere aliquid utile ex eis a quibus diſcere debuerunt. In ipſo autẽ exitu uitæ ſuæ dum diſponunt diſcere: cõpræhẽduntur a morte: & propterea nõ ingrediuntur cum uerbo ad ſponſam eccleſiam: nec cum Chriſto ad eos qui ſimul in requie ſunt futuri: & in beatitudine regnaturi. Cluditur aũt poſtea oſtiũ adhuc fatuis uirginibus oleum accepturis: quæ et ſine cauſa poſtea uenient dicẽtes. Domine : dñe aperi nobis. Itaq; reſpondens ſponſus dicit. Neſcio uos. Itaq; qm̃ parabola omnibus audiẽtibus dicebatur : ſubiũgit ad diſcipulos ſuos: dicẽs. Vigilate ergo: quia neſcitis diem & horam. Ornantes autem lampades ſenſuum euangelicis uſibus: atq; rectis: ut ſit quidem oculorum ornamentum rectus uſus uidendi: ut oculi uideant quidem admirãdum factorem: claudantur aũt ut ne uideant iniquitatem. Auditus aũt eſt ornamẽtum qñ quis auditionem quidem nõ ſuſcipit uanam: ſed obturat aures ſuas: ut non audiant iudicium ſanguinis. Audit aũt Ieſum dicẽtem ad ſe adaperire : ut tñ ad uerbi ſalutaria & neceſſaria præbeãtur. Sic & de ornamẽto guſtus quis dicere poteſt : & de odorationis & palpationis ſm ea quæ dicta ſunt. Quoniam qui male utuntur ſenſibus ſuis: eorum nullum eſt ornamẽtum/aut in oculis: aut in auribus: aut in reliquis ſenſibus. Obſeruandum eſt aũt/qm̃ ſcriptum eſt quidem : fatuas trãſmiſſas ad oleũ cõparandum: non tñ referuntur emiſſe aut accepiſſe : ſed hoc in ſilẽtio prætermiſſo: poſtea dictum. Quoniam poſt hoc ueniunt & reliquæ uirgines dicentes: Domine: domine aperi nobis. Cum potuiſſet dicere poſtea uenerũt accepto oleo: uel comparato cõuenienter ſiluit : ut ne habẽtibus oleum: uel in extremo ornãtibus lampadas ſuas diceret. Neſcio qui eſtis. Nec enim ſcribitur: quia ornãtes lampadas ſuas tenuerunt. Tñ finis uerbi eſt: ut in omni tẽpore præparemus nos ad exitum: ut nõ demus ſomnum oculis noſtris: neq; palpebris noſtris dormitatiõem: quia neſcimus diem & horam exitus noſtri.

℄ Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo qdam ꝑegre ꝓficiſcẽs uocauit ſeruos ſuos : & tradidit eis bona ſua. Et reliqua.

℄ Homelia Origenis ꝓſbiteri de eadẽ lectiõe. XXXIII.

ET primum quidem uideamus quare peregrinanti homini aſſimilatur dominus noſter qui unus eſt dominus noſter: de quo ait Apoſtolus. Nobis autem unus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia: et nos per ipſum: ſi tamen ab eo tantũmodo dominemur: & neq; mãmona dñm habeam⁹ : neq; aliquẽ dñorũ eorũ quos multos eẽ ſignificãs ipſe Apoſtolus dicit. Sicut enim ſunt dii multi: & dñi multi. Ergo primũ q̃ramus de peregrinatione ipſius: maxie qa peregrinationi eius uideť eẽ cõtrarium qđ ipſe de ſe diſcipulis ſuis ꝓmittit: dicens. Vbi fuerint duo uel tres cõgregati in nomine meo : ibi ſum in medio eorũ

Item illud. Ecce ego uobiſcum ſum oibus diebus uſq; ad
cõſumationem ſæculi. Et quod Baptiſta dicit de eo ubiq;
eum eſſe demonſtrans ita. In medio aũt ueſtrum ſtat quẽ
uos neſcitis: ipſe eſt qui poſt me uenit. Propterea dicet ali/
quis in medio etiam neſciẽtium ſe ſtat: ſi ubicũq; duo uel
tres congregati fuerint in nomine eius inter eos habetur:
ſi per omnes dies uitæ diſcipulorũ cum eis eſt uſq; ad cõ/
ſumationem ſæculi: quomodo in iſta parabola ꝓponitur
peregrinans. Tractãtes aũt aſſumere debemus: & illud qd'
Paulus ait de ſe: ego aũt abſens corpore: præſens autem
ſpiritu iam iudicaui: ut præſens: congregatis uobis et meo
ſpiritu cum uirtute dñi Ieſu: eum qui talis eſt tradere ſatha
næ in interitum carnis: ut ſpiritus eius ſaluus ſit in die
domini noſtri Ieſu chriſti. Si enim uirtus Ieſu cõgregatur
cum his qui cõgregãtur in nomine eius: non pegrinatur
a ſuis: ſed ſemp præſto eſt eis. Quod ſi ſemper oibus ſuis
eſt præſens quomodo introducũt eum parabolæ eius pe
regrinãtẽ. Vide ſi poſſumus ſoluere hoc modo quod q̃/
ritur. Qui enim dicit diſcipulis ſuis: ecce ego uobiſcũ ſum
uſq; ad cõſumationem ſæculi: et item ubi fuerint duo uel
tres congregati in nomine meo: & ego ſum in medio eo/
rum: & cætera: & qui in medio etiam neſciẽtium ſe conſi
ſtit unigenitus dei eſt deus uerbum/& ſapientia: et iuſtitia:
& ueritas qui nõ eſt corporeo ambitu circũcluſus. Secun/
dum hanc diuinitatis ſuæ naturam non peregrinatur: ſed
peregrinatur ſm diſpẽſationem corporis quod ſuſcepit.
Secũdum quod & turbatus eſt: & triſtis factus eſt dicens.
Nũc anima mea turbatur. Et iterum. Triſtis ẽ aia mea uſq;
ad mortem. Hæc autem dicẽtes nõ ſoluimus ſuſcepti cor
poris hominem cum ſit ſcriptum apud Ioãnem. Omnis
ſpiritus qui ſoluit Ieſum nõ eſt ex deo. Sed unicuiq; ſub/
ſtantiæ ꝓprietatem ſeruamus. Si enim ois homo fidelis q
cõiungitur dño unus ſpritus eſt: quantomagis homo ille
quẽ ſm diſpẽſationem carnis Chiſtus ſuſcepit: nõ eſt ſol/
uendus ab eo: nec alter eſt dicẽdus ab eo? Et uide quomo
do ait. Sicut homo pegre futurus: qm̃ nõ erat homo: ſed
ſicut homo. Et quaſi homo peregrinabitur qui erat ubiq;
ſm diuinitatis naturam. Simul cõſidera: qm̃ nõ uidetur
redditio ſermonis ita cõſcripta. Sicut homo peregrinans
ſic & Ieſus: aut ita ſic & filius hominis qm̃ ipſe eſt qui in
parabola proponitur/pegrans quaſi homo. Nec enim eſt
homo: qui eſt ubicũq; duo uel tres in nomine eius fuerint
cõgregati. Neq; homo nobiſcũ eſt omnibus diebus uſq;
ad cõſumationem ſæculi. Nec cõgregatis ubiq; fidelibus
homo eſt præſens: ſed uirtus diuina quæ erat in Ieſu. Poſ
ſumus etiam talia dicere de hoc loco. Nihil cõtrarium eſt
eum ipſum Ieſum ſm quẽdam qdem intellectũ eẽ ubiq;:
ſm alium autem peregrinari. Si enim nos dum ſumus in
corpore pegrinamur a domino per fidem enim ambula/
mus: nõ per ſpeciem in omnibus qui ſunt in corpore &
peregrinantur a domino: pegrinatur ab eis: & dñs per fi/
dem ambulãtibus nõ p ſpeciem. Si aũt peregrinãtes a cor
pore cum domino fuerimus & ipſe tunc erit nobiſcum.
Et p eo q p fidem ambulauimus: ut et per ſpeciem poſtea
ambulemus. Speciem aũt dicimus uerbi: & ſapientiæ/&
ueritatis/& iuſtitiæ/& pacis/& oium quicqd eſt unigeni/
tus deus. Speciem autem uerbi: & ſpeciem ſapientiæ intel
ligẽs: cum intellexeris quod ait Apoſtolus. Filii mei quos
iterum parturio: donec formeť chriſtus in uobis. Forma/
tum enim chriſtum intelligẽs in aliquo: uidebis cõſequẽ
ter ſm formationem huiuſmodi etiã ſpeciem Chriſti. Iſte
ergo qui quaſi homo peregre eſt profectus: uocauit ſuos
ſuos: & tradidit eis probatam pecuniam ſuam: in eloquiis
caſtis. Quoniam eloquia eius/eloqa ſunt caſta: argentum
ignitum probabile: purgatum ſepties. Et uni dedit quinq;
talẽta: alii autem duo: alii uero unum. Vnicuiq; aũt ſm ꝓ/
priam uirtutem. & profectus eſt ſtatim. Abiit aũt qui qnq;
talenta acceperat/& operatus eſt in eis: & lucratus eſt alia
quinq; talẽta. Similiter qui duo accepit/lucratus eſt in eis
alia duo. Qui autem unum accepit abiens fodit in terram:
& abſcondit pecuniam dñi ſui. Ergo ſi qñ uideris eorum:
qui acceperunt a chriſto diſpenſationem eloquiorũ dei: ali
os qdem habere amplius/& diuinius/et abundãtius: alios
aũt minus: et ut ita dicam: neq; in dimidio itelligentes rerũ
negocia: cõparatione eorũ qui multo ſunt meliores: alios
autem adhuc minus habere uidebis differentias eorũ qui
eloquia dei ſuſceperunt a chriſto: qm̃ alia ſunt uirtus eorũ
quibus data ſunt quinq; talenta: alia quibus duo: alia qui/
bus unum: & alter alterius non capiebat mẽſuram. Et qui
accepit talentum unum: accepit qdem datum nõ cõtem/
ptibile. Multum eſt enim & unum talẽtum talis dñi. Ta/
men tres ſunt proprii ſerui eius qui peregre profectus eſt
quaſi homo/ſicut & tria genera ſunt eorũ qui fructum fa/
ciunt. Quorũ quidam qdem faciunt centum: qdam autẽ
ſexaginta: quidam uero triginta. Sed ibi etiam ille qui tri/
ginta fecit ſaluatur. Hic autem ſermo arguit eum qui unũ
acceperat talentum: & abſcondit in terram. Et quæro qui
qnq; acceperat talenta: ſi poſſunt intelligi perfectiores qui
diuiniorem & ſublimiorem accepenũt ſenſum ſcripturæ:
qui duo autem accepenũt: ſuper litteram qdem: Paulo aũt
ſuperius aſcẽderunt: & nõ ad magnitudinem illam aſcẽ/
dere potuerũt: tertii aũt qui nihil ſuper litteram quam ac/
ceperũt imprimis. Eſt ergo & de numeris omnino in his
quæ loqmur dignus ſermo tali noſtro dño ſaluatore. Di/
co autem de quinq;: & duobus: & uno. Nos aũt modici:
& talia minus explicare potentes æſtimamus ne forte qui
omnia quidem ſenſibilia ſcripturarũ poſſunt deducere ad
ſẽſus diuiniores quos Salomõ diuinos appellat: & quos
dicit Hieremias ſenſus cordis: & qui ad hebræos dicitur
a Paulo ſenſus exercitati ad diſcretionem boni quoq;: &
hi ſunt qui extra quinq; talẽta alia quinq; ſunt lucrati ope
rantes in eis: & p doctrinam exercitãtes ſeipſos: & ad ma/
iorẽ ſcientiam erigentes. Cõuerſati enim ſalutariter/& ſtu
dioſe docentes: operati ſunt & lucrati ſunt alia quinq;: qa
nemo facile additamẽtum accepit uirtutis alterius/niſi eiꝰ
quam habet. Vtputa ſapiens in ſapientia creſcit: fidelis in
fide. Aut ita alia acquiſiuit quinq;. Quoniam unuſquiſq;
quod ipſe ſcit hoc docet alterum: & quãta ipſe ſcit tanta al
terum docet: nõ amplius. Propterea quicqd habuerit qs
in ſe: hoc alterum docendo acquirit in altero: faciens eum
habere quod habet ipſe. Propterea quinq; habuit: & non
amplius acquiſiſſe dicitur: niſi quinq; quæ habuit. Et qui
duo: nõ amplius niſi duo: quæ habuit. Si aũt debemus
& de duobus talẽtis dicere: & de illis dicimus: qm̃ qui nõ
ꝑmanſerunt in littera: ſed querẽtes aſcendere ſenſu ſuo ſu/
per eam: nõ aũt potẽtes peruenire ſuper ordinem ꝑdicto/
rum duorũ: hi ſunt qui ab eorũ cognoſcebat uirtutem eo/
rum: acceperũt talenta duo/corporalem doctrinam edo/
cti. Duo

ſti.Duo enim uidetur carnalis numerus eſſe:& ſuper hæc
lucrati ſunt duo:id eſt corporalem editionē:& aliam pau
lo eis ſublimiorem.Erat aũt aliquis ſeruoꝝ minorem col/
ligens ſibi uirtutem:propter quã quaſi minus potēti unũ
talentum paterfamilias dedit quod accipiens ſeruus ha/
bens aliquam terram fodit:& in altitudines poſuit eius cũ
debuiſſet ſurſum & in menſas id mittere. Quoniam autē
proprii ſerui tres referũtur illius patriſfamilias eſſe: quæro
ſi poſſunt poſtq̃ crediderunt & ſerui facti ſunt eius quaſi
potentes negociari.Poſtea acceperunt a paterfamilias pe/
cuniam eius:ut quidam qdem et operatus ſit/& lucratus:
alius autem lucratus:alius uero præ timore nõ ſatis fide/
lis:domini ſui infodit & abſcondit pecuniam. Et apparet
in ipſa defenſione per quam loquit̃: qm̃ timuit quidem
dñm habens dei timorem ſicut alter zelum dei:nõ autem
ſm ſcientiam/timens abſcõdit talētum ſuum in terra.Ta/
les ſunt aũt qui neq; mouent:neq; diſcutiũt quæ dicunt̃:
neq; ſeipſos ad ꝑdificandas animas tradunt:ſed latere uo/
lunt quæ acceperũt:& crediti ſunt.Si qñ ergo uideris ali/
quem qui uirtutem qdem aliquam acquiſiuit:et habet di/
cendi/& animas quantũcunq; prodificantem:& hanc uir
tutem occultat / ut tm̃modo tradet uerbum nudũ quod
creditus eſt:& accepit:& depoſitum eius dño ſuo:et uiuit
in obſcuro multis ignotus:etiam magna peccata haben/
tibus & nõ ſe profert in bono quod a deo accepit q̃uis
habeat quãdam religionem cõuerſationis nõ uituperabi/
lem multis:nõ dubites dicere eum talē eſſe qui unũ talen/
tũ accepit/& abſcondit id in terra.Si aũt propter illud qđ
ſcriptum eſt eum talem mitti in tenebras exteriores diſpli/
cet tibi quod dicitur: ſi ꝑpterea quod nõ docuit qs iudi/
catur quaſi qui data ſibi uirtute ad prodificationem aiaꝝ
nõ eſt uſus:recordare apoſtolicum dictum quod ait.Væh
enim mihi eſt ſi nõ euãgelizauero.Non enim propter aliã
quancũq; cõuerſationem ſuam uituperabilem: ſed ꝑpter
hoc ſolum ſi nõ prædicauerit euangelium:uæh ſibi cõfi/
tetur futurum.Manifeſte enim apparet/qm̃ ille ſperauit au
dire:ſerue male/& piger:& cætera:niſi euangelizaſſet.q̃uis
alia uitæ eius recta fuiſſent.Hæc enim & his ſimilia debēt
in mente habere maxime qui mittunt manum ſuam id eſt
actum ad aratrum docēdi doctrinam chriſti:ut cognoſcē
tes qbus eſt uæh:nõ propter aliud niſi quia non docent
repoſitum:nõ cõuertantur retro poſtq̃ ſemel miſerint ma
num ſuam ad aratrum arantē animas hominum: ut poſt
hoc & ſemina ſuſcipiant uerbi.Iſte aũt q ſicut homo pere
gre ꝑfectus uocauit ſeruos ſuos:& tradidit eis bona ſua:
poſt multum temporis uenit. Poſtq̃ dimiſit aptos ad ne/
gociãdum animaꝝ ſalutem:& ideo forſitan nõ facile in/
uenitur quis ex eis qui apti fuerint ad huiuſmodi opus ut
cito trãſeat de hac uita ſicut eſt manifeſtũ ex eo ꝙ & apo/
ſtoli ſenuerunt ex quibus dicit ad Petrũ.Cum ſenueris ex/
tēdes manum tuam & cætera. De Paulo autē dictum eſt
ad philemonem.Nunc autem: ut Paulus ſenex cum eſſet
adoleſcētulus qñ Stephanus pro chriſti teſtimonio lapi/
dabatur:& ipſe ueſtimētum ſeruabat iterficientium eum.
Hoc aũt diximus ꝑpterea ꝙ dicit poſt multum temporis
uenit dñs ſeruoꝝ illorum.Et obſerua in hoc loco:qm̃ nõ
ad dñm uadunt:ut iudicentur & digna actibus ſuis reci/
piant:ſed dñs uenit ad eos cum fuerit impletum quod di
ctum eſt:qm̃ uenit tempus.Veniens autem ponet rationē
cum eis de omnibus quæcũq; egerunt:compēſans lucra
bonoꝝ operum:& diſpēdia peccatoꝝ:ut ponēs rationē:
& diligenter uniuerſa diſcutiens:unoquoq; ſicut oportet
utatur.Debemus ergo quaſi qui peccando dãnum feci/
mus / bona autem operantes lucremur / ſic omni cuſto/
dia corda noſtra ſeruare:ut cum uenerit dominus noſter
& poſuerit rationem nobiſcum nõ iueniat̃:nec pro ocio/
ſo ſermone dãnum feciſſe.Et accedens qui quinq; talenta
acceperat obtulit alia quinq; dicens.Dñe quinq; talēta mi
hi dediſti:ecce alia quinq; ſuꝑlucratus ſum. Ait ei dñs ei⁹.
Euge ſerue bone & fidelis:quia ſuper pauca fuiſti fidelis:
ſupra multa te cõſtituam intra in gaudium dñi tui. Acce/
dens autem et qui duo talenta acceperat/ait.Domine duo
talēta mihi dediſti:ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dñs
eius.Euge ſerue bone & fidelis:quia ſuper pauca fuiſti fi/
delis:ſupra multa te cõſtituam:intra in gaudium domini
tui.Ita acceſſit primus quaſi q habuit fiduciam eo ꝙ ope/
ratus fuerat & lucratus.Nam fiducia ipſa fecit eum aude/
re:ut ad dñm primus accederet:& audacter faceret ſermo/
nem dicens.Dñe quinq; talēta mihi dediſti:ecce alia qnq;
talenta lucratus ſum ſuper ea.Ad quem dñs dixit:uocem
oibus nobis optabilem cum poſuerit rationem etiam no/
biſcum dñs noſter dicens.Euge ſerue bone & fidelis:cõ/
trariam ei uoci quam dixit ad tertium:ſerue male:& piger.
Quis non optet exhortationem accipiēs ex iſta ſcriptura:
ut audiat a domino ſuo:fidelis.Quod ſimile eſſe æſtimo
ei quod dictum eſt de Habraam: qm̃ credidit Habraam
deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam:ſicut & ei qui audiuit
a dño ſuo:ſerue fidelis.Sine dubio fides eius ad iuſtitiam
reputata eſt ei:ut reputata eſt ad iuſtitiam fides ipſius qui
in modico fuit fidelis.Modica aũt ſunt oia uitæ iſtius:ut
omne reſurrectionis myſterium ei credatur & ãminiſtra/
tio ſupernoꝝ bonorum. Videamus aũt & quo ingredit̃
ſeruus iſte bonus & fidelis qui in modico uitæ iſtius fuit
fidelis. Intra (iquit) in gaudium dñi tui.Omnia enim ibi
delectabilia:& oia gaudia quãdo qui hic flent:ibi ridebũt:
& qui laudabiliter lugent:cõſolationem accipient dignã.
Quod aũt dicit uel in eo qui quinq; talenta acceperat:uel
in iſto qui duo accedens intellige mihi acceſſum et tranſi/
tum de hoc mũdo ad illum. Et uide qm̃ nõ aliam uocem
dñs protulit ad ſcđm:niſi quã ꝑtulit ad priorem dicens.
Euge ſerue bone & fidelis:ſuper modica fidelis fuiſti: ſuꝑ
magna te cõſtituam. Quæro qm̃ eadem dicta ſũt ambo/
bus:ne forte & qui minorem habuit uirtutem:& totam il
lam quã habuit ſm quod oportebat exercuit:nihil minus
habiturus ſit apud deum:q̃ ille qui fuit in maiore uirtute:
ut impleatur in eis quod dictum eſt. Qui multum non
abundauit & qui modicum nõ minorauit. Tale aliquid
oſtenditur & circa mãdatum dilectionis ad deum: uel ad
proximum dicens ita. Diliges dñm deum tuum ex toto
corde tuo:& ex tota anima tua:& ex tota mente tua: ſine
dubio enim cum ex toto corde ſuo quis dilexerit deum:
& ex tota anima ſua:& ex tota uirtute ſua:talem dilectio/
nis habet mercedem qualem ille q maius habuit cor /uel
qui eminētiorem habet animam:uel qui maiorem accepit
uirtutem.Hoc enim ſolum quæritur:ut quicquid habue/
rit homo ex deo toto eo utatur ad gloriam dei. Accedēs
aũt & qui unum talentum acceperat/ait. Domine ſcio qa
homo durus es:et metis ubi nõ ſeminaſti:et cõgregas ubi

non ſparſiſti: & timens abii & abſcondi talentum tuum
in terra. Ecce habes tuum. Reſpondens autem dominus
eius dixit ei. Male ſerue et piger: ſciebas quia meto ubi nō
ſeminaui: & congrego ubi non ſparſi. Oportuit ergo te
cōmittere pecuniam meam nūmulariis: ut ueniēs recepiſ/
ſem eam cum uſuris. Videtur mihi iſte qui unum talētum
accepit fuiſſe inter credentes quidem: nō autem & fidu/
cialiter agentes in fide: ſed latere uolentes et omnia facien
tes: ut nō cognoſcantur quaſi chriſtiani. Forſitan autē &
alii mores eorum nō ſatis erant culpabiles: & quod ac/
ceperūt cuſtodiunt quidem nō autem & addunt: neq; ne
gociantur: neq; fiducialiter agūt in eo. Propterea uerbum
in eis nō profecit ad maius: neq; alios acquiſiuit. Adhuc
uidentur mihi qui huiuſmodi ſunt: timorem dei habere
& ſapere de eo quaſi de aliquo auſtero: & duro: & impla/
cabili. Sic enim uerba ipſa ſignificant reſpondētis/& di/
centis. Sciebam quia durus es: & quaſi q ſciebat eum me/
tere ubi nō ſeminauit: & congregare ubi nō ſparſit. Pro/
pter quod reſpondens ei dominus eius & arguens eum
quaſi malum ſeruum & pigrum: non quidem confeſſus
eſt ſe eſſe hominem durum: ſicut ille arbitrabatur: cæteris
autem ſermonibus eius conſenſit dicens. Et ſciebas quia
meto ubi nō ſeminaui: & congrego ubi nō ſparſi. Quo/
modo autem intelligamus ꝙ uere dominus noſter metit
ubi nō ſeminauit: & congregat ubi nō ſparſit. Mihi hoc
uidetur in loco iſto qm̄ iuſtus ſeminat in ſpiritu ex quo
& metet uitam æternam. Omnia autem quæ ab altero: id
eſt a iuſto uiro ſeminātur: & metuntur ad uitam æternā:
metit deus. Dei enim eſt poſſeſſio iuſtus qui metit ubi nō
ipſe ſeminauit: ſed ille iuſtus. Conſequenter & illud dice/
mus: qm̄ iuſtus diſperſit: dedit pauperibus. Dominus aūt
in ſuo colliget uniuerſa: quãtacunq; iuſtus diſperſit: et de/
dit pauperibus. Metens autem quæ nō ſeminauit: & cō/
gregans quæ non ſparſit ſibi cōputat & ſibi arbitratur
eſſe collata quæcunq; pauperibus fidelibus fuerint ſemi/
nata uel ſparſa: dicens ad eos qui bene proximis ſuis fece/
runt. Venite benedicti patris mei: hæreditate regnum qđ
uobis paratum eſt. Eſuriui enim & dediſtis mihi mandu/
care: & cætera. Et quia uult metere ubi nō ſeminauit: & cō
gregare ubi non ſparſit cum nō iuenerit dicet ad eos qui
non præbuerunt ei metere & congregare. Diſcedite a me
maledicti in ignem æternum quē præparauit pater meus
diabolo: & angelis eius. Eſuriui enim & nō dediſtis mihi
mãducare & cætera. Nam & uere durus eſt ſm̄ quod ait
Matthæus: & auſterus ſm̄ quod ait Lucas. Sed his q mi/
ſericordia dei abutuntur ad negligentiam ſuam non ad
cōuerſationem ſuam ſicut ait Apoſtolus. Vide bonitatem
dei & ſeueritatem. In eos quidem qui ceciderunt ſeuerita/
tem: in te autem bonitatem ſi permãſeris in bonitate. Qui
enim bonum iudicat deum credens idulgētiam accipe/
re: ſi fuerit conuerſus ad eum illi bonus eſt deus. Qui aūt
æſtimat eum ſic bonum/ut nō curet de peccatis peccan/
tium: illi nō eſt bonus deus/ſed auſterus. Zelans eſt enim
ſuper peccata hominum contēnentium ſe. Tamen quaſi
Chriſto metente quæ nos ſeminauimus: & congregante
quæ nos ſparſimus ſeminemus in ſpiritu: & ſpargamus
pauperibus: & talentum dei non abſcondamus in terra.
Nec enim eſt bonus huiuſmodi timor: nec liberat nos ta
lis timor ab exterioribus tenebris illis cum fuerimus dam/
nati quaſi mali ſerui/& pigri. Mali quidem quia non ſu/
mus uſi probata illa pecunia dominicorū uerborum cū
qbus poteramus negociari & diſcutere chriſtianitatis elo/
quia: & acquirere bonitatis dei altiora myſteria. Pigri aūt
quia nō ſuimus operati cum eloquiis dei ſalutem uel no
ſtram uel aliorum cum deberemus mittere pecuniam dñi
noſtri id eſt eloquia auditoribus nūmulariis qui omnia
temptant: & probant: ut bonum qdem dogma & uerum
teneant: reprobum autem & falſum repellant: ut cum ue/
nerit dominus: eloquia illa quæ cōmiſimus nos cū uſu/
ris recipiat & cum additamētis ab eis qui acceperūt a no/
bis. Omnis pecunia: id eſt omne uerbum quod habet ī ſe
formam dei regalem & imaginē uerbi eius legitimum eſt.
Nūmulariis ergo uiris iubet credere uerbum qui poſſunt
eius reddere uſuras. Reddit autē uſuras uerbi qui iterum
feſtinat ſaluare cum eo: ſicut ipſe ſaluatus eſt. Sicut An/
dreas Petrus/Philippus/Nathanael/Matthæus publica/
nus. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Quæ audiſti a me
ꝑ multos teſtes hæc cōmenda fidelibus hominibus qui
idonei erunt: & alios docere. Similiter & dominus dicit.
Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio: ſed
ſuper candelabrum: ut introeuntes uideant lumen. Tolli/
te ab eo itaq; talentum: & date ei qui habet decem talenta.
Vides quia tollitur talētum a malo ſeruo & pigro & daĉ
ei q habet decem talenta. Quomodo autem tollitur ab ali
quo quod datum fuerat ei: & alteri datur bene agenti: ut
habeat etiam hæc ſuper illa quæ acquiſiuit: nō ſatis facile
eſt explicare. Tamen poſſibile eſt. Quoniam qui idoneū
facit in aliquo ſenſum in dogmatibus ueritatis: poteſt ſua
diuinitate deus auferens ſufficientiam ab eo qui pigrius
ea eſt uſus date ei qui eam multiplicauit. Omni enim ha/
benti dabitur & abundabit. Ab eo autem qui non habet
& quod habet auferetur ab eo. Vtputa fidem habēti quæ
eſt ex nobis dabitur gratia fidei quæ eſt per ſpiritum fidei
& abundabit: & quicquid habuerit quis ex naturali crea/
tione: cum exercuerit eum accipit idipſum & ex gratia dei/
ut abūdet & firmior ſit in eo ipſo quod habet. Non enim
de ſapientia ſola: ſed de omni uirtute itelligendum eſt no/
bis quod ait Salomon. Et ſi fuerit quis perfectus inter fi/
lios hominum: ſi abfuerit ab illo ſapientia tua in nihilum
reputabitur. Sic & qui ꝑfectus fuerit in caſtitate: aut in iu/
ſtitia: aut in ueritate: aut pietate: nō fuerit aūt ei aut caſtitas/
aut iuſtitia: aut uirtus: aut pietas quæ uenit ex gratia dei in
nihilum reputatur huiuſmodi homo. Propterea ſi uolu/
mus: ut detur nobis uirtus perfectior: & abundet in no/
bis quod ꝑfectum eſt inter homines per diligentiam om/
nimodo acquiramus. Et poſtq̄ acquiſierimus quaſi intel
ligentes: qm̄ in nihilum hæc reputanť ſine gratia dei: hu/
miliemus noſmetipſos ſub manu ualida dei: & oremus
ſine ira & diſceptatione leuantes puras manus: ut omniū
bonorum quæ ſunt in nobis perfectio detur ex deo: & faciat
nos ꝑfectos & acceptabiles deo quaſi filius dei. Iſte autem
qui unum acceperat talentum & abſconderat ipſum in
terra: nō ſolū qſi malus & piger arguiť: ſed quaſi inutilis
mittitur in tenebras exteriores ubi nulla illuminatio eſt:
forſitan nec corporalis: nec eſt reſpectio dei illic: ſed quaſi
indigni ſpeculatione dei qui talia peccauerunt cōdemnať
in his quæ exteriores tenebræ appellanť. Forſitan donec
intellexerint ut cōuertanť & digni efficiantur exire ab eis.
Forſitan

Forſitan & ꝓpter aliam cauſam quã nos ignoramus qm̃ legimus aliquem q fuit ante nos exponẽtem de tenebris abyſſi: & dicẽtem qm̃ abyſſus eſt extra mundum foris: & tenebræ. Conſideremus ergo ſi poteſt uera eſſe expoſitio eius: ut exteriores tenebras illas intelligamus: ut quædam quaſi indigni toto mundo in abyſſum illam quam ille expoſuit foras eiiciantur: in qua ſunt tenebræ: nemine eas illuminante: cum ſint extra totum mundum.

¶ Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis. Cum uenerit filius hominis in gloria ſua: & omnes angeli cum eo: tũc ſedebit ſuper ſedẽ gloriæ ſuæ: & cõgegabũtur ante eum oẽs gentes et cætera.

¶ Homelia Origenis pſbyteri ď eadẽ lectiõe. XXXIIII.

INdiſcuſſus qdem ſermo uidetur eſſe manifeſtus quaſi exhortãs homines ad dãdum & largiẽdum: & auertẽs ab omni ĩhumanitate et parcitate. Videamus tñ quid quærere oportet in eo ꝓpter eos qui nihil arbitrant̃ aliud in eo niſi exhortationem humanitatis. Certe ſm̃ & glorioſum Chriſti aduentum fore credit omnis eccleſia qm̃ & filius dei qui aſſumptus eſt in gloria ſic cum gloria hinc reuertetur in ſpecie ſua & pulchritudine ſua: ut corpus eius ſit quale fuit cum trãſformatus fuiſſet in monte coram tribus diſcipulis coaſcẽdentibus ei: ut iam non tribus nec aliis paucis: ſed uniuerſis gẽtibus cõgregatis ante eum appareat & ſedeat ſuper ſedem gloriæ ſuæ: & tunc ſegregabit malos a bonis. Vtrum autem omnes ab oibus q in omnibus generationibus fuerint: aut illæ tantum quæ in cõſumatione fuerint derelictæ: aut illæ tãtum quæ crediderunt in deum per Chriſtum et ipſæ utrum oẽs: an nõ omnes: nõ ſatis eſt manifeſtum. Tamen qbuſdam uidet̃ de differẽtia earum quæ crediderũt hæc eſſe dicta. Quãtũ ergo ad ſimplicem textum: nec qui a dextris cõſiſtunt alia cauſa laudant̃/ & in præparatum regnum uocantur: niſi ꝓpter ſolam humanitatem: nec qui ſunt a ſiniſtris alia cauſa cõfunduntur & deputãtur in ignem niſi propter ĩhumanitatem. Quid ergo? Si iſti qui humani fuerunt circa uirtutes cætera negligẽtes fuerũt: cõſequẽtur talia hæc ꝓmiſſa? aut illi qui nõ fuerũt humani: ſi alias impleuerũt uirtutes: maledicti erunt omnino: & in ignem ſunt cõdẽnandi et hoc cum ipõ diabolo? Vides ergo qa neceſſariam habet ſapientiam ſermo. Item tractandum eſt utrum in loco futurus eſt Saluatoris aduẽtus in gloriam: an alteram expoſitionem debemus exquirere. Quis enim erit locus ille: ut capiat in uno aſpectu: & omnes angelos uenientes cum Chriſto: et omnes gẽtes illic cõgregatas? Et de ſede gloriæ eius quid eſt dicẽdum? Putas corporale aliquod ſubſellium erit? an etiam hoc opus habet iterpretationem ſubtiliorẽ? Propterea qui uult omnia rationabiliter itelligere multam ſapiẽtiam inueniet & in iſtis. Et periculoſum qdem eſt de huiuſmodi rebus exponere: ſed ne ꝓpter intellectus difficultatem plenius tacentes derelinquamus eos qui mouẽtur in iſtis ad fluctuãdum: pauca de multis ſm̃ quod poſſibile eſt exponamꝰ. Aeſtimo ergo qm̃ erit tẽpus aduẽtus Chriſti: qm̃ tanta manifeſtatio futura eſt xp̃i & diuinitatis: ut nõ ſolũ nullus iuſtoꝝ: ſed nec aliquis peccatoꝝ ignoret chriſtum ſm̃ quod eſt: qm̃ & peccatores cognoſcẽt in cõſpectu ſuo: ſua delicta/ & iuſti manifeſte uidebũt ſemina iuſtitiæ ſuæ ad qualem eos perduxerint finem. Et hoc eſt quod dixit. Cõgregabũtur ante eum omnes gẽtes. Si enĩ modo qm̃ nec omnes cognoſcũt chriſtum ſm̃ quod eſt: nec ipſi qui uidentur cognoſcere palam eum cognoſcũt: ſed in fide tamen intrant homines in cõſpectum eius qm̃ agnitionem eius accipiunt per fidem. ſicut ſcriptum eſt: intrate in cõſpectu eius in exultatione: quãtomagis recte dicunt̃ omnes gentes ante eum cõgregandæ & cõſtituẽdæ: qm̃ palã omnibus tam bonis q̃ malis: tam fidelibus: q̃ infidelibꝰ fuerit factus manifeſtꝰ ante oculos mẽtis eoꝝ iam nõ fidei aut diligẽtiæ alicuius inq̃ſitione reptus: ſed ipſius diuinitatis ſuæ manifeſtatione prælatus. Nõ in aliquo quidem loco apparebit filius dei cum uenerit in gloria ſua: in altero aũt non apparebit: ſed ſicut ipſe ſm̃ cõparationem fulguris exeuntis aduẽtum ſuum uoluit demõſtrare dicens: ſi dixerint uobis ecce in deſerto: nolite exire: ecce in domo: nolite credere: ſicut enim fulgur egredit̃ ab oriente: & apparet uſq; ad occidẽtem ſic erit aduentus filii hominis. Sicut enim fulgur egrediens ab oriente & ꝓpterea q; omnia implet apparet uſq; ad occidẽtem: ſic cum uenerit Chriſtus in gloria ſua: ꝓpterea q; ubiq; futurus eſt: & ipſe in cõſpectu oium erit ubiq;: & oẽs ubiq; erũt in cõſpectu ipſius: et ſic cõſtituẽt̃ ante ſedẽ gloriæ eius: hoc eſt ante regnũ eius & poteſtatem dñationis ipſius. Sedes aũt eius aut certe qdam perfectiores ſanctoꝝ dicũtur de qbus ſcriptum eſt: qm̃ illic ſederunt ſedes in iudicio: aut quædã uirtutes angelicæ/ de qbus dicitur: ſiue ſedes: ſiue dñationes. Ergo rex ſæculoꝝ deus uerbũ qui & in forma factus eſt hominis ſedebit ſuper huiuſmodi ſedem gloriæ ſuæ: et cõgregabuntur ad eum oẽs gentes iam non diſperſæ in dogmatibus falſis & multis de eo. Et ſic erunt ante eum: ut non localiter audiamus oẽs gentes fieri ante eum: ſicut nec localiter audimus iuſtos ea dicturos quæ ſunt dicturi. Quãdiu ergo cõfuſi ſunt iniqui: nec ſe congnoſcẽtes: nec chriſtũ: ſed in erroribus intenebricati tenẽtur: & iuſti quãdiu per ſpeculum & in ænigmate uident: & ex parte ſeipſos cognoſcũt nõ ſm̃ quod uere ſunt: tandiu nõ ſunt ſegregati boni a malis. Cum aũt propter manifeſtationem filii dei oẽs ad itellectum uenerit ſuum: tunc Saluator ſegregabit bonos a malis. Oues aũt dicti ſunt qui ſaluãtur propter mãſuetudinem quã didicerũt ab eo qui dicit. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde: & ꝓpter quod uſq; ad occiſiõem parati fuerũt uenire imitãtes Chriſtum q ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine uoce. Et nõ ſimpliciter ſine uoce: id eſt coram auferente quæ ſunt ipſius & diripiente. Hœdi aũt dicuntur mali: quia aſpera & dura ſaxa male aſcendũt: & per præcipitia eoꝝ incedunt. Sic intellige mihi & ſanctos a dextris qui dextra opera operati ſunt: & plenius ſũt conuerſi ad iuſtitiam quæ ſemꝑ a dextris eſt dei. Propterea ſm̃ dignitatem actuum ſuoꝝ dextroꝝ a dextris conſiſtũt: & acceperunt mercedẽ ſuoꝝ dextroꝝ: dexteram regis in qua requies & gloria eſt. Qui autem ad ꝑuerſitatem uitæ ſeipſos ſeparauerunt a dextris propter opera ſua peſſima & ſiniſtra ceciderũt in ſiniſtram: id eſt in triſtitiam tormentorum damnati propter quod a ſiniſtris conſiſtunt. Tunc dicet ad eos qui ſunt a dextris inuitãs eos ad ſe. Venite. Vt qcquid minus fuerat eis: cum ꝑfectius uniti fuerĩt Chriſto: cõſequant̃ audiẽtes. Venite et facientes. Tale eſt et

quod dicit apud Lucam. Auferte talẽtum ab eo: & date ei
qui habet decem. Omnis enim qui habet additur ei. Qui
autem nõ habet: & quod uidetur habere auferetur ab eo.
Vocat aũt illos benedictos patris: addito benedicti patris
mei: ut eminẽtia bñdictionis eorum manifeſtetur qui bñdi/
cti ſunt a dño qui fecit coelum & terram. Et forſitan quia
ſunt aliqui benedicti qdem ſunt: non aũt patris. Accipite
regnum quod uobis præparatum eſt a cõſtitutione mũ/
di. Quod in latino habet A cõſtitutione mũdi: in græco
ſic habet: A depoſitione mũdi. Et ſm græcum ſmonem
exponit: quæ ſm latinum nõ cõueniebat exponere. Qua/
re aũt nomine depoſitionis de mundo frequẽter utitur
ſcripturæ: ſicut & hic dicens: a depoſitione mundi: quæ/
rat qui poteſt ſciens quia nõ omne quod creatum eſt de/
poſitum dicitur: nec ſcriptum eſt alicubi: a depoſitione ſe/
dium: aut dñationum: aut principatuum. Cõgregrãs aũt
ex oĩbus nomen depoſitionis: ſi forte in altero aliquo di/
ctum eſt: & cõparans ea cum his quæ dicuntur de mundi
depoſitione: aſcẽdẽs per uerbum ad cætera creata qdem:
nõ autem depoſita ex eo q nõ eſt eorum facta depoſitio: ui/
debis cauſam nominatæ depoſitionis: quod nomen tñ
de mundo ſuſcipitur. Credere autem hæc talia litteris quæ
poſſunt & in manus hominum male moratorum uenire: &
calumniatorum: & nouitatis amatorum non eſt religioſum ut
ne margaritæ nimis exoperatæ ante porcos mittant: neq
ſancta canibus dentur. Eſuriui: & dediſtis mihi mãduca/
re: & cætera. Videtur mihi per hæc quia non unius iuſti/
tiæ ſpecies remuneratur ſicut æſtimant multi. Abſurdum
eſt enim nihil aliud intelligere uirtutis in eo: qui ita remu/
neratur niſi tñ cõmunicationem humanitatis. Nõ enim
hoc dicimus ut negligẽtius ſtudeamus hũanitatem cum
ſit oĩbus fidelibus præcipue obſeruãda: ſed ut oĩa æqua/
liter: aut ut pene æqualiter ſtudeamus: ut ppterea ex oĩbus:
oẽm benedictionem pcipiamus in coeleſtibus in chriſto
Ieſu. Primum autem ſciẽdum eſt qm̃ ſicut quãtum ad tex
tum nõ ſufficit ad cõſequẽdam regni coeleſtis hæredita/
tem: dare eſuriẽtibus manducare: niſi & cætera fecerimus
quæ ſubſequunt: ſic nõ eſt poſſibile omnia illa ſm textũ
implere ſicut æſtimant multi: niſi ex parte egerimus cõtra
dei mãdatum. Neceſſe eſt eum & quæſtuoſum eſſe ut det
cibum & potum: & ueſtimẽtum Chriſto eſurienti: & ſi/
tienti: & algenti in ſanctis: ut hoc mõ & peregrinum eum
colligat: & ĩfirmum uiſitet: & eat ad eum in carcerem. Ve/
re aũt ſiue ſm ſimpliciora & corporalia bñfacta intelliga/
mus: ſiue ſm ſpiritalia: certũ eſt qm̃ ſiue hoc: ſiue illo mo/
do quis faciat opus bonum: & nutriat animas ſpiritalibus
cibis: ſiue qualẽcunq ſpeciem boni operis qs fuerit ope/
ratus propter deum: Chriſto eſuriẽti & ſitienti dat cibum/
& potum. Siue quæ facimus ſanctis qui ſunt diuites me/
ritis: pauperes rebus: ſiue in quibuſlibet qui meritis paupe
res ſunt: & ſi fuerit diuites rebus: ſiue in qualibuſcũq cau
ſis mandatum Chriſti quis fecerit: Chriſtum cibat/ et po/
tat: qui fidelium iuſtitiam & ueritatem mãducat & bibit.
Item Chriſtum algentem teximus ueſtimẽto: accipientes
ſapientiæ tecturam a deo: ut p doctrinam aliquos docea/
mus: & iduamus eos uiſcera miſericordiæ: caſtitatem: mã
ſuetudinem: humilitatem: cæteraſq uirtutes: quæ omnes
uirtutes ſpiritalia ſunt ueſtimẽta eorum qui audiunt doctri/
nam docẽtium eas: ſm eum qui dicit: Induite uos uiſce/
ra miſericordiæ: benignitatem/ hũilitatem mãſuetudinẽ:
& cætera. Magis aũt & ipſum Chriſtum qui hæc omnia
fidelibus eſt. ſm eum qui dixit: Induite dñm Ieſum. Cum
ergo huiuſmodi ueſtimẽtis ueſtierimus unum de mini/
mis in chriſto credẽtibus: ipſum dñm uidemur ueſtiſſe: ut
ne quãtum ad nos nudum ſit uerbum dei in mũdo. Sed
& peregrinum dei filium cõſtitutum & domeſticos cor/
poris eius peregrinos in mundo ab omnibus actibus cor
poralibus: ſicut ipſe et de ſe et de diſcipulis ſuis dicit. Et iſti
nõ ſunt de hoc mundo: ſicut & ego nõ ſum de hoc mũ/
do. Et quærit chriſtus cum ſuis aĩam ubi ſuccedat. Quã/
do ergo præparamus cor noſtrum diuerſis uirtutibus ad
receptaculum eius/ uel illorum q ſunt ipſius: ipſum peregri/
nãtem ſuſcipimus in domum pectoris noſtri: faciẽtes coe/
naculum magnum: mũdatum/ & ornatum ad ſuſceptio/
nem Chriſti peregrinãtis in mundo: cæterorũq diſcipu/
lorum ipſius. Quorum enim uerbum ſuſcipimus: & ipſos ſu/
ſcepiſſe uidemur in nobis/ & per ipſos Chriſtum: cuius ba
iulant uerbum. Item in infirmatis hominibus ſiue a fide:
ſiue ab aliquo opere bono: aut ſcandalum patiẽtibus chri
ſtus infirmatur & ſcãdalum patitur: ſicut ipſe dicit ad Pe/
trum quæ carnis ſunt ſapiẽtem: ſcãdalum mihi es: hoc eſt
ĩfirmitas mihi es: Sed et omnes diſcipuli eius dilecti ſimul
cum talibus infirmãtur: & ſcandalum patiũtur dicentes:
Quis infirmatur: & non infirmamur? Quis ſcãdalizatur:
& nõ urimur nos? Et ſi diſcipuli eius confirmãtur infir/
mis: quãto magis ipſe Saluator creator ipſorum? Nam quẽ
maior miſericordia tenet hoĩum infirmorum: grauior con/
ſtringit ĩfirmitas talis. Cum ergo unum fratrum infirma/
torum uiſitauerimus: aut per doctrinam: aut per increpatio/
nem: aut per cõſolationem: aut precibus: aut terrore iudi/
cii: aut aliqua bona opera facientes in eum: fecerimus me/
liorare in chriſto: ipſum Chriſtum uiſitauimus: & cõſor/
tauimus infirmatum: & cæteros diſcipulos chriſti talibus
paſſionibus cõfirmãtes refrigeramus ſicut Paulus ad Phi
lemonem dicit. Gaudium enim magnũ habuimus & cõ/
ſolationem in charitate tua: quia uiſcera ſanctorum requieue
rũt per te frater: Et ne putes eſſe blaſphemũ infirmum di/
cere Chriſtum. Ipſe enim ex infirmitate eſt crucifixus p/
pter miſericordiam: & ipſe infirmitates noſtras portat: &
oẽs noti ipſius. Deinde omne quod hic eſt carcer eſt chri/
ſti & eorum qui ſunt ipſius. Propterea eamus ad eos qui in
domo uinculorum iſtorum habẽtur quaſi in carcere: et ſunt
in hoc mundo degentes quaſi carcere naturæ neceſſitate
cõſtricti. Cum ergo abierimus ad tales & omne opus bo/
num fecerimus in eis: uiſitauimus eos in carcere: & chriſtũ
in eis. Videamus aũt niſi generaliter hæc ĩtellecta: & ad ſim
plicem humanitatem nos exhortãtur: & ad oĩa laudabilia
facta: ut bñdictionem dignis dicentem: Venite bñdicti pa/
tris mei cõſequi quis ualeat digne. Nõ autem iuſti obliti
eorum quæ gerũt: tunc reſpondebũt ei dicẽtes: Domine: qñ
te uidimus eſuriẽtem: & cætera. ſed humilitatis cauſa lau/
de benefactorum ſuorum indignos ſe proclamãtes. Ipſe autem
uolẽs eis oſtendere ſuam cõpaſſionẽ in ſuis etiam ſe pnũ/
tiat eſſe in quibus fuerit fratres eius dicẽs. Amen dico uo/
bis ex eo quod feciſtis uni minimorum iſtorum fratrum meo/
rum: mihi feciſtis. Videamus nunc quod dicit iuſtis. Veni/
te benedicti pr̃is mei: Iniuſtis autem: Diſcedite a me: cum
fuiſſent utiq fideles: & intelligemus impletum in eis qđ
ſcriptum

ſcriptum eſt. Omni habenti dabitur:& abundabit. Ab eo autem qui non habet:etiam quod uidetur habere auferetur ab eo. Nam propinqui ſunt uerbo qui ſeruăt dei mandatum & uocantur ut adhuc magis propinquiores efficiantur:audientes Venite benedicti patris mei. Longe autẽ ab eo ſunt: & uideantur aſſiſtere ei qui non faciunt mandata ipſius. Propter hoc tolletur ab eis & ꝙ ſibi uidebantur aſſiſtere ei audientes. Diſcedite a me: ut qui modo quel uidentur eſſe ante eum poſtea nec uideantur. Propter qđ & nos debemus nos conſeruare: ne audiamus & ipſi & quaſi elongantes noſipſos a domino. Diſcedite a me. Et omnia faciamus ut dicat ad nos: Venite benedicti patris mei. Conſiderandum eſt autem quoniam in ſanctis non ſolum dictum eſt benedicti: ſed cum additamento: non qualemcunq; honorem habenti:id eſt benedicti non alicuius alterius niſi dei patris. Econtra aũt qbus dr̃ maledicti nõ dicitur maledicti patris mei. Nam benedictionis quidem miniſtrator eſt pater: maledictionis autem unuſquiſq; eſt ſibi auctor qui maledictione digna eſt operatus. Qui autem recedunt ab Ieſu decidunt in ignem æternũ:qui alterius generis eſt ab hoc igne quem habemus in uſu. Nullus enim ignis inter homines eſt æternus: ſed nec multi temporis:extinguitur enim cito. Aeternus autem ignis eſt ille de quo & Eſaias dicit in fine prophetiæ ſuæ. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Forſitan talis ſubſtantiæ eſt ut inuiſibilia comburat ipſe inuiſibilis cõſtitutus ſm̃ quod ait Apoſtolus. Quoniam quæ uidentur temporalia ſunt:quæ autem non uidentur æterna. Si ergo quæ uidentur tẽporalia ſunt: quæ autem non uident̃ æterna ſunt:neceſſe eſt ſi uiſibilis eſt ille ignis: & temporalis ſit. Si autem æternus eſt & inuiſibilis eſt quo puniuntur qui recedunt a Saluatore. Tale eſt quod dicit & Iob. Comedet eum ignis qui nõ accenditur. Ne autem mireris audiens eſſe inuiſibilem ignem:& puniẽtem cum uideas inter homines calorem corporibus accidentem & non mediocriter cruciantem. maxime eos qui ab eo ualidiſſime moleſtantur. Et conſidera quoniam regnum quidem non aliis præparatum dicit a conſtitutione mundi: niſi iuſtis: & ideo reddet eis ipſum rex eorum Chriſtus. Ignem aũt æternum non illis quibus dicitur. Diſcedite a me maledicti paratum oſtendit: ſicut regnum iuſtis: ſed diabolo & angelis eius. Quia quantum ad ſe homines nõ ad perditionem creauit:ſed ad uitam & gaudium:peccantes autem coniungunt ſe diabolo: ut ſicut qui ſaluantur ſanctis angelis coæquantur & fiunt filii reſurrectionis:& filii dei & angeli: ſic pereunt diaboli angelis coæquantur:& fiunt filii eius. Eſuriui enim & nõ dediſtis mihi mãducare:& cætera. Scriptum eſt ad fideles. Vos eſtis corpus Chriſti & membra ex parte. Sicut ergo anima habitans in corpore cum non eſuriat quantum ad ſuam ſubſtantiam ſpiritalem:eſurit tamen unũquẽq; corporis cibum: quia copulata eſt corpori ſuo:ſic & ſaluator patitur quæ patitur corpus eius eccleſia:cum ſit ipſe impaſſibilis quantum ad ſuam diuinitatem. Sanctis enim indigentibus cibo: & ipſe eſurit. Aliis autem membris ſuis neceſſariam habentibus medicinam:& ipſe quaſi infirmus neceſſariam habet. Item aliis ſuſceptione opus habentibus:ipſe quaſi peregrinus in eis quærit ubi caput ſuum reclinet. Sic & in nudis alget:& in ueſtitis ueſtit̃. Et ſic ex dilectione Paulus dicit. Quis infirmatur & non infirmor? & hoc magis ad laudem reſpicit Apoſtoli:oſtendentis magnitudinem charitatis ſuæ circa fideles:quomodo non magis q̃ Paulus & omnis homo dilectione ornatus filius charitatis dei Saluator dicere poteſt conuenienter? quis infirmatur & non infirmor? quis ſcandalizatur:& non uror? Propter quod dicit infirmus fui:ſic & in carcere fui:& non uiſitaſtis me. In carcere enim membro Chriſti conſtituto ipſe nõ eſt ſolutus a carcere qui dicit de iuſto. Cum ipſo ſum in tribulatione:hoc eſt contribulor ei. Sicut enim q meus eſt in tribulatione mecũ eſt:ſic & ego in tribulatione cum eo ſum. Et hoc dico non ignorans uulgariorem illam traditionẽ. Et hoc conſidera:quia immoratur in uno quoq; uerbo loquens ad iuſtos:& laudãs eos:& per ſingulas ſpecies eorum benefacta dinumerat. Loquens autem ad iniuſtos ꝑcidit compedians:& colligens malefacta eorum in breue: id eſt iuſtis quidem de infirmitate dicit infirmus fui:& uiſitaſtis me. Separatim autem de carcere. In carcere fui & ueniſtis ad me. Ad iniuſtos autem cum potuiſſet ſimiliter facere:infirmus fui:& non uiſitaſtis me:in carcere fui:& nõ ueniſtis ad me:præcidens narrationem ſubunauit utrũq; dicens. Infirmus fui & in carcere:& nõ uiſitaſtis me. Quoniam miſericordia iudicis erat benefacta quidem hominum largius prædicare:& ampliare: malefacta autem eorum tranſitorie memorare:& breuiare. Sed & iuſti immorantur in unoquoq; uerbo dicentes. Quando te uidimus eſurientem & cibauimus:aut ſitientem & potauimus:aut nudum & ueſtiuimus:aut ꝑegrinum & collegimus? Aut quando te uidimus infirmum:aut in carcere? Quoniam proprium eſt iuſtorum:beneficia ſua relata ſibi in facie diligenter & per ſingula refutare cauſa humilitatis. Tanq̃ ſi dicente domino hoc/& hoc/et hoc bonum in me feciſtis: illi recuſantes dicant:nec hoc/nec hoc/nec hoc fecimus tibi. Iniuſti non ita per ſingula:ſed curſim dicunt. Quando te uidimus eſurientem:aut ſitientem:aut peregrinum: aut nudum:aut infirmum:aut in carcere: & non miniſtrauimus tibi? Verbum miniſtrauimus tibi ad omnia referentes:& quaſi præcidentes:& prætereuntes crimina ſingula:ut non grauiora uideantur diligenter & ſingillatim enumerata: quia proprium malorum hominum eſt culpas ſuas excuſationis cauſa:aut nullas uelle oſtendere: aut leues & paucas. Sed & reſponſio Chriſti tam de iuſtos facta q̃ ad iniuſtos:hunc ipſum ſignificat intellectum. Volens enim iuſtorum benefacta oſtendere grandia: peccatorum autem culpas non grandes: ad iuſtos quidem dicit. Ex eo ꝙ feciſtis uni ex minimis iſtis fratribus meis mihi feciſtis. Ad iniuſtos autem ſic. Ex eo ꝙ non feciſtis uni ex minimis iſtis:nec mihi feciſtis: non adiiciens fratribus meis:quẽadmodum cum loqueretur ad iuſtos. Nam abuſiue quidem omnes credentes in Chriſto fratres ſunt chriſti. Reuera autem fratres eius ſunt qui perfecti ſunt:& imitatores ſunt eius:ſicut ille qui dixit. Imitatores mei eſtote: ſicut & ego Chriſtiq poſſum dicere. Pater noſter qui es in cœlis. Gratius autem eſt apud deum opus bonum quod fit in ſanctioribus:q̃ in minimis ſanctis. Et leuior culpa eſt negligere minus ſanctos q̃ ſanctiores. Minimos autem hic dicit: aut quaſi in mundo minimos æſtimatos: aut

quia apud ſeipſos minimi erant. Volentes enim apud deum fieri magni: ſeipſos minimos faciebant: quaſi chariſſimi diſcipuli eius: qui dixit. Diſcite a me qa humilis & mitis ſum corde. Et hoc attende: quoniam cum prius dixiſſet: Venite benedicti: deinde Diſcedite maledicti. Quoniam proprium boni dei eſt prius recordari benefacta bonorum: q̄ malefacta malorum. Poſtea in exitu utrorumq; prius nominat pœnam malorum: deinde uitam bonorum dicens. Et abibunt illi in pœnam æternam: hi autem in uitam æternam: ut primum quæ timoris ſunt euitemus mala: poſtea quæ honoris ſunt appetamus bona. Et factum eſt poſtq̄ conſumauit Ieſus omnes ſermones hos: dixit diſcipulis ſuis. Volens oſtendere ꝙ omnia in pondere & numero & menſura conſtituit deus: dicit in aliquo loco ad matrem ſuam. Nondum uenit hora mea. Item. Nunc anima mea turbatur: & quid dicam? Pater ſalua me ex hac hora. Sed propter hoc ueni in hanc horam. Item. Pater uenit hora: clarifica filium tuum: ut & filius tuus glorificet te. Sic & horam conſtituit paſſionis filii tui. Ideo & ſi frequenter inſidias paſſus eſt a Iudæis: nihil potuit pati diſcedente ab eo diabolo uſq; ad tempus. Et nihil pati poterat: donec conſumaret omnes ſermones ſuos: quos propoſuerat dicere diſcipulis ſuis. Propterea poſtquā conſumauit omnes ſermones hos: tunc dixit diſcipulis ſuis. Et uide quia non dixit ſimpliciter: poſtquam conſumauit omnes ſermones: ſed addidit hos omnes: ideſt quos iam locutus fuerat: non quos adhuc fuerat locutus. Adhuc enim oportebat eum etiam alios loqui ſermones: poſtquā traderetur: & non in bethania in domo Simonis leproſi de muliere accedente ad ſe. Item & paſca facere cum diſcipulis ſuis: & conuincere proditorem latentem: & gratias agere: & porrigere eis panem & calicem. Oportebat eum & prædicare diſcipulis ſuis ꝙ eſſent ſcandalizādi: & Petro: qm̄ añ galli cantū ter fuerat negaturus. Adhuc aūt oportebat eū hora appropinquāte magis orare nō ſemel nec bis: ſed ter: donec hora plenius adueniret.

℄ Secundum Matthæum. Cap. xxvi.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: & filius hominis tradetur ad crucifigendum. Et reliqua.

℄ Homelia Origenis de eadē lectione. Quæ eſt. XXXV

SI ergo etiam hora fuerat definita ſm quod diximus: ut non traderetur ante omnem doctrinam: quomodo non magis & dies fuerat definitus: ut paſcha noſtrum Chriſtus imolaretur diſſoluēs iudaicum paſchæ & tradens ſecundum nouum teſtamētum diſcipulis ſuis: oportebat etiam menſem eſſe diffinitum paſchæ. Ego autem puto etiam annum: de quo & propheta dicebat. Prædicare annum domini acceptum & diem ſalutis. Prædicit ergo diſcipulis ſuis præmuniens eos: ut ne priuſquā audiant quæ fuerant euentura ſubito uidentes tradi ad crucem magiſtrum: obſtupeſcant pauore: propter paſſionem domino accidentem. Ideo dixit eis. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: et filius hominis tradetur ad crucifigendum. Non autem ſicut arbitrabantur quidam hoc dicere uult: quia poſt biduum paſchæ dies adueniet: ſed quia poſt biduum nouum paſcha fiet. Nec enim dixit. Poſt biduum paſcha erit: aut ueniet: ut me oſtenderet illud paſcha futurum quod fieri ſolebat ſm legem: ſed paſcha fiet: hoc eſt quale nunq̄ fuerat factum: ut per hoc nouum paſcha illud ſuccidat antiquum. Deniq; ſic addit. Et filius hominis tradetur ad crucifigendum. Poſt duos aūt dies factum eſt paſcha ſm ꝙ fuerat prophetatum ab eo: quando traditus eſt in nocte: & dixit oſculanti ſe Iudæ. Amice ad quid ueniſti? Si autem poſt biduum paſcha factum eſt: quartadecima luna: manifeſtum eſt: quia quando iſta dicebat: ſm iudeos: undecima erat luna: quando & parabolas ſupradictas expoſuit. A quo autem traditus eſt hic non eſt ſcriptum. Congregabis autem de ſcripturis: quoniam & pater tradidit eum ſm ꝙ ſcriptum eſt. Qui unico filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Secundum alias autem ſcripturas: Iudas tradidit illum. Sed & ſathanas qui intrauit in Iudam tradidit eum. Sed & principes ſacerdotum & ſeniores tradiderunt. Propterea hic impersonaliter poſuit tradetur: non dicens a quo: quod uerbum poteſt ad omnes reſpicere qui tradiderunt eum. Sed non omnes eodem propoſito tradiderunt. Deus enim tradidit eum propter miſericordiam circa genus humanum: qui unico filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Cæteri autē tradiderunt eum iniquo propoſito: unuſquiſq; ſm malitiam ſuam. Iudas propter auaritiam: ſacerdotes propter inuidiam: diabolus ꝑpter timorem: ne auellaretur de manu eius genus humanum per doctrinam ipſius: non aduertens quoniam magis eripiendum fuerat genus hominum per mortem ipſius: q̄ fuerat ereptum per doctrinam & mirabilia. Traditus eſt enim ad crucifigendū: ut exuens principatus & poteſtates: fiducialiter triumphet eos in ligno. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſcribæ & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum q dicebatur Caiphas: & conſilium fecerunt: ut Ieſum dolo tenentes occiderent. Dicebant autem. Non in die feſto: ut ne tumultus fiat in populo. Quod dixit ꝓpheta. Et principes conuenerūt in unum aduerſus dñm & aduerſus chriſtum: tunc impletum uidet͛ cum principes ſacerdotū & ſeniores populi cōgregati ſunt in domū principis ſacerdotum aduerſus dñm & aduerſus xp̄m eius. Nō ueri ſacerdotes ſed populi & ſeniores: non alioꝝ ſed illius q uidebat͛ populus dei. Vere aūt erat populus gomorræ: qm̄ dixerunt. Crucifige: crucifige eum: & tolle talem de terra. Et qd' dixerat Eſaias. Audite uerbū dñi principes ſodomoꝝ: attendite legem dei plebs gomorræ: cōuenit illis inſidiantibus iudæis q fecerūt in gñatione tp̄is chriſti. Et qd' dicit Ezechiel ad hieruſalem. Iuſtificata eſt magis ſodoma ex te: magis cōuenit dici ad hieruſalem ſup quā dñs fleuit: quā ad tp̄s ꝓphetæ. Peiora eni ſodomis peccauerūt principes populi: qa non intelligētes ſūmum ſacerdotē dei inſidiati ſunt ei: & ſeniores populi nō cognoſcentes primogenitū uniuerſæ creaturæ: & ſeniorē oībus creaturis cōſiliati ſunt contra eum. Et propter atrium puto illud in quo conſilium fecerunt ut Ieſum dolo tenerent. Deſolata eſt Hieruſalem: oportebat enim iam non eſſe ciuitatem quæ aduerſus totius mundi egerant fundatorem. Quæ prius qdem occiderat prophetas: poſtmodum autem dominum prophetarum. Vt dolo eum tenerēt. Ideo conuenienter de eis

dixit

dixit propheta. Diſperdat dominus uniuerſa labia dolo/
ſa. Dolo autem eum tenere & occidere uoluerũt: ut ne tu/
multus fiat in populo illo: qui multa ſigna & ꝓdigia Ie/
ſum uiderat facientem. Et ꝓpterea multi q̃dem ex his erãt
pro eo: qui forte dixerant q̃a magnus propheta ſurrexit in
Iſrael. alii aũt erant aduerſus eũ: qui dixerant. Hic nõ eiicit
dæmonia: niſi in Beelzebub pĩcipe dæmonioꝝ. Neceſſe
ergo erat tumultũ fieri dño cõpræheſo ꝓp diuerſa ſtudia
populi diligentis xp̃m: & odientis: credentis & nõ creden
tis. Stetit enim conſiliũ eoꝝ quaſi firmũ cum ipſi qui con
ſiliabant̃ ſtaturi non eſſent: ut non in die feſto occideret̃:
ſed in alio die: uidelicet ut paſcha tñ imolaret̃ xp̃s: ut re/
linquentes azima Iudæoꝝ feſtinemus in ſpiritalibus azi/
mis & ueris. Conſidera aũt ſi potes oẽ uerbũ q̃d ꝓfitetur
quocũq; modo doctrinã dei: dicere principẽ eſſe ſacerdo/
tem dei: cũ ſint aũt multa falſoꝝ dogmatũ uerba quaſi ſa
cerdotes dei. Non autẽ dei ſed populi qui ſeductus ab eis
eſt: cõſiliant̃ aduerſus unum & ueꝝ dei uerbũ. Verbũ aũt
dei præbet q̃dem ſe inſidiantibus: nihilominus tñ reſur/
get non imutatũ: neq; corruptũ ab eis: & in cœlũ aſcẽdet
ut ſuſcipiat eos qui tollunt crucẽ ſuã & ſequunt̃ eum. Cũ
aũt eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi ac/
ceſſit ad eum mulier hñs alabaſtrũ unguenti ꝑcioſi: & effũ
dit ſuꝑ caput eius: recũbẽte eo. Videntes aũt diſcipuli eius
indignati ſunt: & cætera. Multi q̃dem æſtimãt de una ea/
dẽq; muliere quattuor euangeliſtas expoſuiſſe: q̃a cõſcri/
pſerunt tale aliq̃d de muliere: & oẽs ſimiliter alabaſtrũ un/
guenti noĩauerunt. Ioannes aũt pro alabaſtro poſuit librã
unguenti. Sed & q̃d dr̃. Potuit hoc uenundari: & paupe/
ribus dari: dixerunt Matthæus/ & Marcus/ & Ioannes. Et
q̃m ad ſepulturã ſuã unguentũ illud xp̃s ꝓnunciauit effu
ſum ipſi expoſuerunt: & q̃m in Bethania in domo Simo
nis leproſi ſcrĩ eſt: ipſi tres conſcripſerunt. Ioannes autẽ
Bethaniam q̃dem dixit: ubi fecerunt ei cœnam: & Martha
miniſtrabat: & Lazarus unus erat ex diſcũbentibus: & Ma
ria accepit libram unguenti nardi piſticæ precioſi: & cæte
ra. Ex q̃bus apparet q̃a ipſi ei fecerunt cœnã. Lucas aũt q̃/
uis non leproſum poſuit Simonem: tñ phariſæum dixit
fuiſſe: qui rogauerat Ieſum ut manducaret cũ eo: ſicut de
noĩe eius dñs ipſe teſtat̃ dicẽs ad eũ ibi. Simon Simon ha
beo q̃d tibi dicer̃. Multa ergo ſimilitudo & cognitio quæ
dam de muliere apud quattuor euãgeliſtas. Dicam tñ ad
eos qui arbitrant̃ unã fuiſſe mulierẽ de qua oẽs euangeli/
ſtæ ſcripſerunt. Putas ꝙ hæc mulier quæ effudit ſuper ca
put Ieſu ꝑcioſum unguentũ: ſicut Matthæus & Marcus
expoſuerunt: ipſa & myrrha unxit pedes ipſius: ſicut Lu/
cas & Ioannes expoſuerunt? Non eſt aũt poſſibile ut de
eadẽ muliere exponentes euangeliſtæ cũ eſſent conſumati
in eodem intellectu: & in eodem ſpiritu: & in eadem ſen/
tentia qui fuerant miniſtraturi ſalutem eccleſiarum cõtra/
ria ſibi dixiſſent. Si aũt aliq̃s arbitrat̃ ipſam fuiſſe quæ un/
xit unguento dñi pedes apud Lucã & Ioannem: dicat no
bis Maria ipſa erat quæ apud Lucã fuiſſe ſcribit̃ in ciuita/
te peccatrix: quæ diſcens q̃m recubuit in domo phariſæi
attulit alabaſtrũ unguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius
plorans lachrymis lauabat pedes eius. Nec enim credibi/
le ẽ ut Maria quã diligebat Ieſus ſoror Marthæ: quæ me/
liorem elegerat ꝑtem: ut peccatrix in ciuitate fuiſſe dicatur.
Et putas q̃a mulier quæ ſm̃ Matthæum & Marcum effu/
dit ſuꝑ caput Ieſu ꝑcioſum unguentũ euentu non ſcribit̃
fuiſſe peccatrix? Quæ aũt ſm̃ Lucã peccatrix refert̃: non
fuit auſa ad caput xp̃i uenire: ſed lachrymis pedes eius la/
uit. Quaſi uix etiam ipſis pedibus eius digna: præ triſtitia
pœnitentiam in ſalute ſtabilem operante. Et quæ ſm̃ Lu/
cam eſt: plorat & multum lachrymat: ut pedes Ieſu lachy/
mis lauet. Quæ aũt ſm̃ Ioãnem eſt Maria: neq; peccatrix:
neq; lachrymans introducitur. Forſitan ergo quis dicet
quattuor fuiſſe mulieres de quibus conſcripſerunt euan/
geliſtæ. Ego aũt magis conſentio tres fuiſſe. Et unam qui/
dem de qua conſcripſerunt Matthæus & Marcus: nullã
differentiam expoſitionis ſuæ facientes in uno capitulo:
alteram autem fuiſſe: de qua ſcripſit Lucas: aliam autem
de qua ſcripſit Ioannes: quoniam differt ab aliis mulieri/
bus: non ſolum in his quæ ſcripta ſunt de unguento: ſed
quoniam & diligebat Ieſus Mariam & Martham. Quã/
uis & ipſa in Bethania referat̃ fuiſſe: ſicut & mulier de qua
exponũt Matthæus & Marcus. Tertia differentia eſt: quo/
niam Matthæus quidem & Marcus in domo Simonis
leproſi hoc factum fuiſſe exponunt. Ioannes autem quo/
niam Ieſus ante ſex dies paſchæ uenit in Bethaniam ubi
erat Lazarus quem ſuſcitauerat Ieſus: & fecerunt ei cœnã.
Et non ſimul: ſed Maria & Martha forte & Lazarus: &
Martha miniſtrabat Lazarus autem erat unus ex diſcum/
bentibus. Adhuc autem ſm̃ Ioãnem ante ſex dies paſchæ
uenit in Bethaniam: quando & fecerunt ei cœnam Maria
& Martha. Hic autem quando & recumbentem in domo
Simonis leproſi acceſſit ad eum mulier: poſt biduum pa/
ſcha erat futurum ſicut dictum eſt ſupra. Reſtat ut aliquis
dicat. Si de altera muliere Matthæus & Marcus ſcripſerũt:
de altera aũt Ioannes: de tertia uero Lucas: quomodo in
perſona unius mulieris ſemel a Chriſto increpati diſcipu/
li quaſi male indignantes de facto mulieris non ſe emen/
dauerunt ut ne ſuper alteram mulierem ſimiliter facientẽ
indignarẽtur? Propterea ſciat: quia apud Matthæum &
Marcum diſcipuli indignantur ex bono propoſito: apud
Ioannem autem ſolus Iudas furãdi affectu: apud Lucam
autem. Murmurat nemo. Ex his ergo/ & aliis quæ & ipſe
poteris obſeruare: certum eſt: quoniam aut ſibi contraria
dicunt euangeliſtæ: ut quidam eorum etiam mentiantur:
aut ſi hoc impium eſt credere: neceſſe eſt dicere non de ea/
dem muliere omnes conſcripſiſſe euangeliſtas: ſed aut de
tribus: aut de quattuor. Dicet autem aliquis paulo auda/
cior. Forſitan ſm̃ hiſtoriã una quædam mulier fuit: quæ
tale aliquid fecit. Pone autem & alteram ſi uis: & tertiam:
tamen principaliter euangeliſtarum propoſitum fuit reſpi
ciens ad myſteria: & nõ ſatis curauerunt ut ſm̃ ueritatem
enarrarent hiſtoriæ: ſed ut rerum myſteria quæ ex hiſtoria
naſcebantur exponerent. Propter quod & adtexuerunt
quoſdam ſermones myſteriorum intellectibus cõuenien/
tes & conſonos. De his autem quæ apud quattuor expo
nuntur euãgeliſtas cauſa mulierum uel unius mulieris ſi/
cut æſtimant multi diligentius tractauimus exponentes
euangelium ſm̃ Ioannem: quæ uidebãtur nobis cum ſi/
milia eſſent & cognata: quaſi contraria & diſtantia. Nunc
autem ea breuiter perſtringamus. Rationabiliter ergo Lu/
cas cum de peccatrice muliere loqueretur introduxit eam
flentem abundantius: ut etiam Ieſu pedes lauaret: &
non infundentem quidem unguentum: ſed tantum

ungentem:non caput:ſed pedes. Illa autem quæ nō accuſabatur peccatrix non unxit:ſed effudit: & non ſuper pedes:ſed ſuper caput. Si autem quis & quæ de Maria Lazari ſorore ſcripta ſunt tractet: quæ & ipſa unxit domini pedes: notet ſibi quæ ſcripta ſunt ibi: quoniam omnis domus repleta eſt ex odore unguenti. Quod non eſt ſcriptū de ea quæ dicebatur eſſe peccatrix. Sed nec de muliere de qua ſcripſerunt Matthæus & Marcus: quæ nō dicebatur fuiſſe peccatrix:tale aliquid ſcriptum eſt: quia omnis domus repleta eſt ex odore unguenti. Forſitan ergo per differentias iſtarum mulierum: differentiæ fidelium demonſtrantur. Quorum quidam quidem effundunt ſuper caput Ieſu precioſum unguentum:alii autem nō caput ungunt:ſed pedes:alii aūt non infundunt largiter:ſed ungūt tantum. Vngentium uero quidam tali ungunt unguento:ut omnis domus impleat̃ ex odore diuinitatis ipſius: alii aūt non tali:tñ quidem & ipſi acceptabili apud Xp̄m: qm̄ & ipſi ungunt pedes eius unguento:quos phariſeus nec cū oleo unxit. Oportebat aūt hæc in Bethania fieri q̄ interpretatur domus obedientiæ. Et ab hac quæ ſuper caput dn̄i effudit unguentum:non accuſata quaſi peccatrix in ciuitate: & a Maria apud quam cum fieret conuiuium Ieſu acceſſit ad eum & unxit. Domum autē obedientiæ: eccleſiam: intelligi oportere dubitat nemo. Illa autē quæ apud Lucam dicebatur peccatrix adhuc non erat digna in Bethania eſſe: q̄uis poenitentiam peccatorum ſuorū agebat. Adhuc enim minus habebat ut poſtmodum inueniretur in domo obedientiæ facta:ut iam conſumata: neq; peccatrix diceretur:nec lachrymans: & lauans domini pedes:ſed & ipſa effundens unguentum ſuper caput ipſius. Sed & Simon obedientiæ myſterium eſt: quoniam ſic interpretatur. Sed obedientialiter nō ſpiritus: propter q̄d Simon eleuatus a littera legis per Ieſum:ad legem ſpiritalem:iam non erat Simon tantum:ſed factus eſt etiam Petrus. Et pro ædificatione Iudaica dignus habitus eſt ædificatiōe eccleſiæ ſuper petram fundandæ. Factus eſt ergo Ieſus in domo Simonis quidem & alicuius obedientis: tñ leproſi: & adhuc opus habentis mundatione ab Ieſu. Non aūt memoratum eſt apud Lucam de Simone: qm̄ & leproſus erat. Aeſtimo quoniam ipſe debitor erat quinquaginta denariorum etiam acceperat remiſſionem eorū: quoniam dilexerat modicum. Tñ diligens aliquantulum rogauit eum ut manducaret cum eo. Acceſſit aūt mulier non peccatrix ſm̄ Matthæum & Marcum:alabaſtrum habens unguenti precioſi. Et cōſidera q̄caute apud hos qui peccatricem non retulerunt unguentum eius quaſi precioſum laudatur. Apud Lucam aūt qui expoſuit peccatricem:unguentum ſimpliciter nominatur. Nec precioſum nec nardi piſticæ: ut ex odore eius impleret̃ domus. Adhuc enim habere non poterat unguenta huiuſmodi. Sed hoc erat magnum quia uel unguento poterat ungere domini pedes. Huius aūt mulieris precioſum fertur unguentum. Nec enim decebat eſſe non precioſum quod ſuper caput ſaluatoris effundebatur. Et ſuper unguentum quidem peccatricis ungentis domini pedes: & non effundentis:neq; indignati ſunt diſcipuli:neq; doluerunt:nec dixit Iudas. Quare unguentum hoc non eſt uenundatum trecentis denariis: & datum eſt pauperibus? Super mulierē aūt apud Matthæum & Marcum: Indignati ſūt diſcipuli & doluerunt perditionem unguenti quod decurrebat a capite eius ad cæterum corpus. Nam & ſi poterat uenundari unguentum illud multo precio & dari pauperibus: tñ non debebat fieri hoc:q̄a cōueniens erat ut ſuper caput Xp̄i infunderet̃ ſancta & decenti infuſione. Qui aūt contendunt intelligere iſta ſm̄ ſimplicem textum dicant effuſum unguentū ſuper caput Ieſu laudabiliter: qualem habebat ſm̄ textum decorem ut effunderet̃ ſuper caput talis & tanti magiſtri. Non erat ergo unguentum illud pauperibus dignum:nec conueniens quantum ad ſuum honorem:ut diuideret̃ in multos:ſed ut integrum manēs effunderetur ſuper caput tantūmodo Ieſu. Propter q̄d & mulierem quæ fecerat hoc ſuſcipit Ieſus: & indignantibus diſcipulis dicit. Sinite eam: & nolite ei moleſti eſſe: qm̄ bonū opus operata eſt in me. Vſq; adeo aūt efficax eſt huiuſmōi laus operis boni ut exhortet̃ oēs nos odoriferis & diuitibus operibus implere dn̄i caput: ut & de nobis dicat̃ q̄a ſemper q̄dem habemus q̄diu in hac uita conſiſtimus pauperes nobiſcum. Et opus hn̄tes cura eoꝝ qui ꝓfecerunt in uerbo: & diuites facti ſunt in ſapientia dei:nō aūt pn̄t ſufficere ut ſemper diebus & noctibus habeant ſecum filium dei:uerbum dei & ſapientiam: & oia q̄cq̄d eſt dn̄s noſter ſaluator. Vide & q̄d ait. Bonum opus operata eſt in me: quia non dixit de peccatrice ungente pedes ipſius:q̄a bonum opus fecit in me. Si aūt oportet diſcutere & q̄d ait ad ſepeliendum me fecit: cōparans ei q̄d dr̄. Conſepulti ſumus Xp̄o per baptiſmum & conreſurreximus ei. Adhuc aūt hoc conſidera: qm̄ de muliere ſm̄ Lucam non eſt dictum. Amen dico uobis:ubicūq; prædicatum fuerit euangelium hoc in toto mūdo dicetur: & q̄d fecit hæc in memoriam eius. De muliere aūt ſm̄ Matthæum & Marcum hoc ſcriptum eſt. Iuſtum enim erat non de illa quæ unxerat pedes:ſed de hac quæ unguentum effuderat ſuper caput eius dici. Vbicūq; p̄dicatum fuerit euangelium hoc in toto mundo dicetur:& ꝙ fecit hæc in memoriam eius. Si uero uolumus ut & de nobis dicatur ꝙ facimus in Ieſu: effundentes p̄cioſum unguentū ſup caput ipſius ꝓficiamus ab unctione pedū eius ad effundēdū p̄cioſum unguentū ſup caput eius. Quid aūt eſt oleum: & q̄d unguentum? Vnguentū aūt q̄d ꝓficit ad corpus xp̄i ungendum & q̄d ad caput difficile eſt explicare. Tñ id q̄d nobis uidet̃ demonſtrare temptabimus: certiſſime cognoſcentes quia oleum ubiq; in ſcripturis aut opus miſericordiæ itelligitur quo lucerna uerbi enutrita clareſcit: aut doctrina: cuius auditu aſſiduo: uerbum fidei q̄d eſt accenſum i nobis nutritur & clarius lucet. Sicut ergo generaliter oē quo q̄s ungitur oleum appellat̃: olei aūt aliud eſt unguentū: itē unguenti aliud eſt mediocre unguētū: aliud p̄cioſum: ſic oīs actus iuſtus opus dr̄ bonū. Operis aūt boni: aliud eſt q̄d facimus pp̄ hoīes uel ſm̄ hoīes: aliud aūt q̄d pp̄ deum & ſm̄ deum. Item hoc ip̄m q̄d facimus pp̄ deum: aliud eſt q̄d ꝓficit ad uſum hoīum: aliud q̄d non ꝓficit ad uſum hoīum: ſed tantū ad gloriam dei: utputa: bene q̄s facit hoī naturali iuſtitia motus: non pp̄ deum: q̄uo faciebāt interdum & gentes. Et multi faciunt hoīes opus illud. Oleum eſt uulgare non magni odoris. Et ipſum tamen acceptabile apud deū. Sicut Daniel ſignificat dicens ad Balthaſar deum non cognoſcentem. Audi conſilium meum rex: & peccata tua elemoſynis redime. Tale aliquid dicit & Petrus apud

tius apud Clemẽtem. Quoniam opera bona quæ fiunt ab infidelibus in hoc ſæculo eis proſunt:non & in illo ad conſequendam uitam æternam. Et cõuenienter quia nec illi propter deum faciunt:ſed propter ipſam naturam humanam. Qui autem propter deum faciũt (id eſt fideles) non ſolum in hoc ſæculo proficit eis:ſed in illo:magis autem in illo. Quod autem fideles faciunt propter deũ:hoc eſt unguentum boni odoris. Hoc ipſum autem opus fidelium propter deum:quod eſt unguẽtum:aliud fit ad utilitatem hominum:utputa:elemoſynæ:infirmorum uiſitationes:peregrinorum ſuſceptiones:humilitates:mãſuetudo:indulgentia:& cætera huiuſmodi quæ hominibus ꝓſunt:hæc qui facit in chriſtianos:pedes dñi ungit unguento:quia ipſi ſunt dñi pedes cum quibus ambulat ſemper. Quod præcipue ſolent facere pœnitentes ꝓ remiſſiõe peccatorum ſuorum. Et illud eſt opus quod dicitur unguentum odoriferum quidem/non autem ſummum. Qui autem caſtitati ſtudet:in ieiuniis & orationibus permanet:in aduerſis patientiam habet ſicut Iob: ĩ tẽptatiõibus ueritatem dei non timet cõfiteri quæ omnia cæteris hominibꝰ nihil proſunt:ſed tantum ad gloriam dei proficiunt:hoc eſt unguentum quod ungit dñi caput Chriſti:& exinde ꝑ totum corpus Chriſti:id eſt per totam decurrit eccleſiam: & hoc eſt unguẽtum ualde precioſum:ex cuius odore tota repletur domus:hoc eſt eccleſia Chriſti. Et hoc opus eſt proprium non penitentium:ſed perfectum ſanctorũ. Aut certe doctrina quæ neceſſaria eſt hominibus per quam nutriuntur animæ pauperes in ſpiritalibus bonis: aut forte & debiles in peccatis:hoc eſt unguentum mediocre quo pedes dñi unguntur. Agnitio autem fidei ueræ:quæ ad ſolũ pertinet deum:unguentum eſt precioſum quo ungitur caput Chriſti deus. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth ad priucipes ſacerdotum:& dixit eis. Quid uultis mihi dare:& ego eum uobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta ſtateres. Et exinde quærebat opportunitatem:ut eum traderet eis. Iudas interpretatur confeſſor. Cum ſint ergo duo diſcipuli hoc nomine nõminati ſm quod Lucas euangeliſta dinumerat inter duodecim fuiſſe apoſtolos:Iudam Iacobi/& Iudam Scariotham. Cum nihil ergo a myſterio uacuum ſit apud Chriſtum:æſtimo duos diſcipulos Iudas in myſterio fuiſſe Chriſtianoꝝ cõfitentium fidem Chriſti. Quoꝝ una qdem pars fideliter ꝑmanet apud Chriſtũ:cuius myſteriũ fuit Iudas Iacobi:altera aũt pars poſtq̃ credidit & confeſſa eſt fidem Chriſti: ꝑꝑ auaritiã reliqt Chriſtũ: & facta ꝓditrix ueritatis ipſius: tranſiit ad hæreſes:& ad falſos ſacerdotes Iudæoꝝ falſoꝝ id eſt ſimulatoꝝ Chriſtianoꝝ:& tradidit eis Chriſtũ quantum ad ſe:id eſt uerbũ ueritatis ut crucifigatur:& occidatur uerbũ ueritatis ab eis. Cuiꝰ myſteriũ fuit Iudas Scariotha: qui abiit ad ſacerdotes: & de traditione Chriſti pactus eſt ꝓciũ. Audiui quẽdã exponentẽ patriã ꝓditoris Iudæ ſm interpretationẽ Hebraicã exſuffocatũ uocari. Quod ſi ita eſt: magna cõuenientia inuenitur nois patriæ eius:cũ exitu mortis ipſius: qm̃ & ipſe laqueo ſe ſuſpendens ꝓphetiã nois patriæ ſuæ ſuffocatus impleuit. Hic ergo Iudas ad quẽ dictum eſt ꝑ ꝓphetã. Tu autẽ hõ unanimis mihi dux meus & notus meus:cecidit cũ fuiſſet unus eoꝝ quos Chriſtus ad ducatũ ſuſcepit populi Chriſtiani. Et uide quõ qđ ſcriptum eſt. Vos aũt ſicut hoies moriemini:& ſicut unus de principibus cadetis:refertur modo ad illũ principẽ q cecidit tanq̃ fulgor de cœlo:modo ad Iudã qui electus ad principatum apoſtolatus: & quaſi in cœlo conſtitutus:& ipſe quaſi fulgor ante cõſtitutus cecidit in ꝓditionis ruina uadens aduerſus unũ principẽ ſacerdotũ: qui in æternũ factus fuerat ſacerdos ſm ordinẽ Melchiſedech: ad multos principes ſacerdotũ & aduerſarios unius ſacerdotis ſũmi ut uenderet ꝓcio:uolentẽ redimere totũ mundũ a maledictione legis & totius peccati: & redimere nos non corruptibilibus pecuniis:ſed ꝓcioſo ſanguine ſuo. Quid aũt dixit Iudas ad ſacerdotes audiamus. Quid uultis mihi dare: & ego uobis eum tradã? Volebat enim accipere pecuniam/& tradere uerbũ dei. Quod faciunt oẽs qui accipiũt aliqd corporaliũ:aut mundialiũ reꝝ ut tradant & eiiciant ab aĩa ſua ſaluatorẽ:& uerbũ ueritatis qđ erat in eis. Et opportune hoc uteris exemplo ad oẽs qui qđcũq; pctm̃ facientes:ꝑꝑ auaritiam & cãm pecuniaꝝ: aut alicuius lucri: uerbũ dei tradunt & contẽnunt. Nam hmõi hoies quaſi manifeſte clamare uidentur & dicere uirtutibus aduerſariis ꝓſtantibus lucrũ aliqđ pro pctõ trãſgreſſi uerbi dei. Quid uultis mihi dare: & ego eum uobis tradam? Quod & ſi traditus fuerit:fit qdem extra tradentẽ. Vincens aũt eos q eum ſuſcepiſſe uidentur:operatur decentia ſe: ut euacuare cupientes eũ:nihil operentur in ipm. At illi ſtatuerunt ei triginta ſtateres. Tantã ei dationem cõſtituentes:quãtos annos Saluator peregrinatus fuerat in hoc mũdo. Triginta enim annoꝝ baptizatus cœpit euãgelium prædicare: quaſi Ioſeph factus triginta annoꝝ:ut erogaret frumenta fratribus ſuis. Nam ſicut tunc ꝓpter filios qdem iſrael a deo fuerat præparatum frumẽtum illud:erogatũ eſt aũt etiam Aegyptiis:ſic euãgelium ſanctis quidem fuerat præparatum:tñ prædicatum eſt etiam infidelibus & iniqs. Ex tunc quærebat oportunitatem ut traderet eum. Qualem aũt oportunitatem quærebat Iudas:Lucas manifeſtius explanauit dicens. Et quærebat oportunitatẽ ut traderet eum eis ſine turba:id eſt qñ populus nõ erat circa eum:ſed ſecretus erat cum diſcipulis ſuis. Quod & fecit eũ tradẽs poſt cœnam cum ſecretus eſſet in prædio. Geſſemani. Arbitrabatur enim Iudas oportunitatem ſibi eſſe poſt pactum qđ fecit:quando cum multitudine non erat Ieſus. Et uide niſi uſq; nũc oportunitas iſta uidetur proditoribus uerbi ueritatis qui uolunt prodere Chriſtum deum uerbum in tpe pſecutionis chriſtianoꝝ:qñ multitudo credentiũ non eſt circa uerbum ueritatis: nec põt impedire aut ꝓhibere pſecutores: maxime ubi pauci fideles hñtur. Et cum ſit oium rerum tps: Salomone dicente: Tps pariendi:& tps moriendi:& cætera. tps ꝓditoꝝ ueritatis ꝓprium:hoc eſt qñ non ſunt circa chriſtum multi fideles. Prima autem azimoꝝ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes ei. Vbi uis paremus tibi paſcha manducare? Ieſus autem dixit. Ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei:& cætera. Apud Marcum autem ſic dicit. Et prima die azimorum quando paſcha ĩmolabatur: dicunt ei diſcipuli eius. Quo uis eamus & præparemus tibi ut manducemus paſcha? Et miſit duos ex diſcipulis ſuis:dicens. Ite in ciuitatẽ: & ingredientibus uobis occurret uobis homo amphorã aquæ portans:& ubicunq; ingreſſus fuerit:dicite patrifamilias. Magiſter dicit ubi eſt diuerſoriũ meum:ubi cum diſcipulis meis mãducẽ paſcha? Et ipſe uobis oſtendet locũ in ſupioribus ſtratũ magnum

paratū: illic parate nobis. Sic ergo apparet quod una eademq; dies erat paſchæ: quando oportebat imolare paſcha azimorum: & quando oportebat tollere fermentum uetus: & azima manducare cum carnibus agni. Et dies quidem paſchæ una erat azimorum autem. VII. cōnumerata uidelicet die paſchæ: cum cæteris ſex. Secundum hæc forſitan aliquis imperitorum requiret cadens ī ebioniſmum: ex eo ꝙ Ieſus celebrauit more iudaico paſcha corporaliter ſicut & primam diem azimorum & paſcha dicēs: quia cōuenit & nos imitatores Chriſti ſimiliter facere non conſiderans quoniam Ieſus cum ueniſſet temporis plenitudo & miſſus fuiſſet: factus ē de muliere: factus ē ſub lege: nō ut eos q ſub lege erant ſub lege relinq̃ret: ſed ut educeret eos ex lege. Si ergo ideo uenit ut educeret eos q erāt ſub lege: quāto magis nō cōuenit illos introire in legē q prius fuerat extra legem? Ergo de litera quidem egrediuntur legis. Infra uirtutem autem ſpiritalem legem conſtituti: ſpiritualiter celebrantes implemus omnia quæ illic corporaliter celebranda mandantur. Expellimus enim uetus fermētū malitiæ: & nequitiæ & in azimis ſinceritatis & ueritatis celebramus paſcha Chriſto nobiſcum coepulante ſm uoluntatem agni dicentis. Niſi manducaueritis carnem meam: & biberitis ſanguinem meum: non habebitis uitā manentem in uobis. Qui tulit peccatum mundi & prohibet uerum exterminatorem non ſolius ægypti: ſed totius generis humani exterminatorem tangere nos: celebrantes feſtiuitatem paſchæ ſecū. Et aſcendimus ipſo dño nobiſcū conſtituto ab inferioribus ad locum ſuperiorē: in quo diuerſorium eſt quod demonſtratur ab intellectu qui eſt in unoquoq; homine paterfamilias diſcipulis Chriſti. Hæc aūt domus ſupior ſit nobis magna ut capiat Ieſum uerbū dei & ſapientiam: & ueritatem: & omne quod eſt filius dei qui non capitur niſi a magnis ſenſu: Et ſit domus hæc ꝑparata a patrefamilias intellectu filio dei: non ſolum i loco ſuperiori: nec tantummodo magna: ſed etiam mūdata nullo modo haēbs malitiæ ſordes: quaſi a ſcopis legis coadunatas atq; proiectas. Sit domus iſta & i ciuitate dei id eſt in eccleſia. Sit autem domus illius princeps nō qualibuſcūq; cognitū hñs nomen. Ideo & myſtice dicit Ieſus: ite ad quēdā. Et illi dicant: qui chriſto præparant paſcha. Magiſter dicit apud te faciam paſcha cum diſcipulis meis Annuncient ēt pr̄ifamilias illi & qđ dicit. Magiſter dicit. Vbi eſt diuerſoriū ubi cum diſcipulis meis manducem paſcha: ut paterfamilias ille qui præparat diuerſoriū Ieſu & diſcipulis eius aſcendat locū ſuperiorē: & ſtratū: & paratū: & magnū: ut ueniens illuc Ieſus feſtinet cū diſcipulis ſuis. Ego aūt puto ꝙ homo qui ingredientibus diſcipulis in ciuitate occurrit eis amphorā aquæ portans quem uoluit Ieſus ut ſequerent diſcipuli eius euntē in domū: qui ſubtilem illam aquam domui apportabat: ut nō ſolum eſſet mundata ſed ēt aquis plenius eluta. Et erat quidam miniſtrans patrifamilias: id eſt intellectui portans mundatoriā aquam in fictili uaſe: ut ſublimitas uirtutis ſit dei. Aut certe potabilem aquam ſubminiſtrabat in illo fictili uaſe: ut filius qdem dei generationē præbeat uitis. Ille aūt intellectus miniſter ex lege & ꝓphetis aquā portat quæ miſceat cum uino euangelici uerbi. Nos ergo q optamus de eccleſia eſſe uolentes celebrare paſcha cum Ieſu ſequamur hominem illum qui uas baiulat hmōi aquæ quem puto eſſe Moyſen legis datorē ſpiritalem doctrinā portantē in corporalibus hiſtoriis. Qui aūt accedunt ad legem & ꝓphetas quaſi ad eloquia ipſius dei: non aūt ſequunt eum ſpiritualiter qui uas baiulat aquæ uiuæ: nō celebrant paſcha cum Ieſu: nec calicem bibunt noui teſtamenti. Præparant aūt diſcipuli paſcha Ieſu: & poſt ſermones diſcipulorum qbus cathezizauerunt patremfamilias id eſt intellectū ueniat & diuinitas unigeniti copulans diſcipulis ſuis in domo prædicta. Scire tñ debemus qm̄ qui in epulationibus & ſollicitudinibus ſæcularibus ſunt: nō aſcendunt in domum illam ſuperiorē: nec uident magnitudinē eius: nec conſiderant ſtratus illius ornatū. Propterea nec celebrant cum Ieſu paſcha: nec accipiunt panem benedictiōis ab eo: nec calicem noui teſtamenti. Veſpere autem facto diſcubuit cum diſcipulis ſuis: & edentibus eis dixit. Amen dico uobis qm̄ unus ex uobis tradet me. Diſcipulis edentibus paſcha ſm legis mādatum dixit Ieſus: qui ſciebat qđ eſſet in hoie: & ꝓpterea non habebat opus ut aliquis teſtimonium daret ei de hoie: & dixit de Iuda cum conſueto ſibi iureiurādo. Amen dico uobis qm̄ unus ex uobis me tradet. Cum enim potuiſſet a principio ꝓditorem ſpāliter demonſtrare: hoc quidem non fecit: dixit autem generaliter: ꝙ unus ex uobis me tradet ut teſtimonio percuſſi cordis ſingulorum qualitas probaretur: ut & diſcipulorum oſtenderet bonitatem: quia plus credebant uerbis chriſti: q̃ conſcientiæ ſuæ: & Iudæ malitiæ: q̄a nec cognitori conſiliorum ſuorum credebat ut turbaret: aut triſtaretur. Aeſtimo quia in primis putauit latere quaſi hoiem. Qui poſtq̃ uidit conſcientiam ſuam notam Chriſto: amplexus eſt occultationem poſitam in uerbis ipſius: quorum primum infidelitatis erat: ſcdm autē impudentiæ. Et contriſtati nimis cœperunt ſinguli dicere. Nūquid ego ſum domine? Quæret aūt aliquis quomodo ſi bonæ conſcientiæ erāt undecim apoſtoli: quia mundi erant ab omni proditione magiſtri: ut qđ contriſtati ſunt de auditu: Quaſi potuiſſet fieri ut unus eſſet ex ipſis de quo dicebatur? Aeſtimo autem qm̄ unuſquiſq; diſcipulorum ſciebat ex his quæ docuerat Ieſus qm̄ mutabilis: & ad malum uertibilis eſt natura humana. Et qm̄ in colluctatione aduerſus principatus & poteſtates: & rectores huius mundi tenebrarū: pōt fieri: ut decidat homo aut circūuētus: aut uim paſſus ab aduerſariis uirtutibus ad malum ꝓficiendum. Hoc ergo conſiderantes unuſquiſq; diſcipulorum ne forte ipſe eſſet: qui præcognitus erat proditor contriſtati ſunt ualde: propterea ꝙ dictum fuerat eis: unus ex uobis me tradet. Et cœperunt dicere quaſi neſcientes ſinguli futurum de ſe. Nunquid ego ſum domine? Si autem habet rationem quoniam propter hanc cauſam timens unuſquiſq; eorum dixit: nunquid ego ſum domine? de omnibus futuris timendum eſt nobis infirmis qui nōdum ſapientiam perfectionis accepimus: ſm quam dicit Apoſtolus. Confido enim quia neq; mors: neq; uita: & cætera: poteſt nos ſeparare a charitate dei quæ eſt in chriſto Ieſu. Qui autem nōdum perfectus eſt dubitat de ſeipſo quaſi poſſit & cadere. Secundum quam infirmitatem humanam ſcribens corinthiis Paulus dicebat. Sed caſtigo corpus meum: & ſeruituti redigo: ne forte cum aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar. Et uide quod dicit: ne forte cū aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar: ſic pronunciat quaſi timens

ne forte

ne forte & cadere poſſit: & reprobus fieri. Quod autem dixit confido & cætera: confidétis hominis infirmi eſt propter ſuam perfectionem: quoniam mille contraria ſeparare eum a charitate Chriſti non ualeant. Quod autem apoſtoli adhuc erant infirmi/ & iuſte timebát: manifeſtum eſt ex eo quod dicit qui ſciebat propoſitum ſingulorum. Quoniam omnes uos ſcádalum patiemini in me in hac nocte. Et ꝙ ꝓponés quis meliora aliquotiens ad malitiam tráſuertitur uictus in colluctatione contrarium uirtutum/ manifeſtum eſt ex eo quod ſcriptum eſt de Petro: quoniam ipſe quidem conſiderans propoſitum ſuum qualem circa Chriſtum haberet affectum/ reſpondit: non cum ſimulatione: ſed ex ueritate cordis ſui quantum ad ſe quoniam ſi omnes ſcandelizati fuerint: ego ſolus non ſcandalizabor. Saluator autem ſciens infirmum eum in ſuis promiſſionibus fore: & quoniam breuis timor hominis facturus eſſet eum recedere a propoſito meliori: dixit ad eum. Amé dico tibi quoniam in hac nocte priuſq̃ gallus cátet: ter me negabis. Et talibus nó eſt importunum dicere ſemper: ne glorieris in dño: nec enim ſcis quid pariat dies ſuperuentura. Et Paulus ſimiliter. Fratres (inquit) ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui ſpiritales eſtis confirmate huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis: conſiderantes ne & uos téptemini. Docens quoniam incertus eſt exitus noſter de nobis q̃uis forte meliorum propoſitum habeamus. Hæc autem omnia recordantes quoniam neſcimus qd pariat nobis dies ſuperuentura: non inflabimur neq; ſuperbiemus: neq; gloriabimur aliquando: q̃uis ſciamus nos multa bona habere: ſicut & Paulus cum dixiſſet de ſe nihil mihi conſcius ſum. ſuperaddit: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: tanq̃ ſciens deum ſacrificantem quos ꝑcognoſcit & quos prædeſtinauit uocantem. Qui intingit mecum manum in parapſide: hic me tradet. Videns eos de ſeipſis timentes: demonſtrauit proditorem idicio propheticæ uocis dicentis. Qui mãducat panem meum mecum: amplificauit aduerſus me ſupplantationé. Nec enĩ diſcrepat illud ab hoc quod dicit. Qui intigit mecum manum in parapſide: hic me tradet. Et hoc quoq; conſiderándum eſt quid utiq; nos uolens docere ſaluator ſignũ dat diſcipulis de Iuda proditore: ex eo ꝙ cum Ieſu manum ſuam in parapſidem intuliſſet. In quam ſicut æſtimo intigebãt carnes paſcha edentes. Aeſtimo autem ꝙ malitiam eius multam manifeſtá facere uolens hoc dixit. Quoniam quem ſuſcepit ad menſam cõmunem: & cõmanducauit ei forte quia a principio bene agebat. ipſe Ieſum prodidit tantis honoribus ſe complectentem: & neq; ſalis eiuſdem: neq; menſæ: neq; panis cõmunicati memor eſt factus/ ſed omnia illa tranſgrediens ꝓpter triginta ſtaterum ꝓmiſſionem: tradidit largitorem tantorum bonorum. Et hæc eſt uere propria conſuetudo hominum nimis malorum: ut poſt ſalem & pané inſidientur hominibus maxime nihil nocentibus eis cum quibus cõmunicauerunt panem & ſalem. Deniq; Daniel de quibuſdam huiuſmodi hominibus feralibus: & ualde malis ita ꝓphetans dicebat. Super menſam unam falſa loquentur. Si autem potes ſpiritalem menſam & cibum ſpiritalem & dominicam intelligere cœnã quibus omnibus dignificatus fuerat a Chriſto: abundantius uidebis multitudinem malitiarum eius quibus magiſtrũ cum cibo diuinæ menſæ & calicis: & hoc in die paſchæ tradidit ſaluatorem. Nõ recordatus nec in corporalibus bonis magiſtri dilectionem: nec in ſpiritalibus doctrinam eius ſine inuidia ſemper cõmunicatam. Tales ſunt omnes in eccleſia qui inſidiantur fratribus ſuis cum quibus ad eandem menſam corporis Chriſti: & ad eundem potum ſanguinis eius frequenter ſimul fuerunt. Si autem oportet & ipſius parapſidis interpretationem accipere: nos quidem ab huiuſmodi nos abſtineamus: ne aliquid frigidum quibuſdam dicere uideamur. Tamen qui uult etiam in hoc aliquid inuenire morale: conſideret in lege ubi dona a principibus ſingularum tribuum offeruntur in dedicatione altaris. Forte intelliget ibi etiam parapſidem aliquid eſſe intelligendam. In prima (inquit) die obtulit donum ſuum Naaſon filius Aminadab priceps tribus Iuda. Et obtulit donum ſuum parapſidem argenteam ſiclorum triginta & centũ pondus eius & fialam uná argenteam ſiclorum ſeptuaginta: ſm ſiclum ſanctum. Et filius quidem hominis uadit ſicut ſcriptum eſt de eo: uæh autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Et Ieſus quidem ſm ꝙ uidebatur ibat paſſus per crucem: ſm autem ꝙ uere erat: & ibat: & remanebat in mundo cum diſcipulis ſuis cuſtodiens eos in fide. Nec enim potuiſſent ꝑmanere in fide ipſius præcipue cum mortuum eum uidiſſent: niſi ab ipſo inuiſibiliter cuſtodita fuiſſent corda eorum. Et non dixit uæh homini illi a quo traditur: ſed per quem tradit: oſtẽdens alterum a quo tradebatur id eſt a diabolo. Ipſum autem Iudam miniſtrum eſſe traditionis. Væh autem non ſolum Iudæ: ſed omnibus proditoribus Chriſti. Quicũq; enim diſcipulos Chriſti tradit ipſum Chriſtum tradit. Propterea a diabolo quidem traduntur: tamen per homines illos. Et ideo uæh illis. Nam ſi omnem malitiam in hoibus diabolus per hoies opatur: & quicũq; iterficiat ab aliquo & ſi nõ ab ipſo: tñ per ipm eſt iterfectus. Et ſi iudex aliqué interfecerit iniuſte mortis ſniam ferens in aliquẽ ſciendum eſt quia ipſe locum diabolo dans in ſe miniſtrũ ſe præbuit diabolo ad interfectionem hominis innocentis. Bonum erat ei non fuiſſet malus homo ille. Hoc eſt illi bonum erat ſi natus non fuiſſet: quia nec hoc bono fuerat dignus ut non naſceretur. Sed quoniam aptus fuerat ex arbitrio ſuo ut hoc miniſterium proditionis conſummaretur per eum: ideo natus eſt malo ſuo: ut i malum quod ſm ꝓpoſitum ſuum merebatur incideret. Reſpondés autem Iudas dixit. Nunquid ego ſum rabi? Et uide quoniã expectans Iudas tantum ſermonem Chriſti de ſe: non præcidit narrationem eius ſua rñſione: ſed poſt oẽs rñdit dicẽs. Nunqd ego ſum rabi? Non ex affectu diſcẽdi: ſm conſuetudiné noiandi magſm: eum uocauit magiſter. Quaſi ſubſanans eum quia uocabatur magiſter: eum non eſſe hoc uocabulo dignum. Et dixit ei Ieſus. Tu dixiſti. Vt ex ore ipſius iudicaret eum quoniam ille quaſi dubitás dixerat: nunquid ego ſum rabi? Non quidem ſm conſcientiã dubitans: ſed fingens ſe de hoc dubitare. Non enim habebat ipſum timorem quem cæteri apoſtoli habuerunt. Sed ille ſine timore: quaſi timens dicebat. Et ideo forſitan poſt omnium apoſtolorum ſingillatim interrogatiões & poſt Chriſti narrationem de ipſo: uix aliquando & ipſe interrogauit quaſi ex cogitatu quodam: & uerſuto conſilio ut ſimilia cæteris apoſtolis interrogando: celaret interim ꝓditionis ſuæ conſilium. Nam uera triſtitia & urgens non ſu

ſtinet moram: ſicut nec apoſtolorum ſuſtinuit. Edentibus autem eis accipiens Ieſus panem: & gratias agens: fregit: & dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite & manducate. Hoc eſt enim corpus meum. Et accipiens calicem: & gratias agens dedit eis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti qui ꝓ multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Panis iſte quem deus uerbum: corpus ſuum eſſe fatetur: uerbum eſt nutritorium animarum. Verbum de deo uerbo procedens: & panis de pane cœleſti qui poſitus eſt ſuper menſam de qua ſcriptum eſt. Præparaſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Et potus iſte quem deus uerbum ſanguinē ſuum fatetur uerbum eſt potans: & inebrians præclare corda bibentium: qui eſt in poculo de quo ſcriptum eſt. Et poculum tuum inebrians q̄ præclarū eſt. Et eſt potus iſte generatio uitis ueræ: quæ dicit: ego ſum uitis uera. Et eſt ſanguis uuæ illius quæ miſſa in torcular paſſionis protulit potum hunc. Sic & panis eſt uerbum Chriſti factum de tritico illo quod cadens in terram bonam multum reddit fructum. Cur autem non dixit hic eſt panis noui teſtamenti ſicut dixit: hic eſt ſanguis noui teſtamenti? Quoniam panis eſt uerbum iuſtitiæ qua manducantes animæ nutriuntur. Potus autem eſt uerbum agnitionis Chriſti: ſm myſterium eius natiuitatis & paſſionis. Quoniam ergo teſtamentum dei in ſanguine paſſionis Chriſti poſitū eſt ad nos: ut credentes filium dei natum & paſſum ſm carnem: ſalui efficiamur non in iuſtitia in qua ſola ſine fide paſſionis Chriſti ſalus eſſe non poterat: ideo tantum de calice dictum eſt: hic eſt calix teſtamenti. Amen dico uobis ꝙ amodo non bibam de generatione uitis huius: niſi cum bibam illud uobiſcum nouum in regno patris mei. Sed & de pane dictum eſt apud Lucam ſimiliter. Deſiderio deſideraui hoc paſca manducare uobiſcum. Dico uobis ꝙ amodo non mãducabo illud: niſi impletum in regno dei. Ergo manducabit ſaluator: & bibet panem illum: & potum paſchalem renouatum in regno dei: & manducabit/ & bibet cum diſcipulis ſuis. Sicut enim non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum humiliauit uſq; ad mortem: ſic manducabit panem & bibet de generatione uitis: & bibet nouum: & propter multam bonitatem ſuam: & dilectionem hominum manducabit & bibet cum diſcipulis ſuis: cum tradiderit regnum deo & patri. Attende enim quod dicit: cum bibero ipſum uobiſcum nouum non alio tempore niſi in regno patris mei. Et alias autem non regnum dei eſca & potus. corporaliter enim & ſm ſimilitudinem ꝑſentis cibi & potus non eſt regnum dei eſca & potus his qui exibuerunt ſe dignos pane cœleſti & pane angelorum: & eſca illa de qua dicit ſaluator: mea eſca eſt ut faciam uoluntatem eius qui me miſit & perficiam opus eius. Quoniam autem in regno dei mãducabimus: & bibemus ex multis locis ſcripturaꝝ eſt demonſtrare præcipue ex eo ꝙ ſcriptū eſt. Beatus q mãducauerit panē in regno dei. Ergo iplebit̃ in regno dei hoc paſcha & mãducabit eū Ieſus cū diſcipulis ſuis: & bibet. Et q̄n qd dicit Apoſtolus: nemo uos iudicet i eſca & i potu & cætera quæ ſunt umbra futuroꝝ reuelationē hēt ad futura myſteria de eſcis & potibus ſpiritalibus quoꝝ umbra fuerūt que de eſcis & potibus i lege fuerant ſcripta manifeſtum eſt autē q̄n ueram eſcam/ & ueꝝ potum manducabimus/ & bibemus in regno dei ædificãtes ꝑ ea & confortãtes ueriſſimã illã uitam. Et qd dicit accipiēs Ieſus panem ſimiliter & accipiēs calicem q paruulus qdem eſt in Chriſto: & in Chriſto adhuc carnalis intelligat cõmuniter. Prudētior aūt quærat: a quo accipiēs Ieſus. deo enim dãte accipit & dat eis q digni ſunt a deo accipe panem & calicē. Quomodo aūt dat deus panem: ſignificat & Iacob dicēs Si fuerit dn̄s meus mecū: & dederit mihi panem ad mãducandum: & ueſtimentū ad ueſtiendū: omnia quæcūq; mihi dn̄e dederis decimam decimabo tibi. Itē ſcriptū eſt i euãgelio ſm Ioãnem. Non Moyſes dedit uobis panē: ſed pater meus dat uobis panē de cœlo ueꝝ. Et ſemꝑ Ieſus his q ſecū pariter agūt feſtiuitatem: accipiēs panem a patre gratias agit/ & frangit: & dat diſcipulis ſm ꝙ unuſquiſq; eoꝝ capit accipe: & dat dicens. Accipite & manducate. Et oſtēdit q̄n eos hoc pane nutrit ꝓprium eſſe corpus: cū ſit ipſe uerbum qd & nunc neceſſarium habemus: & cum fuerint in regno dei impletum: ſed nūc qdem nondū impletum tunc aūt impletum: cū & nos præparati fuerimus ad capiēdum paſca plenum: qd uenit ut impleat q non uenit ſoluere legē: ſed adimplere. Et nūc qdem implere q̄ſi ꝑ ſpeculū in ænigmate impletionis: tunc aūt facie in faciē implere: cū uenerit qd ꝑfectum eſt. Si ergo & nos uolumus panē benedictionis accipe ab Ieſu q cõſuetus eſt eum dare: eam⁹ in ciuitatem in domū cuiuſdã: ubi facit Ieſus paſca cum diſcipulis ſuis præꝑantibus ipſum notis ipſius. Et aſcēdamus ad ſuꝑiorem partem domus magnam: & ſtratam: & præparatam. Vbi accipiens a patre calicē: & gratias agēs: dat eis q cū ipſo aſcenderit dicens. Bibite qa hic eſt ſanguis me⁹ noui teſtamēti: q & bibitur & effunditur: bibitur qdem a diſcipulis: effunditur aūt in remiſſionē peccatoꝝ cõmiſſoꝝ ab eis a qbus bibit̃: & effunditur. Si aūt q̄ris quomodo etiam effunditur: diſcute cū hoc uerbo etiam qd ſcriptū eſt. Quoniã charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris. Si aūt ſanguis teſtamenti infuſus eſt in corda nr̃a in remiſſionem peccatoꝝ noſtroꝝ effuſo eo potabili ſanguine in corda noſtra remittuntur: & delent̃ oia quæ geſſimus ãte peccata. Ipſe aūt q accepto calice dicit bibite ex hoc oēs: nobis bibentibus nõ diſcedit a nobis: ſed bibit eū nobiſcū cū ſit i ſingulis ipſe. Quoniam non poſſumus ſoli: & ſine eo uel manducare de pane illo: uel bibere de generatiōe illius uitis ueræ. Nec mireris quoniam ipſe eſt & panis: & manducat nobiſcum panem: ipſe eſt & potus generationis de uite: & bibit nobiſcum. Omnipotens enim eſt uerbum dei: & diuerſis appellationibus nūcupatur: & innumerabilis eſt ipſe ſm multitudinē uirtutū: cum ſit ois uirt⁹ unus & ipſe. Deinde docebat diſcipulos qui feſtiuitatem celebrauerant cū magiſtro: & acceperant bn̄dictionis panem & manducauerãt corpus uerbi: & biberãt calicem gratiarum actionis: pro his oībus hymnū dicere patri: & de alto tranſire in altum: quia fidelis nõ poteſt aliquã do aliquid agere in conualle. Propterea aſcēderūt in montem olïueti: in quo unaquæq; oliua quaſi arbor faciens fructum dicere põt. Ego aūt ſicut oliua fructifera in domo dei. Et q nondum ſunt facti quaſi oliua fructifera in domo dei: ſed ſunt adhuc quaſi nouella oliuaꝝ in circuitu menſæ ſpiritualis patris ſui: poſſunt eſſe in monte olïueti: de quo prophetat & Zacharias. Et q̄ apte mons miſericordiæ eſt electus: ubi prænūciaturus fuerat ſcãdalum ifirmitatis diſcipuloꝝ ſuoꝝ:

quia non

quia non optabat ut fieret:ſed prænunciabat q̃ erat futu
rum iam tunc ꝑparatus:nõ ut repelleret diſcipulos diſce/
dentes:ſed ut reciperet conuertentes. Tunc dicit eis Ieſus.
Omnes uos ſcãdalum patiemini in me in hac nocte.Scri/
ptum eſt enim.Percutiam paſtorem:& diſpergẽtur oues
gregis . Cum autẽ ſurrexero præcedam uos in galilæam:
Qui ſcandalizant:non in die ſcandalizãtur/ſed in nocte:
& in nocte illa in qua proditur Chriſtus. Sic enim & Pe/
trus denegans:nõ in die denegat/ſed in nocte. Et in nocte
cui nondum ꝑparauerat lux. Ante centum enim galli ne/
gat. Siquis aũt quærat q̃uo poſt tanta & talia ſigna:& ꝓ/
digia:& ſermones nõ ex iferiori uirtute:q̃ ex qua facta fue/
rant ſigna:& prodigia:dictos:ſcandalizant diſcipuli:ſciat
quia uult oſtendere per hæc ſermo:q̃m ſicut nemo poteſt
dicere dñm Ieſum niſi in ſpiritu ſancto:ſic nemo põt ſine
ſcandalo etiam ſine ſpiritu ſancto. Quando aũt implebat
qd' dixerat Ieſus:omnes uos ſcandalum patiemini in hac
nocte:nondum datus erat ſpiritus ſanctus adhuc:q̃m Ie/
ſus nõdum fuerat honorificatus. Nos aũt poſtq̃ confeſſi
fuerimus dominum Ieſum in ſpũ ſancto:q̃m qui ſpũ dei
aguntur:hi filii dei ſunt:ſi poſt ſpiritum ſanctum ſcanda/
dalum paſſi fuerimus:aut denegauerimus non habemus
excuſationis locum:quaſi ſcandalizati ſine ſpũ ſancto:aut
denegantes ſine ſpũ ſancto. Et ille q̃dem ſcandalizati ſunt
quaſi adhuc conſiſtentes in nocte:nobis aũt iam nox re/
mota eſt:dies aũt appropinquauit. Propter quod dicitur.
Sicut in die honeſte ambulemus. Qui aũt honeſte ambu
lat in luce eſt:nõ denegat Chriſtum:quia nõ eſt in nocte.
Adhuc aũt ideo illi ſcãdalizati ſunt in nocte:ſicut dñs ipſe
teſtatur:q̃ſi ſm ſcripturam pro nobis omnibus pater fi/
lio unico non pepercit:ſed tradidit eum pro nobis in paſ/
ſionem:ut ad modicum diſpergantur oues gregis ſcanda
lum paſſi:poſt hoc aũt congregentur a reſurgẽte Chriſto:
& præcedente eos in galilæã:ut gentium populus qui ſe/
debat in tenebris uideat lumen magnũ:& qui in regione
& umbra mortis:lux eis oriatur. Reſpondens aũt Petrus
dixit ei. Si omnes ſcandalizati fuerint:ego nunq̃ ſcandali/
zabor. Dixit ei Ieſus. Amen dico tibi:quoniam in iſta no/
cte priuſq̃ gallus cantet ter me negabis. Dicit ei Petrus. Et
ſi oportuerit me tecum mori non te negabo. Similiter &
omnes diſcipuli dixerunt. Dicit Apoſtolus in epiſtola ad
Romanos. Si aũt deus uerax:omnis aũt homo mendax:
ſicut ſcriptum eſt:non percipiens omnem hominem fieri
mendacem:ſed ꝓnuncians eſſe mendacem:pſalmo dicen/
te. Ego dixi in exceſſu mentis meæ omnis homo mẽdax:
hic aũt Petrus audiens ſaluatorem dicentem:omnes uos
ſcandalum patiemini in me in hac nocte:dñm noſtrum
profitebatur facere mendacem per ea quæ ſibi confidens
dicebat:ſi oẽs ſcãdalizati fuerint,ego nõ ſcãdalizabor:nõ
conſiderans q̃m qui dixit:ego ſum ueritas:mentiri nõ po/
terat. Propter hoc ſicut æſtimo oẽs quidem diſcipuli ſcan
dalizati ſunt tñ in Ieſum:Petrus aũt qui æſtimauit men/
dacem poſſe facere ueritatem:nõ tñ ſcandalizatus eſt:ſed
ẽt derelictus ꝑ audaciam ſuam ꝓmiſſionem:iuxta ſcanda
lum ẽt denegauit. Et q̃m nõ ſolum incõſiderate:ſed pene
etiam impie dixit:& ſi oẽs ſcãdalizati fuerint in te:ego nõ
ſcandalizabor:nec cogitãs lubricam naturam humanam:
magnum protulit uerbum:ideo nec ad modicum eſt de/
relictus:ut ſcilicet denegaret:uel ſemel denegaret:ſed abun
dantius derelinquitur:ut ter denegaret:ut arguatur auda/
cia promiſſionis eius per unam ancillam:& hoc uerbum
interrogãtem & dicẽtem. Et tu cum Ieſu galilæo eras. Et
denegauit coram oĩbus dicens. Neſcio quid dicis. Et ite/
rum denegauit nõ ſimpliciter ſed cum iuramẽto:ſed cum
deuotatione:quia neſcio hoĩem. Per hoc aũt inſtruimur
ut nunq̃ ſine conſideratione aliquid ꝓmittamus ſuper ha
bitudinem noſtram humanam:quaſi qui ualeamus Chri
ſti implere confeſſionem ex nobis:aut aliquid præceptoꝝ
dei:admonente nos Apoſtolo & dicente. Noli altum ſa/
pere:ſed time. Debuerat enim poſtq̃ audiuit:quia oẽs uos
ſcãdalum patiemini in hac nocte:& poſtulaſſe dñm:& di/
xiſſe. Et ſi omnes ſcandalalizati fuerint in te:eſto in me:ut
nõ ego ſcandalizer. Et dona mihi ꝑcipue gratiam hanc:ut
in tempore cum oẽs diſcipuli tui fuerint ſcãdalum paſſi:
ego in denegationẽ non cadam:nec ab initio ſcandalizer.
Si enim poſtulaſſet forſitan amotis ab eo ancillis:cæteriſq;
miniſtris nõ denegaſſet. Nec enim poterat fieri ut facta in/
terrogatione potuiſſet dicere dñm Ieſum in ſpiritu ſancto:
aut confeſſus fuiſſet:cum ſpiritus ſanctus nondum fuiſſet
datus. Quæres aũt ſi poſſibile erat ut nec ſcandalizaretur
ſemel ſaluatore dicente:quia omnes uos ſcãdalum patie/
mini in me. Ad quam quæſtionem aliquis reſpondebit:
q̃m neceſſe erat (ore ueriſſimo ꝑdicente:quia oẽs uos ſcan
dalizabimini) fieri qd' prædictum erat ab Ieſu. Alius autẽ
dicet. Quoniam qui exoratus a niniuitis quæ ꝑdixerat ꝑ
Ionam nõ fecit:ꝓpter pœnitentiam niniuitaꝝ:ſic poſſibi/
le fuit ut repelleret ẽt a Petro ſcandalum deprecante. Nũc
aũt promiſſio eius audax ex affectu quidem prompto:nõ
tñ prudenti:facta eſt ei cauſa ut nõ ſolum ſcandalizaretur:
uerũetiam ter denegaret. Quæres adhuc:ſi poſtq̃ audiuit
Ieſum dicẽtem. Amẽ dico tibi:priuſq̃ gallus cantet in hac
nocte:ter me negabis:nõ addidiſſet ſi fuerit mihi mori te/
cum non te negabo:ſed deprecatus fuiſſet:ut repelleret ab
eo præcognita ipſius denegatio:ſi forte non denegaſſet. Et
aliquis q̃dem dicit:q̃m locum quidem habebat depreca/
tio Petri:cum dixiſſet:oẽs uos ſcãdalum patiemini in me:
auxilium accipere ut ne ſcandalizaret. Nec enim cũ amen
ploratum fuerat dictum eſt:oẽs uos ſcãdalum patiemini.
Poſtq̃ aũt cum affirmatione iuramẽti ꝓnunciauit:nõ erat
poſſibile ut nõ denegaret. Si enim iuramẽtum erat Chriſti
amen:mentitus fuiſſet dicens:amen dico tibi:ſi uerum di/
xiſſet Petrus:quia nõ te negabo. Videntur aũt mihi cæteri di
ſcipuli Ieſu cum ꝓſpectu & cogitatu:qd' primum q̃dem
fuerat dictum:oẽs uos ſcandalum patiemini in me in hac
nocte:nihil dixiſſe:neq; profeſſos fuiſſe:quaſi nõ eẽnt ſcan
dalizandi. Videbant enim ueracem eſſe Ieſum hæc prædi/
centem. Ad hoc aũt q̃ ſoli dictum eſt Petro:amen dico ti/
bi:anteq̃ gallus cantet:ter me negabis:ꝓmiſerunt ſimiliter
& Petro. Et ſi fuerit nobis mori tecum:nõ te negabimus.
Quod Petrus quidem non cõuenienter fecit poſt chriſti
ꝓphetiam:de eo negaturo ter ante galli cãtum. Cæteri aũt
quaſi qui nõ erant comprehenſi in illa ꝓphetia:nec tene/
bantur in illis quæ ad Petrum fuerant dicta:reſponderũt
promittentes non promiſſionibus ſuis mendacem dñm
facere cupiẽtes:ſicut facere uoluit Petrus. Sicut enim cum
transfiguratus fuiſſet in monte excelſo:apparẽtibus in glo

ria ſimul cum Ieſu Moyſe & Helia dixit. Vis faciamus hic tria tabernacula: unum tibi: & unum Moyſi: & unũ Heliæ naſcentis quid loqueret: ſicut ſcriptura teſtatur de eo: ſic & hic neſciens quid loqueretur dixit: ſi fuerit mori mihi tecum non te negabo. Cum Ieſu enim mori pro nobis omnibus moriente ut nos uiuamus hominum non erat: quoniam omnes fuerant in peccatis: & omnes opus habebant ut pro eis alius moreretur: non ipſi pro aliis. Tunc uenit Ieſus cum illis in ꝓdium quod dicitur gethſemani. Scienti hebraicorum nominum iterpretationem: etiam nomen huius prædii quod uocant gethſemani ꝓdeſt ad manifeſtationem loci iſtius: quoniam nõ ſine cauſa poſitum eſt apud Matthæum: & Marcum etiam prædii nomen. Nos autem prætermittentes illud hoc ſolum ſuggerimus quomodo Ieſus cum diſcipulis uenit ad prædium hoc quod uocatur gethſemani accipiens eos ex loco illo in quo paſcha cum eis manducauit. Nec enim conueniebat cum proderetur, ab illo capi loco ubi cum diſcipulis manducauerat paſcha. Conueniebat autem & prius q̃ proderetur orare: & orandi eligere locum mundum ad orationem. Sciebat enim quoniam ſicut differt aer ab aere mundiore: ſic terra ſancti loci & ſanctioris: ſicut ſcriptum eſt. Locus in quo tu ſtas: terra ſancta eſt. Et quæras ſi præter affectum orantis: etiam ex loco orationis in quo quis orat fit oratio mundior & acceptabilior ſm ꝙ ſcriptum eſt. Domus mea: domus orationis uocabitur. De qua & alibi dicitur. Et exaudiuit de templo ſancto ſuo uocem meam. Et uir quidam iudaicus nec dubitat de huiuſmodi. Qui autem propter Chriſti doctrinam receſſit a iudaicis fabulis: & ab omnibus quæ corporaliter ab eis intelliguntur: dicit non propter locum fieri orationem diſtantem ab oratione: ſed quia melius eſt cum nullo orare q̃ cum malis orare. Ad demonſtrationem autem traditionis iſtius utetur exemplo: ꝙ Ieſus in domo Iairi ſacerdotis oraturus ꝓ mortua filia eius: omnes eiecit foras: & tres tantum elegit ſecum: qui & ſuper montem facti fuerant teſtes transfigurationis ipſius. Propter hoc enim & in eccleſiis Chriſti conſuetudo tenuit talis: ut qui manifeſti ſunt in magnis delictis eiiciantur ab oratione communi: ut ne modicum fermentum non ex corde mundo orantium totam unitatis conſperſionem & conſenſus corrumpat. Habet autẽ & hic ſenſus: quod iuſte obiiciatur his qui non quomodo debent ſic intelligunt: accipientes ſic occaſionem: ut dicant proximo ſuo. Ne appropinques mihi: quia mundus ſum. Quod fecit & phariſæus ad publicanum longe orantem: & pectus ſuum percutientem: & dicentem. Domine propitius eſto mihi peccatori. Menſurate ergo facere hoc debemus: ut nec cũ indignis oremus propter honorem orationis: ſm eum qui dixit. Si duo in nobis conuenerint in idipſum: de omni re quamcunq; petierint fiet eis. Nec inferiores ſpernamus nos præpotentes propter iactancie caſum: ſm eum qui dixit. Qui ſe exaltat humiliabitur. Hæc autem tractamus propterea ꝙ dictũ eſt. Sedete hic donec eo illuc orare. Accipiens aũt Petrum: & duos filios Zebedei: cœpit triſtari: & tediari: uel ſicut Marcus exponit: cœpit pauere & tediari. Hos ipſos aũt diſcipulos aſſumpſit: & ſup̃ montem cum eſſet transfigurandus: & ad filiam Iairi ſacerdotis. Et quæro ſi aliquid ſecretius forte uidit in tẽpore priuſq̃ pateretur Ieſus: & ibi uadens uoluit orare. Forſitan enĩ uidit aſſiſtẽs reges terræ: & principes cõgregatos in unum aduerſus dominum: & aduerſus ſe Chriſtũ eius. Propter quod quaſi multis illis cõſtitutis & in malicia potentibus cœpit triſtari: & tediari: uel & pauere. Et cõſidera quia nõ dixit triſtabatur & tediabatur: ſed cœpit triſtari & tediari. Multum enim intereſt inter triſtari & incipere triſtari. Si ergo aliquis defendẽs paſſiones humanas profert nobis etiam ipſum triſtatum fuiſſe Ieſum: audiat quoniã q̃ temptatus eſt per oĩa ſm ſimilitudinem præter peccatum hic non eſt triſtatus triſtitia paſſionis ipſius: ſed factus eſt ſm humanam naturam tantum in ipſo principio triſtitiæ & pauoris ut oſtendat diſcipulis ſuis præſentibus: maxime Petro magna de ſe æſtimanti: rebus ipſis quod poſtea eis dixit. Quia ſpiritus promptus eſt: caro autem infirma. & non eſt aliqñ cõfidendum in ea: ſed ſemper timẽdum de ea: quia incauta confidentia ad iactantiam ducit. Timor aũt iſfirmitatis ad auxiliũ dei cõfugere adhortat: ſicut & dñm ipſm paululũ ꝓgredi: & cadere in faciem, & orare. Ergo cœpit quidẽ triſtari ſm humanã naturã quæ talib⁹ paſſionib⁹ ſubdita eſt: nõ aũt ſm diuinã ueritatẽ quæ ab huiſmodi paſſiõe lõge remota eſt. Et hæc dicimus de Ieſu ut nõ arbitreris ſicut quædã hæreſes hoiem eũ fuiſſe: ſed deũ uerã humani corporis ſuſcepiſſe naturã: q̃ poterat cõpati infirmitatib⁹ noſtris, quoniam & ipſe circundat⁹ erat infirma natura humani corporis. Similiter & ipſe participans corpus & ſanguinem: quoniam & pueri de quibus dicit: ecce ego: & pueri quos mihi dedit deus participant carni & ſanguini. Videns ergo inſtans ſibi certamẽ quod non erat ei aduerſus carnem & ſanginem: ſed aduerſus tãtos reges terræ aſſiſtentes: & principes congregatos ĩ unũ aduerſus ſe quantos nunq̃: cœpit pauere: uel triſtari: nihil amplius triſtitiæ: uel pauoris patiens niſi principium tantum. Nec enim ſcriptum eſt: quia pauit: uel triſtatus eſt: ſed cœpit pauere & cœpit triſtari: quãdo & dixit triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Quod ipſum tale aliquid ſignificare uidetur: tanq̃ ſi dicat triſtitia cœpta eſt in me: ut nõ omnimodo ſm ſine guſtu triſtitiæ: non ſemper uſq; ad tempus mortis in me eſt: ut cum mortuus fuero peccato moriar & uniuerſæ triſtitiæ: cuius principium tantum fuit in me. Suſtinete hic & uigilate mecũ. Ac ſi dicat. Et ſi aliis diſcipulis dixi: ſedite hic: donec uado illuc orare: & adduxi uos tres uſq; huc: nolo uos ulterius ꝓgredi: necdũ enim poteſtis. Propter hoc manete hic uigilantes: ſicut & ego uigilo: ſciẽtes q̃m cæteros qdem iuſſi ſedere ibi quaſi inferiores: ab agone iſto ſeruãs eos ſecuros: uos aũt q̃ſi firmiores adduxi: ut mecũ cõlaboretis in uigiliis: & orationibus. Tamen & uos manete hic: ut unuſquiſq; in gradu ſuæ uocationis conſiſtat: quoniam & omnis gratia quãuis fuerit magna: habet & ſuperiorem. Quod autem hoc ſignificat dicens: manete hic. manifeſtum eſt ex eo quod in ſequentibus dicitur. Progreſſus autem puſillum cecidit in faciem ſuam. Propter quod maneamus ubi præcepit Ieſus ſecundũ ꝙ & Apoſtolus mandat. Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt: in hac maneat apud deum: ut omnia faciamus: ut cum eo pariter uigilemus qui non dormit: neq; dormitat cuſtodiens Iſrael. Ad hoc

autem adduxit eos maxime Petrum magna de ſe cōfidentem ut uideant:& audiant ubi eſt poſſe hominis:& quomodo impetratur. Videant quidem cadentem in faciē ſuam:audiant autem dicentem. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte a me:& diſcant non magna de ſe ſapere:ſed humilia æſtimare:nec ueloces eſſe ad promittendum:ſed ſolliciti ad orandum. Ideo & illos duxit qui uidebantur fideliores & fortes ſimiles Petro:in quibus ſimiliter facile poterat locum inuenire iactantia ꝓpter fiduciam fidei. Mediocres autem quātum ad periculum dico iactantiæ:ipſa fidei exiguitate muniti ſunt. Et ꝓgreſſus puſillum cecidit ī faciem ſuam orans:& dicens. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte a me. Qui dixit:diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde laudabiliter ſe humilians:& nunc cadit in faciem orans:& adhuc amplius poſtmodum humiliat ſe factus obediens uſq; ad mortem:quoniam precium exaltationis humilitas eſt. Nec enim exaltatur a deo niſi qui humiliauerit ſe propter deum. Cadit autem in faciem orans non multum progreſſus:ſed puſillum a tribus diſcipulis ſuis manentibus ſecum. Nolebat enim longe fieri ab eis:ſed iuxta eos cōſtitutus orare. Quod aūt dicit orās ſi poſſibile eſt trāſeat calix iſte a me:māifeſtās ī orōne ſuā deuotionem:quaſi dilectus filius & cōplacens diſpoſitionibus patris:addidit. Sed non ſicut ego uolo:ſed ſicut tu:docēs ut non oremus noſtram fieri uoluntatem:quando factū fuerit ut aliqd aliud uelimus q̄ deus. Pr̄ ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte a me:ſed non ſicut ego uolo:ſed ſicut tu. Secundum ꝙ cœpit pauere & triſtari ſm̄ illud:& orat calicē paſſiōis trāſire a ſe:ſed nō ſicut uult:ſed ſicut uult pr̄. Suſcipiens enim naturam carnis humanæ omnes proprietates impleuit:ut non in fantaſia habuiſſe carnem æſtimaretur:ſed in ueritate ſm̄ ꝙ in hoc loco orat calicem paſſionis trāſire a ſe:ſed nō ſicut uult ipſe:ſed ſicut uult pr̄. Quoniam proprium eſt omnis hominis fidelis:primum qdē nolle pati aliquid doloris:maxīe quod dicit uſq; ad mortem: quia homo eſt carnalis. Si autem ſic uoluerit deus:acqeſcere etiam contra uoluntatem ſuam:quia fidelis eſt:ne plus uideatur in ſe deſperare:q̄ in deum ſperare. Nam ſicut multum confidere non debemus:ne noſtram uirtutem uideamur ꝓfiteri:ſic multum puſillanimiter agere:& diffidere non debemus:ne dei adiutoris noſtri impotentiam uideamur pronunciare. Hæc ergo uoluntas quā dicit ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte a me:ſed non ſicut ego uolo:ſed ſicut tu:nō eſt ſm̄ ſubſtantiā eius diuinā & impoſſibilem:ſed ſm̄ naturam humanam eius:& infirmam. Altera autem iterpretatio loci huius eſt talis: quoniam quaſi filius charitatis dei:ſm̄ præſentiam qdem diligebat eos qui ex gentibus fuerant credituri: iudæos autē quaſi ſemen patrum ſanctorum:quorum adoptio & gloria/& teſtamenta/& repromiſſiones:diligebat quaſi ramos bonæ oliuæ. Diligens autem eos uidebat qualia erāt paſſuri petentes eum ad mortem: & Barrabam eligentes ad uitam: ideo dicebat dolens de eis. Pater ſi poſſiblie eſt tranſeat calix iſte a me. Rurſus reuocans ꝓ deſiderium ſuū & uidens quanta utilitas mundi totius eſſet futura per paſſionem ipſius:dicebat. Sed nō ſicut ego uolo:ſed ſicut tu. Videbat adhuc propter illum calicem paſſionis:etiam Iudam qui ex duodecim unus erat filium forte perditionis. Rurſus intelligebat per illum calicem paſſionis principatus:& poteſtates triūphandas ī corpore ſuo. Propter hos ergo quos in paſſione ſua nolebat perire dicebat. Pr̄ ſi poſſibile eſt trāſeat calix iſte a me. Propter ſalutē aūt totius humani generis quæ per mortem eius deo fuerat acquirenda: dicebat quaſi recogitans:ſed non ſicut ego uolo:ſed ſicut tu. Id ē ſi poſſibile eſt ut ſine paſſione mea omnia illa bona proueniant quæ per paſſionem meam ſunt prouentura:tranſeat paſſio hæc a me:ut & mundus ſaluetur:& iudæi in paſſione mea nō pereant. Si aūt ſine perditione quorundā:multorum ſalus non poteſt introduci quantum ad iuſtitiam tuam:non tranſeat ſicut ego uolo:ſed ſicut tu. Ac ſi dicat. Iſta quidem eſt mea uoluntas:ſed quoniam tua uoluntas multum eminentior eſt quaſi ingeniti dei quaſi patris omnium:ꝓpterea magis uolo tuā uoluntatē fieri:q̄ meā. Calicem autem hunc qui bibitur paſſionis in multis locis noīat ſcriptura:præcipue q a martyribus ꝓprie bibit:ſicut eſt ibi. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam & nomen dn̄i inuocabo. Si ergo calix ſalutaris calix martyrii eſt:neceſſe eſt ut ſaluemus calicem illum:totum illum bibentes:quia calix eſt ſalutaris:ut nihil fundamus ex eo. Bibit ergo calicē totum qui patitur pro teſtimonio quicquid fuerit ei illatum. Effundit autem accipiens qui uocatus ad martyrium denegat ne aliquid patiatur. Eſt & alterius generis calix iebrians quem bibit quis poſtquam manducauerit præparatā ſibi menſam a deo aduerſus illos qui tribulant iuſtū. Notandum eſt autem quoniam Marcus quidē & Lucas hoc ipſum ſcripſerunt qui & temptatum exponunt a diabolo Ieſum. Ioannes autem paſſionem quidem exponit quēadmodum alii:orantem Ieſum ut tranſiret ab eo calix nō introducit:ſicut nec temptatum exponit a diabolo Ieſum. Cauſam autem hanc arbitror eſſe:quoniam hi quidē magis ſecundum humanam eius naturam exponunt de eo:q̄ ſm̄ diuinam: Ioannes autem magis ſm̄ diuinam q̄ ſm̄ humanam interpretabatur naturam: diuinitas autem intemptabilis erat. Ideo tres quidem euāgeliſtæ expoſuerūt temptatum:Ioannes autē ſm̄ ꝙ cœperat in pricipio erat uerbum:& uerbum erat apud deum:& deus erat uerbum neſcit deum uerbum poſſe temptari. Sic & hic tres quidē iſti retulerunt Ieſum poſtulaſſe a patre ut tranſiret calix ab eo:quoniam& ꝓprium hominis erat quātū ad infirmitatem pertinet carnis:uelle euadere paſſionem. Ioānes autē propoſitum habens exponere Ieſum deum uerbū: ſciens quia ipſe eſt uita & reſurrectio:neſcit deum impaſſibilem refugerē paſſionē. Et uenit ad diſcipulos ſuos/& iuenit eos dormiētes & dixit Petro. Sic nō potuiſtis una hora uigilare mecū. Vigilate:& orate ne intretis in temptationem. Quādiu quidem affuit Ieſus diſcipulis ſuis:non dormierunt. Puſillum autem progrediente eo ab eis:nec una hora potuerunt uigilare eo abſente. Propter quod oremus ut nec modicum aliquando Ieſus progrediatur a nobis: ſed impleat quod promiſit in nobis dicens. Ecce ego uobiſcum ero omnibus diebus uſq; ad conſumationem ſæculi. Sic enim uigilabimus eo excutiente ſomnum ab anima noſtra ſine quo poſſibile non eſt implere mandatum quod dicit:ne des ſomnum oculis tuis:aut palpebris tuis dormitationem:ut euadas ſicut damula ex rhetibus/& ſicut auis ex laqueo. Tamen ueniens ad diſcipulos & inueniens dormientes: ſuſcitat eos uerbo ad audiendum: ut

iam quaſi audientibus dicat quod dicit ſic. Nõ potuiſtis
una hora uigilare mecum. Præcipit autem uigilare: ut uigi/
lantes oremus. Vigilat autem qui facit opera bona. Vigilat
qui ſollicite agit de fidei ueritate: ne in aliquod tenebro/
ſum dogma incurrat. Qui enim ſic uigilans orat illius ex/
auditur oratio. Hoc enim ſignificat dicẽs. Vigilate/& ora/
te: ut primum uigilemus: & ſic uigilantes oremus. Vt ne
intretis in temptationem. Hoc ſm quod multi intelligũt
tale eſt. Ac ſi dicat: ut non temptemini. Si autem ſic pla/
cuerit deo: acquieſcite deo: ſicut me audiſtis orantem. Cõ/
ſidera autem ſi poſſibile eſt ſic itelligere magis: quoniam
uita noſtra ipſa temptatio eſt ſm Iob. Intrare autem i tem/
ptationem, aut uenire in temptationem eſt cadere in tem/
ptationem & uinci ab ea. Et puto quia nemo uenit ad Ie/
ſum ſimul & in temptationem: ſed ſi quidem uenit ad Ie
ſum non uenit in temptationem. Si autem uenit in tem/
ptationem: non uenit ad Ieſum. Ad Ieſum enim nemo
uenit niſi quem trahit pater ad Ieſum / ut reſuſcitet ut ab
eo. Ad Ieſum ergo uenimus: ut & ſi temptator nos fue/
rit perſecutus & mala ex eo: non compræhendamur ab
eis ſicut ſcriptum eſt. Perſequentur te mala: & non com/
præhendent. Ad peccatorem autem dicitur: conſequen/
tur te mala: & compræhendent te. Spiritus quidem ꝓm/
ptus: caro autẽ infirma. Sicut & tuus o Petre ſpiritus fuit
promptus ad promittendum: caro autem erat infirma ad
confitendum. Sed hoc eſt conſiderandum utrum ſicut
omnium hominum caro infirma eſt: ſic omnium ſpiri/
tus promptus eſt: an omnium hominum caro quidem
infirma eſt: non autem & omnium hoĩum ſpiritus prom/
ptus eſt: ſed tantum ſanctorum. Ergo ad ſolos apoſtolos:
uel ad eos qui ſimiles eis inueniuntur dicit: quoniam ſpi/
ritus promptus eſt: caro autem infirma. Infidelium autẽ
& ſpiritus ſegnis eſt: & caro infirma. Si ergo ad ſanctos
tantum chriſtum dicere hoc procedit: prouocat nos: ut
quæramus: quoniam eſt & aliis caro infirma: eorum ta/
men ſolorum quorum ſpiritus promptus eſt. Ego enim
dico carnem infirmam eſſe illius qui non habet peccatũ
nec carnis ſapientiam fortem: ſed defectam: qui cum ſpi/
ritu prompto carnis opera mortificauit: & ſapientiam car/
nis ad nihil reduxit: ut ſemper mortem chriſti circũferat in
corpore ſuo præualente uidelicet ſpiritu in concupiſcen/
tiis ſuis: aduerſus concupiſcentias carnis: quoniam caro
cõcupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus car/
nem. Et hæc in imperfectis quidem aduerſantur inuicem.
In perfectis autem iam non aduerſatur caro ſed mortifica
ta eſt: & infirmata eſt ſapientia carnis in carne: & concu/
piſcentia eius extincta eſt. Viuit autem in ea ſapientia ſpiri/
tus: uiuit autem & operatur. De qua infirmitate & domi/
nus ad Apoſtolum dicit. Quoniam uirtus in infirmitate
perficitur: id eſt ĩ infirmitate carnis & ſapientiæ eius. Pro/
pter quod ait Apoſtolus. Cum enim infirmor: tunc po/
tens ſum. Potens enim tunc fit unuſquiſq; noſtrum: cum
infirmata fuerit caro ipſius: ut non perficiat opera carnis:
ſed habitet uirtus Chriſti in ea. Vnde dicebat. Sic certe re/
pugno: & caſtigo corpus meum: & in ſeruitutem redigo.
Quoniam per multas caſtigationes facit homo carnem
ſuam infirmam proficiens ſpiritu: & mortificans opera
carnis. Hoc ergo dicere uult ad diſcipulos ſuos ſm iſtam
traditionem. Vigilate & orate ne intretis in temptationem:
nos quorum ſpiritus quidem promptus eſt: caro autem
infirma. Quoniam qui ſpiritalior & perfectior eſt: ſollici/
tior eſſe debet ne magnum bonum ipſius grauem habeat
lapſum. Iterum uadens Ieſus orauit dicens. Pater meus ſi
non poteſt hoc tranſire a me niſi illud bibam: fiat uolun
tas tua. Petit autem nunc ut tranſeat calix ab eo: & ſi non
ſic quomodo uoluit ipſe / tranſeat quomodo uult pater.
Hic iam ſm qd poſſumus intelligere exponemus ut cum
hoc etiã præcedentia uideamur expoſuiſſe. Aeſtimo enim
qm̃ calix ille paſſionis oĩno quidem ab Ieſu fuerat tranſi/
turus: ſed cum differentia: ut ſi quidem biberet eum: & ab
ipſo tranſiret poſtmodum: & ab uniuerſo genere hoĩum.
Si aũt non biberet eum ab ipſo quidem forſitan tranſiret:
ab hoĩbus aũt non tranſiret ſed maneret apud eos donec
perficeret eos. Hunc ergo calicem paſſionis principaliter
quidem uolebat a ſe trãſire: ſic ut oĩno neq; guſtaret ama
ritudinem eius, ſi tamen poſſibile eſſet quantum ad iuſti/
tiam dei. Quod enim dicebat ſi poſſibile eſt non ad potẽ/
tiam dei referebat ſolam: ſed ẽt ad iuſtitiã eius: qm̃ inquã/
tum ad potentiam quidem dei oĩa poſſibilia ſunt ſiue iu/
ſta ſiue iniuſta. Quantum aũt ad iuſtitiam eius / qui non
ſolum potens eſt: ſed etiam iuſtus non ſunt oĩa poſſibilia
ſed ea ſola quæ iuſta ſunt. Si aũt non poterat fieri: magis
uolebat ut biberet eum: & ſic tranſiret ab eo: & ab uniuer/
ſo genere hoĩum q̃ ut faceret contra uoluntatem paternã
bibitionem eius effugiens. Propter exitum ergo bonum
qui erat futurus poſt bibitam amaritudinem calicis: orat
uice ſcd̃a dicens. Pater meus ſi non eſt poſſibile ut tranſeat
niſi bibero eum: fiat uoluntas tua. Manifeſtum eſt itaq;
quia bibere eũ uolebat. Quantũ ad cõparationem enim/
melius erat: ut ꝑꝑ bibitionem eius tranſiret: q̃ ut non tran
ſiret ꝑꝑ qd non biberat eum. Pone enim dñm nõ bibiſſe
calicem illum: & ꝑꝑ hoc eum nõ tranſiſſe: ſine dubio nec
a genere humano tranſiſſent ſpiritus operantes peccata.
Conuenienter aũt neq; pœnæ tranſiſſent quæ debeban/
tur peccatis. Ergo expediebat oĩbus: ut tranſiret calix ab eo
ꝓpterea ꝙ biberat eum ſaluator: ut nos oẽs credentes in
eum qui biberat eum: non bibamus calicem illum uini
meri: qui potat & potaturus eſt omnes gentes: ut biben/
tes inebrientur/& euomant: & inſanire deſiſtant. Sicut enĩ
pro nobis oĩbus mortuus eſt: ut tranſeat ad nos mors ini
mica chriſti: ſic pro nobis oĩbus qui debitores eramus: ut
in æternum biberemus calicem illum bibit: ut per hoc ipſm
ꝙ tranſit ab eo calix: tranſeat & a nobis non bibentibus il
lum. De quo calice dicit Hieremias. Dixit dñs deus iſrael
ad me. Accipe calicem uini meri huius de manu mea/&
potabis oẽs gentes ad quas ego mitto te: & bibent/& euo
ment / & inſanire deſiſtent a facie gladii quem ego mitto
in medio eoꝝ. Qui ergo audiunt dñm/& uiuunt ſm uer
bum eius/& ſunt emundati ꝑ fidem ipſius iam non opus
hñt illa mundatione quæ fit per calicem illum iræ. Sicut
enim qui loti ſunt non opus hñt lauari, quia ſunt mũdi: ſi/
ga chriſti diſcipuli ſunt: ſic qui nõ ſunt mundi neceſſariũ
hñt calicem illum dño eos hortante. Bibite/& inebriami/
ni/& euomite. Audi enim qũo loqtur Hieremias: magis
autẽ deus in Hieremia exhortans eos qui neceſſarium hñt
calicem illum talem: qm̃ uoluntarie debent eum bibere:
qui neceſſarium hñt talem mundationem. Quoniam aũt
exhortans ad bibendum hæc dicit deus: cõſidera qd dicit
inferius.

inferius. Et erit (inquit) cum noluerint ſuſcipere calicem
de manu tua ad bibendum: dices eis. Hæc dicit dñs uirtu
tum. Bibentes bibetis: qm̃ in ciuitate ſup quã inuocatum
eſt nomen meum ſuper ipſam incipiam ego inducere ma
la: & uos mundatione mundabini. Vide aũt qm̃ poſt pri/
mam orõnẽ uenit ad diſcipulos & inuenit eos dormien
tes: ſimiliter poſt ſcdam ueniens inuenit eos dormientes.
Quoniam erant oculi eoꝶ grauati. Puto aũt non tm̃ cor/
porum eorum oculi: quantum aiarum eoꝶ. Adhuc enim
nõdum amouerat ab oculis diſcipuloꝶ ſuoꝶ grauamen
impoſitũ: nec enim fuerat adhuc honorificatus. Et ſicut
nondum erat ſpũs datus: qm̃ Ieſus nõdum erat honori/
ficatus: ſic oculi eorum nondum fuerant releuati a graua
mine: qm̃ Ieſus nondum fuerat honorificatus. Vnde nõ
eos repræhendit: ſed uadens iterum tertia uice orauit id/
ipſum: docens & nos per hoc ipſum: ut non deficiamus
in oratione: ſed pmaneamus in ipſo uerbo orõnis donec
impetremus ea quæ poſtulare iam cœpimus. Tũc ueniẽs
dixit diſcipulis ſuis. Dormite nunc/& requieſcite. Ecce ap
propiat qui me tradet. Tunc ſine dubio poſt orationem
Non aũt eſt ille ipſe ſomnus quem iubet nunc diſcipulos
ſuos dormire: & ille qui bis ſuperius ſcribitur contigiſſe
diſcipulis. Illic enim dormientes inuenit: & nõ requieſcen
tes. Et iterum dormientes inuenit grauatos oculos habẽ/
tes. Nunc aũt præcipit eis non ſimpliciter dormire: ſed cũ
requie. Multum enim differt ſm præceptum Chriſti dor/
mire/& requieſcere a dormitatione cõtra uoluntatẽ ipſius
dicentis. Manete hic & uigilate mecum: & improperantis
propter ſomnum: & dicentis. Sic non potuiſtis una hora
uigilare mecum. Non ergo contraria ſibi dixit: dicens. Il/
lic uigilate mecum: hic aũt dormite/& requieſcite, Sed ut
ordo ſeruetur: ut primum quidem uigilemus orantes: ut
non intremus in temptationem: & poſtea dormiamus &
requieſcamus ſm dei præceptum. Quem ſomnum & Sa
lomon ponit in pmiſſiõe bene uiuentibus dicens in pro/
uerbiis ſuis. Si enim ſederis ſine timore eris. Si aũt dormie
ris ſuauiter dormies/& nõ timebis pauorem superuenien
tem: nec impetus impiorum irruentes. Et Dauid diuerſa
ſciens uigilias & dormitiones iurauit dño & uotum uo/
uit deo Iacob non aſcendere ſupra lectum ſtratus ſui: nec
dare ſomnum oculis ſuis: nec palpebris ſuis dormitatio/
nem. Et hoc tãdiu facere donec inueniat locum dño: ta/
bernaculum deo Iacob. Vt cum inuenerit locũ dño aſcen
dat ſupra lectum ſtratus ſui & det ſomnum oculis ſuis re/
nouantibus ſe: & poſt requiem præparãtibus ad nouam
& diuiniorẽ ſurrectionem: ſm qd ſolet corporalibus ho/
minibus euenire poſt ſomnum naturalem: & ſanum. For
ſitan autẽ & aia non potens ſemper ſufferre labores quaſi
creata & incarnata & non ſufficiens ſine intermiſſione ſer
uare bonum: remiſſiones ſine repræhenſione aliqua con/
ſequetur: quæ moraliter ſomnia atq; dormitationes di/
cuntur: ut uſq; aliquantulum tpis hñs remiſſionem: ſur/
gens renouata reſuſcitetur. Si aũt hoc erit ſemper an non:
abundantius quærat qui põt de talibus & quærere: & in/
telligere de diuinis ſcripturis: & ſine periculo pronuncia/
re. Ecce appropiauit hora & filius hois tradetur i manus
peccatorũ. Propter hanc horam puto & ad matrem ſuam
dicebat. Nondum uenit hora mea. Et hic enim docet: qm̃
hora appropians hoc agebat: ut filius hois traderetur in
manus peccatoꝶ. Vtinam & in illorum peccatoꝶ tantũ/
modo manus Ieſus traditus tunc fuiſſet: nũc aũt arbitror
ſemper in manus peccatoꝶ traditur Ieſus qm̃ hi qui uiden
tur in Ieſum credere: hñt Ieſum in manibus ſuis cum ſint
peccatores. Sed & quotienſcũq; iuſtus hñs in ſe Ieſum in
ptãte factus fuerit peccatoꝶ facientium ei qd pñt: Ieſus eſt
traditus in manus peccatoꝶ. Surgite eamus: ecce appro/
piauit q me tradet. Poſtq̃ ſuſcitauit eos ab illo ſomno quẽ
diximus: cõſequenter dicit diſcipulis ſuis. Surgite eamus.
Et uidens in ſpiritu appropinquantẽ Iudã traditioni: qui
nõdum uidebatur a diſcipulis eius: dixit. Ecce appropia/
uit qui me tradet. Ecce autem puto non eſſe idipſum: ecce
appropiauit mihi: & ecce appropiauit qui me tradet. Nec
enim ipſi Ieſu appropinquabat traditor eius qui ſe elon/
gauerat peccatis ſuis ab Ieſu & proditione qua tradere eũ
conſiliatus eſt: ſed appropiauit ad tradendum filium dei
quem iam prodiderat. Sed & oẽs tranſgreſſores prius p/
dunt Ieſum: poſtea tradunt. Et adhuc eo loquente: ecce Iu
das unus ex duodecim uenit: & cum eo turba multa cum
gladiis & fuſtibus: miſſi a principibus ſacerdotum & ſe/
nioribus populi. Quæret aũt aliquis ẽt cãm cur multa tur
ba fuerit congregata cum gladiis & fuſtibus ſuper eum?
Erat aũt ſm Ioannem multa hæc turba cohors militum:
& miniſtri a principibus ſacerdotum tranſmiſſi. Et põt di
cere aliquis: qm̃ pp multitudinem eorũ qui iam credide/
rant in eum ex populo: tanti uenerunt aduerſus eũ: timen
tes ne multa multitudo credentium de manibus eorum
raperent eum. Ego aũt æſtimo alteram cãm congregatæ
multitudinis contra eum: qm̃ qui putabant eũ in Beelze/
bub eiicere ſoluere dæmonia / arbitrabantur eum ex qui/
buſdam malificiis diſciplinis & magicis poſſe effugere de
medio uolentium eum tenere. Et forſitan quidam eorum
audierant qũo aliqñ cum iam præcipitandus fuiſſet de ſu
percilio montis: effugit manus iam tenentium ſe: non fu/
ga ſimplici & humana: ſed alia quadam extra naturã hu/
manam. Propter hanc etenim cãm ẽt apud Marcũ Iudas
dicebat turbæ: quæ ueniebat cũ ipſo cũ gladiis/& fuſtibus,
quẽcũq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eũ: & abducite dili/
genter: maligne & cũ ſignificatiõe uidet dixiſſe: tanq̃ ſi di/
cat. Niſi diligenter eũ tenẽtes adduxeritis: cũ uoluerit effu
giet uos. Illi aũt audiẽtes ſm æſtimationẽ Iudæ quaſi nõ
pſna diuinitate adiutũ hoc agere: uel alia multa: oĩa facie/
bant: ut diligenter eũ tenerent: & cuſtodirẽt. Multi & nũc
cũ ſpũalibus gladiis: ſpecie malignoꝶ & fuſtibus ſimiliter
contra Ieſum militantes: quẽadmodũ illi quorũ inſidiis,
oino melior fit Ieſus: q̃uis p tpe ſuſcipiat in ſe eoꝶ incur/
ſus/ut impleant pctã inſidiantium ei: & manifeſta fiat ma/
litia uoluntatis eorũ aduerſus ueritatem unigeniti uerbi.
Qui aũt ſic cũ gladiis/& fuſtibus militant cõtra Ieſum: ua/
riis & diuerſis dogmatibus uenientes expoſito inſidiat Ie/
ſu. Sunt aũt & qui a pſbyteris impii ſui tranſmiſſi populi
cõtra uerbũ militant ueritatis: qd eſt in Ieſu. Qui aũt tradi
dit eũ dedit eis ſignũ dicens. Quẽcũq; oſculat' fuero ipſe
eſt tenete eũ. Et cõfeſtim accedens ad Ieſum dixit. Aue ra/
bi. Et oſculatus eſt eũ. At Ieſus dixit ei. Amice ad qd ueni/
ſti. Dignũ ẽ q̃rere q̃ ob cãm cũ palã docuiſſet Ieſus p ſin/
gulas ciuitates: & uicos: & ſynagogas: pdicãs euãgelii uer
bũ ita ut fama eius exiret i oẽm regionẽ & ſm faciẽ mani/
feſtat' eẽt oib' habitãtib' i iudæa q̃ſi nõ cognoſcẽtib' eſſu/

giem eius dedit ſignum Iudas miſſis a principibus ſacer/
dotum dicens. Quęcunq; oſculatus fuero ipſe eſt. Quod
autem & ipſi qui uenerant cum Iuda ad compræhenden
dum eum: frequẽter eum uidiſſent manifeſtatur ex eo qđ
ipſe Ieſus dicit ad turbas. Quaſi ad latronem ueniſtis cũ
gladiis & fuſtibus cõpræhendere me: quotidie uobiſcũ
ſedebam in templo docens & non tenuiſtis me. Similiter
& Ioãnes refert eum dixiſſe ego palam locutus ſum huic
mundo: ego ſemper docui in ſynagoga: & in templo ubi
omnes iudæi cõueniunt. Venit ergo traditio talis ad nos
de eo: quoniam non ſolum duæ formæ in eum fuerunt:
una quidem ſm quam omnes eum uidebant: altera autẽ
ſm quam transfiguratus eſt coram diſcipulis ſuis in mon
te quando & reſplenduit facies eius tanq̃ ſol: ſed etiã uni/
cuiq; apparebat ſm quod fuerat dignus. Et cũ fuiſſet ipſe
quaſi non ipſe omnibus uidebatur. Scdm qđ de manna
eſt ſcriptum quando deus filiis iſrael panem miſit de cœ/
lo omnem delectationem habentem: & ad omnem gu/
ſtum conuenientem. Quando deſiderio offerentis obſe/
quens ad quod quis uoluerat uertebatur. Et non mihi ui/
detur incredibilis eſſe traditio hæc: ſiue corporaliter pro/
pter ipſum Ieſum: ut alio: & alio modo uideretur homini
bus: ſiue propter ipſam uerbi naturam quod non ſimili/
ter cunctis apparet. Si autem hoc ita ſe habet poſſibile eſt
ſolutionem eius inuenire quod quæritur. Quoniam & ſi
frequenter eum uiderunt turbæ uenientes cũ Iuda: nihilo
minus opus habebant propter transformationes eius qui
eum oſtenderet eis habens notitiam eius familiariorẽ per
multam cõmorationem cum eo: ut intelligeret transfor/
mationes eius ſm quas ſuis apparere ſolebat. Hoc idẽ ſi/
gnificatur etiam per Ioannem euangeliſtam ubi ſciens Ie/
ſus quæ ſupuentura erant ei procedens foras dixit. Quẽ
quæritis? At illi dixerunt. Ieſum nazarenum. Et dixit eis.
Ego ſum. Et abierunt & ceciderunt retrorſum. Vides quia
non eum cognoſcebant cum frequenter uidiſſent: ꝑpter
transfigurationes ipſius. Si aũt etiam illam cauſam quæ/
rit aliquis cur oſculo Iudas tradidit Ieſum: hãc dabimus
rationem. Quoniam ſm quoſdam quidem / uoluit reue/
rentiam quandam ad magiſtrum ſeruare: non audens ma
nifeſte in eum irruere: & impudenter profiteri ſe prodito/
rem magiſtri. Scdm alios autem hoc ideo fecit Iudas ti/
mens ne forte ſi manifeſtum ſe aduerſarium præbuiſſet/
& proditorem magiſtri ipſe ei fieret cauſa euaſionis cum
poſſet quãtum ad ipſius opinationem ex quibuſdam ſe/
cretioribus diſciplinis effugere: & facere ſe in paruum. Vt
ergo nihil tale ſuſpicans Ieſus ſm quod Iudas opinaba/
tur: ſed putans eum amicum: quomodo neſcit ſic inſpera
te cõpræhẽdatur. ideo hoc dedit ſignum ſciens iam quo/
niam ſi noluiſſet cõpræhendi nunq̃ cõpræhenſus fuiſſet:
ſed uolens præbuit ſe manibus peccatorum. Ego autem
puto ꝙ etiam omnes proditores ueritatis amare ueritatẽ
fingentes / & oſculi ſigno utentes quaſi quadam inditio/
ne charitatis, ꝓdunt uerbum dei: uolentibus ipſum tene/
re aduerſariis eius: nihil pacificum indutis: bellicos au/
tem gladios: & iniurias: & fuſtes habentibus. Et dicit
proditor Ieſu: rabbi. Omnes enim hæretici quemadmo
dum Iudas ſic Ieſu dicunt: rabi: qui & oſculantur eum ſi/
cut & Iudas: ad quos omnes placabilia dicit Ieſus: cum
ſint omnes Iudas proditor. Iuda oſculo filium hominis
tradis. Dicit autem ei improperans ſimulationem amicitiæ
eius: amice ad quid ueniſti? Hoc enim nomine neminem
bonorum in ſcripturis cognoſcimus appellatum. Ad ma
lum enim / & non indutum nuptialibus ueſtimentis / di/
cit. Amice quid huc ueniſti non habens ueſtem nuptialẽ?
Malus autem eſt qui & in parabola denarii audit. Amice
non tibi facio iniuriam. Nonne ad denarium conueniſti
mecum? Accipe quod tuum eſt, & uade. Volo autem, &
huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Tũc accedentes: manus
iniecerunt in Ieſum / & tenuerunt eum. Poſt oſculum con
tinuo nihil differentes turba illa forſitan timentes: ne de
manibus eorum effugiat Ieſus: manus iniecerunt in eum.
Et ecce unus ex his qui erant cum Ieſu extendens manum
exemit gladium ſuum. & percutiens ſeruum principis ſa/
cerdotum amputauit auriculam eius. Vnus autem eorum
qui erant cum Ieſu: nondum manifeſte concipiens apud
ſe euangelicam patientiam illam traditam ſibi a Chriſto:
nec pacem quam dedit diſcipulis ſuis: ſed ſm poteſtatem
datam iudæis per legem de inimicis extendens manum
accepit gladium / & percuſſit ſeruum principis ſacerdotũ:
& amputauit auriculam eius. Sicut autem dicit Ioannes ei
dextram auriculam amputauit: apud quem & nomen ſer
uiui dicitur: quia Malcus uocabatur. Et forſitan quod age
bat Petrus myſterium erat: quoniã iudaici populi dextra
auditio fuerat amputanda propter malitiam eorum de/
monſtratam in Ieſum. Nam & ſi uidentur audire legem
modo: cum ſiniſtro auditu audiunt umbram traditionis
de lege: non ueritatem: cum ſint ſerui ſermonis profiten/
tis ſeruitium dei: non autem ſeruientis in ueritate. Huius
ſermonis myſterium erat aduerſus Chriſtum: aduerſarius
Chriſti princeps ſacerdotum Caiphas. Videtur aũt mihi/
quoniam qui ex gentibus crediderunt omnes unus po/
pulus conſtituti in Chriſto per hoc ipſum ꝙ crediderunt
in Chriſtum: facti ſunt cauſa: ut præcideretur iudæorũ au/
ditio dextra ſm quod fuerat prophetatum de eis. Graua
aures populi huius: & oculos eorũ deprime: ut ne uiden/
tes uideant: & audientes intelligant & conuertantur: & ſa/
nem eos. Tunc ait Ieſus ei. Conuerte gladium tuum in lo
cum ſuum. Mox Ieſus ad eum qui fuerat gladio uſus: &
abſtulerat auriculam ſerui illius dextram non dicit: exime
gladium: ſed conuerte gladium in locum ſuum. Eſt ergo
gladii aliquis locus: ex quo non licet accipere eũ qui non
uult perire maxime in gladio. Pacificos enim uult eſſe Ie/
ſus diſcipulos ſuos: ut bellicum gladium hunc deponen/
tes alterum pacificum accipiant gladium quem dicit ſcri/
ptura gladium ſpiritus. Simile autem mihi uidetur quod
dicit. Oẽs qui accipiunt gladium / gladio & peribunt. Id
eſt oẽs qui non ſunt pacifici: ſed belli concitatores in eo
bello peribunt qđ concitant: ut ſit in eis gladius myſteriũ
belli: & litis: & puto ꝙ oẽs tumultuoſi & cõcitatores bel/
lorũ / & conturbantes aĩas hoium maxime eccleſiarũ acci/
piunt gladium in quo & ipſi peribunt. Quoniã qui fodit
foueam ipſe incidit in eam. Quoniã cõuertet dolor eorũ
in caput ipſorũ / & iniquitas eorũ in cerebrũ eorũ deſcendet.
Sed & ſimpliciter audientes qđ dicit qui accipiunt gladiũ
gladio peribunt: cauere nos conuenit: ut ne occaſione ma
litiæ: aut uindictæ ꝓpriarũ iniuriarũ eximamus gladium:
aut ob aliquam occaſionẽ: quã oẽm euangelica abomina
tur hæc Chriſti doctrina: præcipiens ut impleamus quod
ſcriptum eſt.

ſcriptum eſt. Cum his qui oderũt pacem eram pacificus. Si ergo cum odiẽtibus pacem debemus eſſe pacifici: aduerſus neminem gladio uti debemus. Ita uolens ad eum qui non didicerat loquens docere nos omnes quoniam uolens tradidit ſemetipſum pro nobis omnibus: addit & dicit. An putas quoniam non poſſum modo rogare patrem meum: & exhibebit mihi pluſq̃ duodecim legiones angelorum. Tanq̃ ſi dicat. Tu quidem ſic gladium exemiſti: & percuſſiſti principis ſeruum: quaſi mihi auxilium praeſtans: ego autem ſi uoluiſſem poteram rogãs patrem non humanum auxilium impetrare: ſed meliorem: id eſt angelorum: nec unius: ſed plus duodecim legionum. Ex hoc demonſtratur: quoniam ſm ſimilitudinem angelorum militiae mundialis ſunt: & angelorum legiones militiae coeleſtis militantium contra legiones daemonum habitãtium in ſepulchris. Nam & apud Lucam multitudo militiae coeleſtis audita eſt laudantium deum propter Chriſti natiuitatem. Si autem multitudo militiae coeleſtis erat laudantium deum: militia autẽ omnis propter aduerſarios intelligitur cõſtituta: conſequẽter & illa militia propter aduerſarios militat deo: ſed etiam Iacob locum aliqua uocauit caſtra domini: quoniam militiam illic aſpexit angelorum. Et ubicunq; ſunt deum timentes: circa eos ſunt caſtra angelorum. Immittet enim angelus domini in circuitu timẽtium eum/& eripiet eos. Sicut fuiſſe/& circa eliſeum liber refert regnorum. Et attendite putas: quaſi angelis inferior ſaluator/aut indigens auxilio angelorum dicebat: An putas q̃a non poſſum rogare patrem meum/& exhibebit mihi pluſq̃ duodecim legiones ãgelorum? Aut forte ſm aeſtimationẽ Petri uolentis ei auxilium ferre: & gladium proferentis: & amputantis auriculam ſerui talia eſt locutus. Magis enim angeli opus hebent auxilio unigeniti filii dei q̃ ipſe illorum: propter hoc & quod ſcribitur: quoniam angelis ſuis mãdauit de te ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. Non de filio dei unigenito intelligitur dictum. Sed aut in perſona Chriſti de omni uiro iuſto quẽ Chriſtus portabat in corpore ſuo: aut de Xpo ſm humanam eius naturã. Deniq; & q̃d dicit liberauit te a ruina & daemonio meridiano: nequaq̃ cõuenit filio dei. Sed & quod dicit nõ timebis a timore nocturno: a ſagitta uolante p diem: a negotio perambulante in tenebris: magis cõuenit uiro iuſto: q̃ filio dei. Cum ergo poſſit accipere legiones: nolebat accipe: ut per patientiam eius implerẽtur ſcripturae prophetantes de ipſo: q̃m ita eum pati cõueniebat. In illa hora dixit Ieſus ad turbas. Sicut ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus conpraehendere me: quotide apud uos in tẽplo ſedebam docens/& non tenuiſtis me. Voluntas eorum quae in hoc loco dicuntur talis mihi uidetur: quod dicit ſaluator ad turbas: Si quis latronem uult tenere non eſt incongruum cum gladiis & fuſtibus uenire ad eum. Quia talis eſt & latro: ut omnia audeat/dummodo nihil mali patiatur. Et ſi poteſt paratus eſt & gladio uti: & fuſte aduerſus compraehendere ſe uolentes: potius q̃ ut ultro tradat ſe in manus eorum. Ego autem q non ſum talis/omnes qui ſunt in iudaea ſciunt. Alii quidem uidentes doctrinam meam & opera mea: alii aũt auditum habentes de me: aut cõuerſationem meã ſequẽtes: quoniam quotidie ſedens in loco ſancto templi/quaſi congruo ad doctrinas diuinas manſueſtabam quae pertinentia erant ad pietatem & uitam ſanam ſm legem dei: & per hoc cõmendabam pacificum me eẽ. Quod autem nullam habet rationem idoneã: neq; inſidiatio ueſtra aduerſus me: neq; militia ueſtra cum gladiis & fuſtibus facta: manifeſtum eſt omnibus cognoſcentibus me. Quomodo autem & non eſtis placati quotidie permaſionem meam uidentes in templo dei & praebentẽ me omnibus uolentibus me audire: ut confũgerẽ eos mihi ad prodificationem eorum per uerbum/& uitam ad beatitudinem dei. Aut tunc quidem non tenuiſtis me uidentes docẽtem & nihil facientẽ dignũ reatui: nũc autem q̃ſi mutatum me aeſtimatis: ut quaſi latronem debere cõpraehendi putetis: ſed nec in hoc occaſionem aliquam inuenitis. Quaſi ad uerbum mutatũ ab eis quae in primis propoſueram prodeſſe uolẽtibus uerbis & factis. Et uide poſtq̃ dixit ad Petrum recõde gladium tuum in thecam ſuam: q̃d eſt patientiae: poſtq̃ auriculam reſtituit amputatam: ſicut alter dicit euangeliſta quod & ſũmae benignitatis indicium fuerat: pariter & diuinae uirtutis: tunc iſta uerba locutus eſt ut fidelia uiderentur ex praecedentibus uerbis & factis ut & ſi praeterita benefacta non recordantur: uel praeſentia recognoſcant. Hoc autem totum factum eſt: ut implerentur ſcripturae prophetarum de huiuſmodi. Multum aũt eſt nũc eligere de prophetis/qualia que impleta ſunt eloquia prophetarum: quãdo haec ſe pati Chriſtus dicebat: & ſtudioſi hominis eſt: & multa ſciẽtis congregare uerba prophetarum quae ſunt impleta. Et in cẽteſimo octauo pſalmo forte plerãq; inuenies cõuenientia iſtis qui uenerunt cum Iuda compraehẽdere Ieſum. Sicut & alia de Iuda in eodem dicta ſunt pſalmo. Tunc ſimul omnes derelicto eo fugerunt. Timentes ergo turbas: & principem eorum Iudam fugerunt. Nec enim habebant adhuc ſpiritum: quoniam Ieſus nondum fuerat honorificatus: nec ſpiritum uirtutis/& charitatis. Quem ſi habuiſſent non eſſent infirmati: nec aliquid aliud extra diuinã charitatem egiſſent. Et illi tenẽtes Ieſum duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum: ubi ſcribae/& ſeniores conueniebant. Arbitror enim quoniam ſermo deſeruitionis iudaicae quo nunc derelicti deo ſeruire profitentur: Caiphas eſt qui aduerſus ueritatem militat Ieſu qui dicitur princeps ſacerdotum. Ieſus autẽ ſm ueritatem ſacerdos eſt uerbum dei: ſub quo conſtituti ſunt omnes qui acceptabiliter ſeruiũt deo patri. Vbi autẽ Caiphas eſt princeps ſacerdotum: ibi cõgregantur ſcribae: id eſt litterati: qui praeſunt litterae occidenti. Et ſm litterae q̃litatem ſcribarum ſunt ſeniores. Qui non in ueritatem/ſed in uetuſtatem litterae ſimplicis ſunt recumbẽtes: & nihil amplius negociari uolentes. Petrus autem ſequebatur eum de longe uſq; in atrium principis ſacerdotũ. Et ingreſſus intro/ſedebat cum miniſtris/ut uideret exitum rei. Cũ duceretur autem magiſter ſequebatur quidem Petrus. Non autem poterat de proximo eum ſequi. ſed de longinquo: nec omnino recedẽs ab eo: nec cum eo incedẽs: nec iuxta eum: ſed de longe ſequens peruenit ad atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus Petrus intus ſedebat. Neq; quod illi miniſtri miniſtrans: neq; faciens quae docuerat Ieſus: ſed expectabat exitum oium horum uolens uidere: q̃m adhuc nõ itelligebat: neq; uidebat exitũ diſpenſationũ xpi quo tenderent. Nec eni eſt exitus in atrio Caiphae necubi ſcribae et ſeniores populi illius congregant. Si tñ proprie qs uideat exitum ipſum: uidebit uerbum dei & ſapiam dicen

tem. Ego ſum alpha & o/ꝓncipium & finis. Princeps au/
tem ſacerdotum/& ſeniores: & uniuerſum conſilium
quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum:ut eũ mor
ti traderẽt. Et nõ inuenerũt: & multi falſi teſtes acceſſerũt:
& non inuenerũt. Et ꝑ hæc manifeſtũ eſt:qm̃ peccatũ non
fecit Ieſus:nec fuit dolus in ore eius. Mũdiſſimã aũt fuiſſe
uitam ipſiꝰ:& omnino ireprænſibilẽ/& auferentem occa
ſiones eoꝝ q quærunt occaſiones: ex hoc demonſtratur
qa:non inueniebant aduerſarii eiꝰ qd dicere poſſent aduer
ſus eũ:uel colorate:ſed quærebãt omnes ſacerdotes & cõ
ſiliũ uniuerſum:& nihil uerſimile poterãt inuenire. Quo/
niam falſa teſtimonia:tũc locũ habẽt qñ cũ colore aliquo
ꝓferuntur. Aduerſus Ieſũ aũt nec color inueniebatur q poſ
ſet contra Ieſum adiuuare mendacia. Et hoc cũ eſſent mul
ti uolentes gratiam tribuere Caiphæ:& pricipibꝰ ſacerdo/
tum:& ſcribis:& ſenioribꝰ:& uniuerſo cõſilio hocipſum
audire deſiderant. Et hæc q cõſiderat maximã laudẽ exhi
bẽt Ieſu ꝓpter uitam eiꝰ:& doctrinam ipſiꝰ q ſic omnia ir
reprænſibiliter & dixit:& fecit:ut nullam uеriſimilitudinẽ
reꝓhenſionis inuenirẽt in eo:nec mali:nec multi:nec tales
aſtuti:& igenioſi. Nouiſſime aũt accedẽtes duo falſi teſtes
dixerunt. Hic dixit. Poſſum deſtruere tẽplũ dei:& poſt tri/
duũ illud reædificare. Nõ arbitreris Matthæũ duos hos te
ſtes ſine cauſa falſos dixiſſe cũ uera uiderent eſſe teſtimonia
eoꝝ:ex eo qd exponit Ioãnes Chriſtum dixiſſe. Soluite tẽ
plũ hoc & ego i tribus diebꝰ excitabo illud:qñ & additur.
Hoc aũt dicebat de tẽplo corporis ſui. Sed uide uerſutiam
falſorum teſtium duorum:qua ꝑſuaſione utẽtes ſumpta
ab aliquo dicto uero qd dixerat Ieſus finxerunt teſtimoni
um falſum. Ieſus aũt nõ dixit ſoluo tẽplũ hoc:& in tribus
diebꝰ ſuſcitabo ipm. Sed ſoluite tẽplũ hoc:& in tribus die
bus excitabo ipm. Falſi aũt teſtes retulerũt eũ dixiſſe qd nõ
fuerat dictum ab eo:nec dixit. Poſſum ſoluere tẽplũ dei &
in tribus diebus reædificare illud. Impietatẽ ergo ſolutio/
nis tẽpli:non ipſe ꝑmiſit facere:ſed illis q fuerãt apti huiuſ
modi opus cõmiſit dicẽs. Soluite tẽplũ hoc. Sibi autem
qd reſuauit? Id eſt & ego i triduo ſuſcitabo ipm. Et qd ille
dixit de tẽplo corporis ſui:Iudæi præpediti malitia tranſ/
audierũt:& itellexerũt de tẽplo illo lapideo qd manifeſtũ
eſt ex eo qd reſpõdẽtes dixerunt. Quadraginta & ſex ãnis
ædificatũ eſt tẽplum hoc:& tu in tribus diebus ſuſcitas il/
lud? Et cõſidera qm̃ nõ unus falſus teſtis ꝓceſſit i teſtimo
nium hoc:nec eñ ſufficiebat unus uolẽtibus iterficere Ie/
ſum. Quoniam lex præcipiebat non manebit teſtis unus
teſtimoniũ dare aduerſus hominẽ:ſed nec tres erant. Mul
tis enim accedentibus teſtibꝰ falſis:uix duo inuenti ſunt:q
aliqd dicere uiderẽtur. Sed nec ipſoꝝ teſtimonia conueni
entia erãt:ſicut Marcus exponit:dicit eñ hoc modo. Quo
niam pricipes ſacerdotũ/& conſilium uniuerſum quære/
bãt cõtra Ieſũ teſtimoniũ:ut eũ morti traderẽt:& nõ inue/
nerũt. Multi enim falſum teſtimoniũ dixerũt aduerſus eũ
& conueniẽtia non erãt teſtimonia eoꝝ. Alii autem exur/
gẽtes falſum teſtimoniũ dicebant aduerſus eũ:qm̃ nos au
diuimus eum dicentẽ. Quoniam ego ſoluo templũ hoc
manibꝰ factũ:& in tribus diebus aliud nõ manibꝰ factum
faciam. Sed nec ſic cõuenientia erãt eoꝝ teſtimonia. Tunc
enim eſt conueniens teſtimonium qñ eadẽ dicũt. Nõ aũt
ſunt cõuenientia qñ diſſonant ſibi qualia erãt teſtimonia
hoꝝ q aduerſus Ieſũ teſtimonia ꝓferebãt. Et ſi neq dicũt

Matthæus & Marcus qd credere nos oportet:tẽptemus
oſtẽdere qũo nõ erant conueniẽtia:neq duoꝝ ipſoꝝ teſti
monia:qm̃ non eadẽ ꝓtulerũt. Secũdum Matthæũ enim
dixerunt. Hic dixit poſſum ſoluere templum dei:& in tri/
bus diebus reædificare illud. Secundum Marcum autem:
qm̃ nos audiuimus eum dicentem: quoniam ego ſoluo
hoc tẽplũ manibus factũ/& in tribus diebus aliud reædifi
cabo non manibus factũ. Siue ergo bis dicentes hæc qm̃
non eadẽ dixerunt:non ſunt inuenta teſtimonia eoꝝ con
ueniẽtia ſibi:ſiue aũt unus qdẽ dixit qd exponit Matthæꝰ:
alter autẽ ſm qd ſcripſit Marcus:ac ꝑ hoc teſtimonia eoꝝ
non erant conuenientia ſibi. Et exurgens priceps ſacerdo/
tum dixit ei. Nihil reſpondes ad ea quæ iſti teſtificant ad/
uerſus te? Ieſus autẽ tacebat. Põt in iſtis impleta intelligi ꝓ/
phetia quæ dicit. Dum cõſiſtit peccator aduerſus me ob/
mutui:& humiliatus ſum:& ſilui a bonis. Vt peccator ille
in iſtis ꝓphetatus intelligatur Caiphas q cõſiſtit contra Ie
ſum. Simul & diſcimus ex hoc loco contẽnere calumniã/
tium/& falſorum teſtium uoces: ut nec reſponſione no/
ſtra dignos eos habeamus: nec defendere noſmetipſos
ubi non ſunt conuenientia quæ dicuntur aduerſus nos.
Quid eñ opus eſt illis reſiſtere q ſibiipſi contraria dicẽtes
reſiſtũt? maxime ubi maiꝰ eſt libere & fortiter ſilere q̃ defen/
dere ſine ullo ꝓfectu:ut nõ humiliemur a teſtibus falſis:&
calumniatoribus improbis. Et dixit ei princeps ſacerdotũ.
Adiuro te ꝑ deum uiuum ut dicas nobis ſi tu es xp̃s filius
dei. Et dixit ei Ieſus. Tu dixiſti. Et in lege qdem adiurandi
uſum inuenimus. In numeris eñ dicit lex. Quoniã adiura/
bit eã ſacerdos:id eſt mulierẽ illã i cuiꝰ uiro factus ẽ ſpiritꝰ
zeli & dicet mulieri ſacerdos. Si non dormiit aliquis tecũ
& niſi tranſgreſſa es ut macularis a uiro non tuo/innocens
eris ab aq̃ argutionis hac maledicta. Et poſt pauca. Et adiu
rabit (inqt) ſacerdos mulierem i adiurationibꝰ maledictio
nis huius. Item i tertio regum dixit rex Achab ad Micheã.
Adiuro te ut loqueris ad me ueritatẽ i nomine dñi. Adiu/
rauit aũt rex ꝓphetam:& adiurauit nõ ſicut ſacerdos i nu/
meris. Ille eñ ex legis præcepto:iſte autẽ ex arbitrio ſuo. Et
nũc in loco præſenti. Ieſum ſacerdos adiurat ꝑ deũ uiuũ.
Aeſtimo aũt qm̃ non oportet ut uir q uult ſm euangeliũ
uiuere/adiuret alterũ. Simile eſt eñ qd dicit i euãgelio do/
minus ipſe. Ego autem dico nõ iurare omnino/& nõ ad/
iurare omnino. Si eñ iurare non licet quãtum ad euange/
licũ Chriſti mandatum:uerum eſt qa nec adiurare alteꝝ li/
cet. Propterea manifeſtum eſt qm̃ princeps ſacerdotum il/
licite Ieſum adiurauit:q̃uis uideatur per deum uiuum ad/
iuraſſe. Quæret aliquis ſi conuenit uel dæmones adiura/
re:& qui reſpicit ad multos:qa talia facere auſi ſunt: dicet
non ſine ratione fieri hoc. Qui autem aſpicit Ieſum impe/
rantem dæmonibus:ſed etiam poteſtatẽ dantem diſcipu/
lis ſuis ſuper omnia dæmonia:& ut infirmitates ſanarent
dicet:quoniam non eſt ſm poteſtatem datam a ſaluatore
adiurare dæmonia: iudaicum eſt eni. Hoc & ſi aliquãdo
a noſtris tale aliqd fiat:ſimile fit ei:qd a Salomõe ſcriptis
adiurationibꝰ ſolẽt dæmones adiurari. Sed ipſi q utũt ad/
iurationibꝰ illis:aliquotiens nec idoneis conſtitutis libris
ꝓutuntur. Quibuſdam autem & de hebræo acceptis adiu/
rant dæmonia. Tamen nõ decebat dñm noſtrum ad ad/
iurationem principis ſacerdotum reſpondere:q̃ſi uim paſ
ſum ab adiurante contra propriam uoluntatem. Propter
quod

quod nec negauit ſe Xp̄m filium dei eſſe: nec manifeſte
confeſſus eſt: ſed q̄ſi ipſum teſtem accipiens adiurantem.
Quoniam ipſe eſt qui in interrogatione ſacerdotis ꝓnun
ciatus eſt chriſtus filius dei dicens. Tu dixiſti. Et quoniam
omnis qui facit peccatum ex diabolo nat⁹ eſt. Faciebat au-
tem peccatum etiam princeps ſacerdotum inſidians Ieſu:
& propterea de diabolo erat natus. Et quaſi de diabolo na
tus imitabatur proprium patrem qui bis dubie interro-
gat ſaluatorem: ſi tu es filius dei/ſicut ſcriptum eſt in tem-
ptationibus eius. Simile eſt enim: ſi tu es filius dei: & ſi tu
es Xp̄s filius dei. Recte enim quis dicere poteſt in loco
hoc: quoniam dubitare de filio dei utrum ipſe ſit Xp̄s
opus diaboli eſt & principis ſacerdotum inſidiantis dn̄o
noſtro: ſed non talis inuentus eſt Petrus. Nam ſine aliqua
dubitatione ꝓnunciauit: tu es Xp̄s filius dei uiui. Nec po
ſuit ibi ſi. Propter quod beatus eſt appellatus: quia non ca
ro et ſanguis reuelauerat ei: ſed deus pater qui eſt in coelis.
Qui autem cum dubitatione dicunt ſi tu es filius dei: ab
omi beatitudine ſunt alieni. Nam quia non erat dignus
princeps ille ſacerdotum chriſti doctrina. Propterea non
eum docet/nec dicit quia ego ſum: ſed uerbum oris eius
accipiens in redargutionem ipſius conuertit dicens. Tu
dixiſti: ut eo modo uideretur argui/non docere. Amen di
co uobis: amodo uidebitis filium hominis ſedentem a
dextris uirtutis: & uenientem ſuper nubes coeli. Quoniā
non eſt ſcriptum a dextris dei: ſed apud omnes euangeli-
ſtas ad dexteram uirtutis ſedere filium hominis. Item tres
euangeliſtæ ſimiliter ſcribunt: uidebitis ſedētem. Et ſimpli
cibus quidem conceditur qui nihil altum poſſunt audire
in eo quod dicit ſedentem: ac ſi dicat/ſupra uirtutem fun-
datum. Quibus autem poſſibile eſt ſpiritu omnia perſcru
tari etiam altitudines dei: & quod ſcriptum eſt: qui ſedes
ſuper cherubin appare: & uidi dn̄m ſedentem ſuper ſedē
excelſam: & eleuatam: & dixit dn̄s domino meo ſede a dex
tris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum
tuoꝶ: & alia ſimilia quæ de deo ſedente dicta ſūt. Similr
& de Xp̄o dicuntur quæ cōferre oportet cum dicto præ-
ſenti/ut ex humili æſtimatione: & fabuloſa uideamus q̄d
ſignificet more humano ſeſſio Xp̄i. Videtur aūt mihi: q̄m
fundationem quādam: & firmitatē regalē ſignificat ſeſſio
filii hois. Iuxta uirtutē ergo qui ſolus eſt uirtus: & proprie
noiatur & a dextris fundatus eſt: & qui accepit oēm pote
ſtatē a patre ſicut in coelo & in terra. Et hāc fundationē ui
debunt etiam aduerſarii: poſtq̄ eum lætitia uiderint eum
beati. Sed ſm̄ Marcum quidem non habet amodo: ſed
puriter: id eſt uidebitis filium hominis a dextris ſedentem
uirtutis. Sc̄dm quem nihil erit contrarium his quæ tradi
dimus. Sc̄dm Matthæū autē q dicit amodo uidebitis: &
ſm̄ Lucā dicētē ex hoc erit fili⁹ hois: & cætera: quærendū
eſt: ſi ex quo hæc dixit ſaluator impleta ſunt & in eis qui
audierunt q̄d dixit: amodo uidibitis filium hominis ſedē
tem a dextris uirtutis. Et dicimus q̄m pōt impletum uide
ri: q̄m ex illo: id eſt a tempore diſpenſationis filius hois ſe
dit ad dexteram uirtutis: & uiderūt eum diſcipuli reſurgen
tem a mortuis: & per hoc uiderūt eū fundatū ad dexterā
uirtutis: ſm̄ q̄d tradidimus ſupra. Aut ita uide ſi potes ho
rā: & diē metiri non ſm̄ breuitatem quæ eſt apud hoies
horaꝶ atq; dieꝶ: ſed ſm̄ longitudinē quæ eſt apud dn̄m
ſempiternū cui a conſtitutione mūdi uſq; ad conſumatio
nem eius unus eſt dies: q̄d demonſtrat parabola: ubi dicit
de conductis mane in uineam: & tertia hora & ſexta: uſq;
ad undecimam. Nihil ergo mirum & q̄d hic dicit ſaluator
amodo ſpacium eſſe breuiſſimom uſq; tunc in quo ſpa-
cio dicebat: uidebitis filium hois ſedentē a dextris uirtu-
tis ad illos qui tunc eū audiebant. Forte tunc q̄n dixit dn̄s
dn̄o meo ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum: in quibus erāt & illi ad quos
dicebat: amodo uidebitis. Inimicus enim erat & Caiphas
q inſidiabatur Chriſto. Et non ſolum ſedentem eum ad
dexteram uirtutis uiſuros hos ꝓphetabat ſed etiam uiſu-
ros eum uenientem ſicut Matthæus quidem dicit ſuper
nubes coeli. Quæ ſunt autem nubes ſuper quas ueniet q
fundatus eſt a dextris uirtutis: aut cum quibus ueniet: aut
ad quas pertingit ueritas dei ſm̄ q̄d ſcriptū eſt: & ueritas
tua uſq; ad nubes? Hæ ſunt uiuæ nubes prophetæ dei: &
apoſtoli Chriſti: quibus mandat pluere cum oportuerit:
aut non pluere ſuper uineam ſine fructu. Si q̄s autem non
uult eſſe huiuſmodi nubes ſup̄ quas: & cum q̄bus ueniet
filius hominis apparens ipſe ſciat. Supēt enim ſup̄ illas: &
cum illis uenit oſtendens ſuum aduentum dignis ſe deus
uerbum: & ſapia: et ueritas: & iuſtitia. Hæ aūt quas tradidi-
mus nubes: quaſi portātes imaginem coeleſtis nubes ſunt
coeli non trāſeuntis ſedis dei & regno dei dignificatæ: q̄ſi
hæredes dei & cohæredes Chriſti & cōgregant ei. Tūc pri
ceps ſacerdotum concidit ueſtimenta ſua dicens: Blaſphe
mauit. Hæc dn̄o ꝓphetante inimicus dn̄i ſacerdos ille q̄ſi
qui non erat propinquus: ut uideret filium hois: & uirtu-
tem a cuius dextris ſedebat: quaſi inclinatus & non potēs
aſpicere ſurſum: non audiens quæ dicebat: concidit ueſti-
menta ſua. Oſtēdēs turpitudinem ſuam: & nuditatē aiæ
ſuæ & myſterium manifeſtans: conſciendum eſſe ſacerdo
tiū uet⁹: & ſcholam ſacerdotii eius: & culturæ quæ ſm̄ lit
terarum fuerat. Blaſphemiam autem arbitrat⁹ eſt eſſe ma-
gnitudinem uerboꝶ Chriſti: & gloriam æſtimauit iudai-
cam & fabuloſam hiſtoriam litteræ occidētis. Et putabat
q̄ſi intelligēs Chriſti ſmones ſufficientes eē ad teſtimoni
um contra ipſum: q teſtes erant diuinitatis ipſi⁹ quātum
ad eos qui intelligere poſſunt: &⁹ dicit ad eos q eadem ſa-
piebant: ecce nunc audiſtis blaſphemiam eius: quid uobis
uidet? Donec reſpōdentes & ipſi aduerſus aīmā ſuam
ꝓnuncient de Ieſu: q̄m reus eſt mortis. Quantū putas fuit
erroris ipſam principalē oium uitam reā mortis ꝓnūciare
& tantoꝶ reſurgentium teſtimonio, nō aſpicere fontem
uitæ de quo in oēs uiuentes uita fluebat? q̄m ſicut pater
uitam habet in ſe ſic & filio dedit uitam habere in ſemet-
ipſo. Tunc expuerūt in faciem eius & colaphis eum cicide
rūt. Alii aūt palmas i faciē ei dederūt dicētes. ꝓphetiza no
bis Chriſte: q̄s ē q te ꝑcuſſit. Peſſime ſicut arbitror illi q au-
dierūt dicētem Ieſum: amē dico uobis q̄m amodo uide-
bitis filium hois ſedētem a dextris uirtutis & ueniētem in
nubib⁹ coeli: auſi ſūt expuere i faciē ei⁹. Arbitrabant̄ eni in
q cōfunderēt eū eo mētientem: et q̄a nō ſuſtineret expui-
tionis obprobrium: q ſedebat ad dexteram uirtutis & uē-
turus erat in nubib⁹. Quoniā ignorabāt ſermones Eſaiæ
ꝓphetæ hæc eadem ꝓphetātis de eo: & dicētis ex perſona
ipſius domini ſaluatoris. Quid? quoniam ueni & non
erat homo: uocaui: & non erat qui obediret. Nunquid
non ualet manus mea eruere: aut nō poſſim eripere? Ecce

increpatione mea deſertum faciam mare: & ponam flumina deſerta & ſiccabūtur piſces eorum ex eo ꝙ non habent aquam: & morientur in ſiti: & induam coelum tenebris: & ſicut ſaccum amictum eius. Dominus dat mihi linguam doctrinæ: ut ſciam quomodo ne oporteat dicere uerbum. Poſuit me mane: appoſuit mihi autem ad audiēdum: & doctrina domini aperiet aures meas. Ego autem non ſum incredulus: neq; contradico. Dorſum meum ꝑbui ad flagella: & maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam non auerti a confuſione ſputamentorum: & dominus deus factus eſt adiutor meus. Omnes enim qui ſunt ab eccleſia confitentur Chriſtum eſſe qui dicit: dominus deus dedit mihi linguam doctrinæ: & cætera quæ expoſui. Ego autem conuenienter & ea quæ ſuperius his erant coniuncta expoſui uolens oſtendere de illo glorioſo eſſe hoc prophetatum ut expuatur: collaphizetur. Cui autem alii conuenit dicere ueni: niſi Chriſto qui uenit in mundum: aut quem decebat dicere uocaui: & non erat qui obediret: niſi ei qui uenit ad uocandum populum iudæorum & non eſt auditus: & ideo nō eruit populum: neq; eripuit eum: ſed dereliquit. Chriſtus eſt autem qui dicit: ecce increpatione mea deſertum faciam mare: & ponam flumina deſerta: qui conſumationem facturus eſt mundi. Ipſe eſt enim qui coelum induet tenebras: & induet id uelut ſaccū: & accipiens a patre linguam doctrinæ ſciebat quomodo oporteat dicere uerbum quod commiſerat ei deus. Et appoſuit ei autem ut amplius audiat audientibus cunctis: & doctrina patris aperuit ei aurem: quia nō fuit incredulus patri mittenti: ſed neq; contradicens: & opere ipſo docuit diſcere cupientes manſuetudinem laudabilemq; humilitatem. Opus autem erat in eo ꝙ factis iſta docebat: dorſum ſuum exhibens ad flagella: & maxillas ad palmas: & faciē non auertens a confuſione ſputamentorum. Vt nos ſicut arbitror qui digni fueramus omnes has īfamias pati erueret ipſe pro nobis patiens eas. Non enim mortuus eſt pro nobis ut non moriamur: ſed ut pro nobis nō moriamur: & alapis cæſus eſt pro nobis: & exputus eſt. ut ne nos qui digni fueramus omnibꝰ his propter noſtra peccata patiamur ea: ſed ut pro iuſtitia patientes ea gratāter excipiamus. Et Paulus quidem dicit de ſaluatore. Quoniam humiliauit ſe factus obediens uſq; ad mortem: mortem autē crucis. Non enim eſt indecorum ei qui uult numerare in quātis ſe Chriſtus humiliauit: ut dinumeret extra ea quæ Paulus expoſuit dicens. Humiliauit ſe factus obediens uſq; ad palmas uſq; ad confuſionem ſputamētorum: & flagellorum: & mortis propter quæ omnia exaltauit eum deus. Nec enim propter mortem ſolam quam pretulit propter nos exaltauit eum: ſed etiam propter palmas: & ſputamenta: & cætera. Quoniam autem ad extremam iniuriam accipitur ſputamentorum iniuria manifeſtum eſt etiam in lege in qua ſcriptum eſt: ut mulier defuncti ſi uoluerit frater uiri eius accipere eam accedēs ad eum qui noluit eam accipere ſibi uxorem coram ſenioribus excalciabit calciamētum eius unum ex pedibus: & expuet in faciem eius: & dicet. Sic facient homini qui non ædificauerit domum fratris ſui. Non ergo auertit faciem ſuam Chriſtus a cōfuſione ſputamentorum ut magis glorificetur uultus eius: q̄ fuit uultus Moyſi glorificatus: tanta & tali gloria: ut comparatione glorificationis iſtius: uultus illius glorificatio deſtruatur. Sicut in cōſpectu ſolis lumen lucernæ deſtruitur: & ſicut ſcientia quæ ex parte eſt deſtruitur cum uenerit quod perfectum eſt. Sed & colaphis ciciderunt ſanctū eccleſiæ caput: propter quod ipſi colaphizātur a ſathana. Non ut nō extollanť: neq; ut uirtus eorum ꝑficiatur: ſed ut traditi inimico: & uindici recipiant quod fecerunt peccatum colaphizantes Ieſum: & non contenti tantūmodo expuere in faciem eius: & colaphis eum cædere: ſed adhuc & palmis eum ciciderunt: & deludentes dixerūt. Prophetiza nobis quis tepercuſſit. Propter quod receperunt alapam æternam: & ab omni prophetia priuati ſunt: percuſſi & caſtigati: & nec ſic uolentes recipere diſciplinam: ſm ꝙ prophetauerat hoc ipſum de eis Hieremias. Flagellaſti eos: & non doluerunt: & noluerunt ſuſcipere diſciplinam. Et nunc qui iniuriant unum aliquem de eccleſia: & faciunt ei hæc in faciem expuunt Chriſti. Et Chriſtum colaphis cædentes caſtigant & palmis. Petrus uero ſedebat foris in atrio. Et acceſſit ad eum una ex ancillis dicēs. Et tu eras cum Ieſu galileæ? At ille negauit coram omnibus dicens. Neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam: uidit illum alia ancilla: & ait ei ibi. Et hic erat cum Ieſu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento: quia non nouit hominem. Poſt puſillum autem accedentes qui ſtabant: dixerunt Petro. Vere ex illis es tu: etenim loquela tua manifeſtum te facit. Tunc coepit deuotare: & iurare quia neſcio hominem. Et continuo gallus cantauit. Et rememoratus eſt Petrus uerbi Ieſu dicentis ei. Quia priuſq̄ gallus cantet: ter me negabis. Et egreſſus foras: amariſſime fleuit. Abundantius cōſiderātes Petri negationem dicimus: quoniam nemo poteſt dicere dominum Ieſum: niſi ī ſpirituſancto ſicut Paulus nos docet. Et nondum erat tunc in hominibus ſpiritꝰ ſanctus: quoniam Ieſus nondum fuerat honorificatus ſicut dicit Ioannes. Propterea non erat poſſibile: neq; illum talem Petrum tunc Ieſum confiteri: nec tamen erat reprehendendus non confitens Ieſum. Quoniam ad confitentes dicitur. Nō eſtis uos qui loquimini: ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Non autem cum ſit potens ſpiritus ille patris noſtri loqui in nobis: & cum in noſtra ſit poteſtate locum dare in nobis ſpiritui ſancto: & non diabolo: ſi denegauerimus: excuſationem ullam habemꝰ. Forſitan autem & quicunq; eſt in atrio Caiphæ principis ſacerdotum nō pōt confiteri dominum Ieſum niſi fuerit egreſſus ex atrio eiꝰ: & foris fuerit factus ab omni doctrina contraria Ieſu. Nam qui illic ſunt iudaicas tradūt traditiones & non ſm uoluntates ſcripturarum: ſed ſm mandata hominum: & doctrinas. Conſidera eīn quoniam Petrus foris ſedens ab Ieſu ſegregatus & in atrio princis conſtitutus coram omnibus Ieſum denegauit. Et iterum uice ſecūda ſimiliter. non extra ianuam foris factus: ſed uolēs exire. Nondum autem egreſſus ianuam denegauit: ſed & tertia uice: quando qui ſtabant dixerunt. Vere ex illis es: & quando coepit ſe deuotare & iurare quia neſcio hominem: adhuc non erat foris. Et omnes denegationes factæ ſunt ei in nocte: & in tenebris priuſq̄ ueniat dies: & ſignum diei ideſt gallicantus: qui ſuſcitat uolētes a ſomno. Et ut uerbi gratia dicam: ſi poſt gallicātum Petrus negaſſet ut diceretur nox promouit: dies autem appropinquauit. ſicut in die honeſte ambulemꝰ: nulla excuſatiōe dignus fuiſſet Petrus. Forſitā aūt & oēs hoīes qui denegāt Ieſū: ita ut petrū

denegationis

denegationis eoꝝ recipiat medicinam: ante gallicantũ denegare eum uidentur nondum eis nato sole iustitiæ: nec appropinquante eis ortu ipsius. Si aũt post ortum hmõi solis ad animã: uolentes peccauerimus: postq̃ accepimus scientiam ueritatis iam non relinquitur nobis sacrificium pro peccato: sed terribile iudicium: & zelus ignis qui consumpturus est inimicos. Et in Petro qdem tunc denegante non conueniebat dicere q̃uo ne putatis peiora mereri supplicia qui filium dei cõculcauerint: & sanguinẽ testamenti cõem æstimauerint unde sanctificati sunt: & spm̃ grãæ iniuriauerint? Nondum enim sanctificatus fuerat Petrus sanguine Christi qui fuerat sanguis noui testamenti: nec iniuriauit spiritum gratiæ quem a principio nec acceperat qm̃ Iesus nondum fuerat honorificatus: nec erat in hominibus spiritus sanctus. Si aũt in nobis hoc impium fuerit factum denegationis petrĩ: oĩa hæc dicere cõuenit. Quoniam & in sanguine testamenti sanctificati sumus: & spiritum gratiæ suscepimus. Propterea cõmunem putare sanguinem testamenti preciosissimum: & iniuriare spiritum gratiæ omnibus peccatis deterius est: ita ut nec in hoc sæculo: nec in futuro remissionem possimus accipere si dei filium denegemus. Quoniam ergo nobis nox ꝓmouit: dies autem appropinquauit: & signum diei gallicantus insonuit nobis: propterea usq; ad sanguinem fiemus contra peccatum certantes: & propter charitatem nunq̃ excidentem omnia sufferamus: ut cum perfectis in ea consequamur hæreditatem. Et hoc attende qm̃ ante gallicãtũ: & ante spiritum sanctum: & in tempore noctis profundæ etiam si frequenter denegauerit quis uiuere potest: quod manifestum est ex eo ꝙ ter denegauit Petrus. Si autẽ post gallicantum uel semel in quocunq; periculo constitutus denegauerit quis: impossibile est eũ renouari in pœnitentiam: ut iterum crucifigat sibi filium dei. Qui autẽ in huiusmodi denegationis peccato fuerit cõpræhensus: aspiciat illud quod scriptum est. Væh his qui attrahunt peccata sua sicut funem longum: & sicut iuge lorum uituli iniquitates: & nõ dicat: peccata nostra in nobis sunt: & quomodo uiuemus. Viuo (inquit) dominus: quoniam nolo mortem peccatoris sed pœnitẽtiam. Ipse autem scit deus: de quo scriptum est: & ipse sapiẽs adducet super eos mala qualia mala adducet super denegantes & nõ pœnitentes: & qualia super denegantes & pœnitentes: qualia bona super eos qui nunq̃ denegauerunt: neq; uerbo coram hominibus: neq; operibus: longe autem efficiamur a priori ancilla: & altera: & ab omnibus qui stant in atrio eius: uel in ianua eius: ut ne in proximo existamus facientibus denegare eum: qui fuerit iuxta eis. Cognoscemus autem quæ sit ancilla principis si intelleximus quæ sit ancilla dei de qua scriptum est: ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Quæ sint autem atria principis poteris scire si intellexeris quæ sint atria domus domini: de quibus scriptũ est. Ecce nũc benedicite dñm oẽs serui domini: qui statis in domo dñi i atriis domus dei nostri. Si aũt & de ancilla altera debemus aliquid dicere: ut ẽt ab illa recedamus: itelligamus qd̃ scriptum est. Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ suæ: ita oculi nostri ad dñm deum nrm donec misereaſ nostri. Puto primã ancillã intelligi principis facientem denegare discipulos Christi: synagogam esse iudæorum ſm carnẽ: qui denegare frequenter cõpulerunt fideles. Scdam autẽ ancillam congregationem gentium qui & ipsi persequentes christianos denegare cogebant. Tertios autem stantes in atriis: ministros esse hæresum diuersarum: qui & ipsi ueritatem christi denegare cõpellunt. In nocte aũt nõ solum ter denegat Petrus: sed etiã deuotat seipsum: & iurat quia nescio hoĩem. Et quidem tunc adhuc ſm carnem christũ sciebat: nec adhuc poterat dicere: & si christum cognouimus aliqñ ſm carnem cognouimus: sed nunc iam nõ cognoscimus. Quãdiu enim signum diei non existebat denegans Petrus. uerborum Iesu nõ fuit memor. Postq̃ aũt angelus diei clamauit ei: tunc recordatus est uerborum Iesu dicẽtis ad se. Anteq̃ gallus cantet ter me negabis. Et qñ recordatus est uerbum christi iam non erat in atrio principis sacerdotum: nec iuxta ianuam eius: sed foris. Alioqn nequaq̃ plorasset. Sicut enim scriptum est: egressus foras: amarissime plorauit. Ergo & ſm Lucam peccatrix mulier iuxta pedes domini pœnitẽs fleuit: & hic Petrus egressus atrium principis ad ianuã eius plorat ex amaritudine peccati: examaricans in pœnitentia fletum suum. Mane autẽ facto consilium acceperunt oẽs principes sacerdotum & seniores plebis: aduersus Iesum: ut eum morti traderent & uinctum eum adduxerunt: & tradiderunt pontio Pilato præsidi. Qui i tenebris & nocte offendit uenia dignus est. Qui aũt in die clara offendit nũq̃ põt culpare errorem quasi continentem se: maxime qñ habens in se lucernam corporis offendit: sed incontinentiam suam. Hoc autem diximus ostendentes quoniam christi quidam discipuli in nocte scandalizantur ſm qd̃ dñs eis prædicit. Omnes uos scandalum patiemini in me in hac nocte: & quia Petrus ante gallicantum ter denegauit. Qui autẽ consilium accipiunt contra Iesum oẽs principes & seniores plæbis: mane facto in lumine peccãt: idest scientes: ſm qd̃ scriptũ est de hoc consilio: qm̃ cõsiliati sunt ex consensu in unũ. Sicut scriptum est in psalmis: ut morti traderent christum Putantes per mortem extinguere eius doctrinã: & fidem eius apud eos qui crediderũt in eum quasi in filium dei. Talia aũt contra eum consiliantes principes culturæ litteræ occidentis: & ministri dãnationis seniores: alligauerũt Iesum soluentem a uinculis & dicentẽ eis qui sunt in uinculis: exite: & cõpeditos: soluentem: atq; dicentem. Dirũpamus uincula eorum: & qui filiam Habraæ alligatam a sathana decẽ & octo annis a uinculis soluerat: ut iam nequaq̃ sit inclinata quæ non poterat sursum aspicere: prius & alligauerunt eum uolentem: & in eo qd̃ alligaretur uinculis ipsis insidias dirumpentem: ut iam nõ habeant principes sacerdotum: & seniores iudæorum aduersus homines uincula domino ea uidelicet dirumpente in se. Siquis autem exigit a me scripturam hæc de disrumpendis uinculis ostendentem: quibus alligauerunt Iesum principes sacerdotum: & seniores: intelligat ꝙ propter ipsum hoc dicit ipse Iesus per prophetam. Dirumpamus uincula eorum. Tanq̃ si dicat principum sacerdotum: & seniorum: aut multo magis eorum principum qui sunt operati in eis & regum terræ illoꝝ qui astiterunt: & principũ q cõuenerũt i unũ aduersus dñm: & aduersus christũ eius: quoꝝ & iugũ ꝓiiciamus a nobis. Adhuc aũt amplius te placabit: ut suscipias: qm̃ & si alligantes Iesum induxerũt q cõsilium fecerũt aduersus eum: tamen dirupit Iesus uincula. Si intellexeris q̃ scripta sunt de Sansone qui frequẽter fuit

ligatus & dirupit alienigenarum uincula: quoniam naza
reus fuerat dei: & habebat comam plenā uirtutis. Si ergo
ille propter comæ uirtutem quam habebat in capite po/
tuit rumpere uincula alienigenarum: q̄bus alligauerant eū
frequenter: quanto magis Chriſtus qui poſt tanta prodi
gia: & uirtutes quas fecit uolens tradidit ſe ad uincula ſo/
portans in ſe diuinitatis uirtutem: & acquieſcens ut alliga
retur: ſine dubio dirupit uincula circundantia ſe! Quorū
uinculorum myſteria: uincula Sanſonis fuerūt. Et tradide
runt eum pontio pilato. Vtrum autem etiā nomina utra/
ꝗ; præſidis habeant aliquam rationem conuenientem di/
ſpenſationi domini ſaluatoris: non facile eſt ſententialiter
reſpondere. Poterunt enim aliquem mouere principalia
ex quibus hæc uocabula deducuntur pontius: & pilatus.
Vtrum autem bene quis moueatur: an nō unuſquiſꝗ; po
tentium conſiderare cognoſcit. Tunc uidens Iudas qui
eum tradidit: qm̄ dānatus eſt: pœnitētia ductus retulit tri/
ginta argenteos principibus ſacerdotum: & ſenioribus di
cens. Peccaui ꝙ tradiderim ſanguinem iuſtum. At illi di/
xerunt. Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis
in templo receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes
autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet
mittere eos in corbanam: quia precium ſanguinis eſt. Cō/
ſilio autem accepto inter ſe emerūt agrum figuli in ſepul/
tura peregrinorū. Propter hoc uocatus eſt ager ille achel/
demach: quod eſt ager ſanguinis: uſꝗ; in hodiernū diem
Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam pro/
phetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos: pre/
cium appreciati quod appretiauerunt a filiis iſrael: & de/
derunt eos in agrum figuli ſicut cōſtituit mihi dominus.
Reſpōdeant mihi qui de naturis quaſdam fabulas intro/
ducunt: æſtimantes ſe dicere uera: & non cognoſcentes ꝙ
eorū opinio iniquitatem creatoris accuſat. Qui fecit quæ/
dam quidem uaſa in honorem: nōn ex cauſa uirtutis eo/
rum ducentia eos ad honorem. Quædam autem in con/
tumeliam non propter peccata eorū ducentia eos ad con
tumeliam. Si enim perdibilis naturæ erat Iudas quomo/
do pœnitentiam tantam ſuſcepit ut non uinceretur cupi/
ditate triginta argenteorum propter quam impiam pro/
ditionis ſuſcepit audaciam? Si enim ad proprietatem na
turarum referunt quod eſt dictū. Non poteſt arbor mala
fructus bonos ꝑferre: dicant: niſi bonitatem aliquam ſpi/
ret. Et ſi non perfecte: neꝗ; ſicut debuit conuerſus fecit Iu/
das: hoc ipſum ꝙ retulit triginta argēteos. Vnde eſt & q̄d
dicit cognoſcens peccatum ſuum peccaui tradens ſangui
nem iuſtum. Niſi ex bona plantatione mentis: & ex ſemi/
natione uirtutis quæ ſeminata eſt in omni rationabili aīa:
quā non coluit Iudas: & ideo cecidit in tale pctm̄. Si autē
naturæ pereuntis eſt aliquis hoīum: ſine dubio magis hu
iuſmodi naturæ pereūtis fuit & Iudas. Quod ſine dubio
fuiſſe uideretur: ſi tradens ſanguinem iuſtum: aut non re/
tuliſſet pecunias condelectatus in eis: aut referens non di/
xiſſet quia peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Et ſi q̄dem
poſt reſurrectionē Chriſti ex mortuis dixiſſet Iudas quæ
dixit: forſitan ueriſimiliter erat dicendum qm̄ cōpulit eū
pœnitere de facto: & confiteri de ſuo peccato ipſa uirtus
reſurrectionis ipſius. Nunc aūt mox ut uidit eum traditū
eſſe pilato: cōpunctus pœnituit. Forſitan aūt & recorda/
tus eā quæ frequēter Ieſus dixerat diſcipulis ſuis de reſur/
rectione ſua futura. Videns igitur Iudas magnitudinem fa
cinoris ſui: pœnituit quidem: & locutus eſt ex pœnitentia
cordis: confeſſus pctm̄ ſuum eo ꝙ tradiderit ſanguinem
iuſtum: nō autem & ſm̄ ſcientiam pœnituit ſicut debuit
pœnitere. Aeſtimauit enim præuenire in morte moriturū
magiſtrum: & occurrere ei cum anima nuda ut cōfitens
deprecās miſericordiam mereretur. Propter quod ipſe ſe
iudicauit: & cōdēnauit in eo ꝙ ſciens peccauit: & nō aſpe
xit in hoc q̄d dixerat Iob in tantis cladibus cōſtitutus: uti/
nam poſſim me interficere: aut aliquem rogare ut faceret
mihi. Hoc nec uidit q̄a non conuenit ſeruum dei ſeipſum
expellere de hac uita: ſed expectare etiam de hoc dei iudi/
cium. Videamus nūc ſi q̄d latet multos loci iſtius deo do
nante poſſimus explicare q̄d dictum eſt: uidens aūt Iudas
qui tradidit eum: qm̄ condēnatus eſt: pœnitentia ductus
retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum: & cæte
ra. Si enim ſcriptum fuiſſet poſt ſniam Pilati: poſtq̄ flagel/
lis cæſum Ieſum tradidit iudæis ut crucifigerent eum: ꝙ
ita feciſſet iudas nihil ſine dubio hmōi quæreremus in eo
q̄d dictum eſt. Videns aūt quia condēnatus eſt. Nunc aūt
q̄uo uidit Iudas quia condēnatus eſt? Nec enim adhuc
condēnatus fuerat Ieſus: neꝗ; a pilato interrogatus? For/
ſitan ergo dicit aliquis uim faciens: qm̄ cōſideratiōe men/
tis ſuæ uidit exitum rei: quia condēnatus eſt ex eo q̄d tra/
ditum aſpexit a principibus ſacerdotū: & ſenioribus plæ/
bis. Alius aūt dicet hoc modo qm̄ ſcriptū eſt. Videns aūt
Iudas quia cōdēnatus eſt: ad ipſum iudam refertur. Cum
enim tradidiſſent Ieſum principes ſacerdotum: & ſeniores
plæbis: pilato: tunc ſenſit malum ſuum Iudas: & intellexit
qm̄ qui talia auſus eſt: ſine dubio iudicatus & condēna/
tus a deo eſt. Forſitan & ſathanas qui poſt panem intin/
ctum fuerat ingreſſus in iudam: præſto fuit ei donec Ieſus
traderetur pilato. Poſtq̄ fecit q̄d uoluit: receſſit ab eo: Rece
dente aūt diabolo intellexit: & uidit qm̄ tradens ſanguinē
iuſtum condēnatus a deo eſt? & potuit intelligere ſenſus
eius iam uacans & non habens diabolum operantem in
ſe. Potuit ergo a ſe recedente diabolo capere pœnitentiam
& referre triginta argenteos his qui dederant eos. Et po/
tuit dicere recedente diabolo: q̄d priuſq̄ ab eo recederet: di
cere nō potuiſſet. Nec enim adhuc implente diabolo cor
eius potuit dicere: peccaui tradēs ſanguinem iuſtum. Sed
nō hoc dicimus qm̄ diabolus recedēs ab aliquo tali iam
nequaq̄ ei inſidiatur: ſed obſeruat iterū tempus: ſi potue/
rit iterū ſe apponere ei. Et poſtq̄ cognouerit ſm̄ pctm̄ ſuū
quis: obſeruat & iam tertiæ deceptionis locum in eo dia/
bolus. Si aūt opus eſt & exemplis uti: uideamus in epiſto/
la ad corinthios prima: eum qui uxorē habuit patris: nec
enim in hmōi malo ſine magno opere diaboli potuit eſſe
De quo malo pœnituit ſicut ſcriptura ipſa teſtatur: & tri/
ſtatus eſt triſtitiam ſm̄ deum: triſtitiam quæ pœnitentiam
in ſalutem ſtabilem operatur: ſed poſtq̄ ſuſcepit hmōi tri/
ſtitiam appoſuit iterū ſe ei diabolus uolens ipſam triſtitiā
eius ſupra modū exaggerare ut iam non eſſet ſm̄ deū: ſed
ut abundantior facta abſorberet triſtantem ſupra menſu/
ram: & ultra q̄ triſtare deberet: & ſic eū abſorberet ſathanas
in abundantiori triſtitia. Quod ꝓcognoſcēs Ap̄ls conſi
liū corinthiis dat: ut confirment charitatē in eum dicens
huiuſmodi cauſam. Vt ne inquit abūdantiori triſtitia ab/
ſorbeat q̄ huiuſmodi eſt. Nō enim uerſutias eius ignora/
mus. Simile

mus. Simile aliquid factum eſt & in iuda qui tradidit Ieſum & ſm ſimilitudinem illius triſtitiæ quæ pœnitentiā in ſalutem ſtabilem operatur: triſtatus & ipſe: poſtq̄ pœnitentia ductus: retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum dicēs: peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Quod ipſum pœnitentiæ erat: & triſtitiæ ſalutaris: ſed quia nūq̄ ſeruauit cor ſuū: neq̨ ſapiēter triſtatus eſt: ſed ſuſcepit abūdantiorem triſtitiam a diabolo ſibi ſubmiſſam/ qui uoluit eum abſorbere in abundantiori triſtitia: ideo referens argenteos illos in templum: abiens laqueo ſe ſuſpendit. Si enim poſtq̄ retulit pecuniā: & confeſſus eſt ſe peccaſſe: eo ꝙ tradidit ſanguinem iuſtum: non abiens laqueo ſe ſuſpēdiſſet: ſed locum pœnitentiæ requiſiſſet: & tempus pœnitentiæ obſeruaſſet: forſitan & inueniſſet eum qui dixit. Viuo ego qm̄ nolo mortem peccatoris: ſicut pœnitentiam eius. Ego aūt æſtimo qm̄ & maius aliqd de ſaluatore intelligens iudas: nō alibi proiecit triginta argenteos niſi in templum ubi ſciebat dn̄m eieciſſe de templo oues & boues: & dixiſſe uenditoribus columbarū. Tollite hæc hinc: & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Satis ergo deſperans ex ſe: cꝙ intellexit magnitudinē ſui peccati: iactans argenteos illos in templum abiit: & laqueo ſe ſuſpendit. Accipientes aūt argenteos illos: uoluerunt aliquid legitimum obſeruare: & mittere eos in corbanam ubi data populi propter neceſſitates pauperū congregabantur: ſanguinis enim p̄cium: impium æſtimabant mittere in corbanam. Propter quod conſilium accipientes comparauerunt ex pecunia illa agrum figuli: & operātis lutum. Videbant enim qm̄ circa mortuos magis eam pecuniam conueniebat expendi: & circa locum mortuorum & ſepulturæ: qm̄ precium ſanguinis erat q̄ in corbanam: aut in aliqua neceſſitate honeſta. Sed quia & inter loca mortuorum differentiæ ſunt: qm̄ multi quidem ſm uotum optabiliter ſepeliūtur in monumentis ſuis paternis: quidam aūt propter quaſdam calamitates frequenter in peregrinis monumentis ſepeliuntur: ideo accipientes precium ſanguinis Ieſu: uſi ſunt eo ad comparationem agri figuli alicuius: ut in eo peregrini mortui ſepeliantur: non ſm uotum: ſed ſm caſum aliquem contrarium hoc ꝑmerentes. Si aūt & peregrinos ſpiritaliter intelligere cōuenit: peregrinos dicimus eſſe qui uſq̨ ad finem extranei ſunt a deo: & peregrini teſtamentorum eius. Tales igitur peregrini huiuſmōi habent finem ut in agro figuli ſepeliant̄ qui precio ſanguinis eſt comparatus. Nam iuſti ſunt qui dicunt: conſepulti ſumus Chriſto in nouo monumento: quod ſciſſum habetur in petra: in monumento dolato: ubi nōdum quiſq̄ mortuorum poſitus eſt. Qui aūt uſq̨ ad finē peregrini ſunt a Chriſto: & alieni a deo: dicent ſine dubio cōſequenter. Conſepulti ſumus peregrinis in agro figuli operantis lutum: qui pretio ſanguinis eſt comparatus: & ſumus in agro qui ager ſanguinis noiatur. Sed qm̄ quod poſt hæc dicit euangeliſta: tunc impletum eſt quod dictū fuerat per Hieremiam prophetam dicentem &c. Interea quæ ſcripta ſunt non inueniť hoc Hieremias alicubi prophetaſſe in libris ſuis qui uel in eccleſiis legūtur: uel apud iudæos referūtur. Si quis autem poteſt ſcire: oſtendat ubi ſit ſcriptum. Suſpicor autem aut errorem eſſe ſcripturæ: & pro Zacharia poſitum Hieremiam: aut eſſe aliquam ſecretam Hieremiæ ſcripturam in qua ſcribitur. Talis eſt autem textus apud Zachariam prophetam. Et dicam ad eos. Si bonum eſt in cōſpectu ueſtro: date mercedem meam aut abnegate: & ſtatuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Depone eos in fornacem: & uide ſi probum eſt: ſicut probatus ſum pro eis. Et accepit triginta argenteos: & miſit eos in domum domini in fornacem. Si autem hæc dicens aliquis æſtimat ſe offendere: uideat ne alicubi in ſecretis Hieremiæ hoc prophetatur: ſciens quoniam & Apoſtolus ſcripturas quaſdam ſecretorum profert: ſicut dicit alicubi. Quod oculus non uidit: nec auris audiuit: in nullo enim regulari libro hoc poſitum inuenitur: niſi in ſecretis Heliæ prophetæ. Item q̄d ait: ſicut Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi: non inuenitur in publicis ſcripturis: ſed in libro ſecreto qui ſupraſcribitur Iamnes & Mambres liber. Vnde auſi ſunt quidam epiſtolam ad Thimoteum repellere: quaſi habentem in ſe textum alicuius ſecreti: ſed non potuerunt. Primam autem epiſtolam ad Corinthios: propter hoc aliquem recuſaſſe quaſi adulterinam ad aures meas nunq̄ peruenit. Ieſus autem ſtetit ante præſidem. Et interrogauit eum præſes dicens. Tu es rex iudæorum? Dixit ei Ieſus. Tu dicis. Vere Ieſus non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo: Et non ſemel: ſed frequenter pro omnibus ſeipſum humiliauit. Et nunc ergo iudex totius creaturæ cōſtitutus a patre: rege regum: & domino dominorum: uide in quātum ſe humiliauit ut acquieſceret ſtare ante iudicem tunc terræ iudeæ: & uocatus: interrogatus eſt interrogationem quā forſitan deridens: aut dubitās Pilatus interrogauit dicēs. Tu es rex iudæorum? Ad quam interrogationem quod putauit eſſe cōdecens: reſpondit dicens: tu dicis. Et a principe qdem ſacerdotum adiuratus ut diceret ſi ipſe eſt Chriſtus filius dei/ reſpondit: tu dixiſti. A pilato autem interrogatus: tu es rex iudæorum? reſpondit: tu dicis. Vide interrogationes: niſi illa quidem interrogatio: ſi tu es Chriſtus filius dei: iudaicæ conueniebat perſonæ: romano autem iudici dicenti interrogatorie: an non tu es Chriſtus: ſed tu es rex iudæorum. Qui autem caute conſiderat ipſos apices euangelicorum ſermonum: uidebit quoniā princeps quidem ſacerdotum dubitanter dixit. Si tu es Chriſtus filius dei. Si enim ſyllaba: dubitationē interrogationis oſtēdit. Pilatus autem pronunciatiue: tu es rex iudæorum. Quoniam autem pronunciatiue hoc dixit Pilatus: illud quoq̨ confirmat quod etiam alibi ſupra ſcribit in titulo: rex iudeorū tribus linguis hebraice: græce: & latine: ut hebræi & græci & romani cognoſcerent quoniam & Pilatus ſciebat eum regem iudæorum eſſe. Propter quod apparet cum qua reuerentia requirebat de Ieſu: & prouocabat populum ut Ieſum magis ad dimittendum peterent q̄ Barrabam. Reuerentiæ autem Pilati illud etiam fuit ſignum: ꝙ lauans manus ſuas dixit. Innocens ego ſum a ſanguine huius: uos uideritis. Quod autem dixit ad principem ſacerdotum: tu dixiſti: dubitationem eius oblique arguens conuincit. Et quod ait Pilato: tu dicis: ſententiam eius pronunciantis confirmat. Marcus autem: pro ſi tu es Chriſtus filius dei: ſic ſcribit. Tu es filius benedicti? Forſitan aut illud quod ſimpliciter ſcriptum eſt: aut hoc quod dubitanter: neſcio ſi non mendoſa haberant exemplaria cum debuiſſent ambo æqualiter dicere: ſi tu es: aut tu es. Et cum accuſaretur a principibus ſacerdo/

tum:& ſenioribus plebis : nihil reſpondebat . Tunc dixit
ei Pilatus. Non audis quanta aduerſus te dicunt teſtimo/
nia? Et nō reſpondit ei ullum uerbū ita ut miraretur præ/
ſes uehemēter. Iudaicæ litteræ occidētis miniſtri:& ſenio/
res filii ſunt eorꝫ ſacerdotum:& ſeniorum qui accuſaue/
runt Ieſum:accuſationem eorꝫ uſqꝫ nunc ſuſcipientes &
accuſantes Ieſum. Propterea permanēte eis ipſo peccato:
& præueniente eos ſemel ira:uſqꝫ in finem adhuc patiun/
tur operatores ipſos:derelicti cum populo uniuerſo ſicut
tabernaculum in cucumerario:& ſicut ciuitas quæ expu/
gnatur. Accuſatus aūt Ieſus:ſicut tunc nihil illis reſpōdit:
ſic & modo aduerſus accuſationes iſtorꝫ ſacerdotum : &
ſeniorꝫ:nihil reſpōdit. Tacet enim eis uerbum dei:& iam
nō audiunt uerbum dei ſicut aliquādo factum fuerat ad
prophetas:& in conſumatione ſæculorꝫ caro factus eſt:&
habitauit in nobis. Et nō ſolis principibus ſacerdotum &
ſenioribus plæbis falſa accuſantibus nō reſpōdit:ſed neqꝫ
Pilato qm̄ uolebat eum audire:defendentem ſe cōtra ac/
cuſationes eorꝫ mendaces. Quando enim dixit ei Pilatus
poſt accuſationes principum ſacerdotum & ſeniorꝫ:non
audis quāta te accuſant? neqꝫ ipſi reſpōdit. Nec enim erat
dignum reſpōdere:uel dubitanti utrum debeat aduerſus
accuſationes eorꝫ falſas reſpondere. Hoc diximus nō obli
ti quod dictum eſt de Pilato : quia uel momentum ali/
quod benignum erga Chriſtum habebat . Hoc enim ue/
rum eſſe de Pilato:ex omni narratione eius oſtēdiť. Non
autem dicere quis audebit:qm̄ permanēs & firmum erat
in eo de Chriſto iudicium. Trahebatur enim & ad cōtra/
ria:propterea & nunc trahēti ad deteriorem opinionem:
dominus nō reſpōdit contemptis oībus quæ dicta fue/
rant in accuſationem ipſius. Miratus eſt autem Pilatus cō
ſtantiam eius:forſitan ſciens qūo cum idoneus eſſet pro/
nuntiare & remittere crimen:miratus eſt : uidens eum in
tranquilla & quieta ſapientiæ grauitate:& iturbabili eum
iudicio ſtare:in quo ad mortem periclitari æſtimabať ab
his qui fuerant ibi:& fortior erat humana natura & om/
ni eius īfirmitate:uolente obtūdere uirtutem ſpiritus eius
nō aūt præualente facere hoc. Quod aūt ſcriptum eſt nō
ſolum mirari Pilatum:ſed etiam ualde mirari mouet me
ut æſtimem qm̄ dignum ei uidebatur magno miraculo
ut exhibitus ad criminale iudicium Chriſtus inturbabilis
maneret:& ſtaret ante mortem quæ apud oēs hoies terri
bilis æſtimatur. Per diem aūt ſolēnem cōſueuerat præſes
dimittere populo unum uinctum quem uoluiſſent. Non
miteris ſi adhuc primordium habēs Romanus principa/
tus in eis:& nouiter iudæis iugum ſuſcipientibus roma/
norꝫ:quia donatū erat iudæis ut in ſolēnitate paſcali pe/
terent unum quem uoluiſſent:nūquis mille homicidiis ob/
noxius uideretur. Sic enim quaſdam gratias præſtāt gen/
tes eis quos ſubiiciunt ſibi donec cōfirmetur ſup eos iu/
gum ipſorꝫ. Tamē cōſuetudo hæc abſoluēdi uincti fuit
aliquādo & apud iudæos. Nam cum Saul decreuiſſet ut
ne quis acciperet cibum:Ionathas aūt fauū mellis guſtaſ/
ſet cōtra regis decretum:inuenit obnoxium Ionatham:&
quāuis filium cōſtitutum:tamē ꝓpter aliquod iuramen/
tum ſuum decreuerat iterficere eū . Sed nō iterfecit omni
populo Iſrael interueniēte:& petēte eum ad uitam . Sed
ꝙ Pilatus dimiſit unum uinctum populo : uel Saul ſm
petitionem populi ꝙ dimiſit Ionatham : nō eſt mirū:ſub
culpa enim erat amborꝫ petentium uitam : quoniam iu/
dæi ſemper obnoxii erant. Sed illud quæramus ſi tale ali
quid fiat & in iudicio dei : ut oīs eccleſia petere poſſit ali/
quem peccatorē ut ſoluatur a cōdēnatione peccati:maxi
me aūt ſi quādo habeat ꝑditionis cætera opera:ad benefa
ciendum aūt eccleſiæ impiger ſit. Tales enim iuenies ſæ/
pe in potētibus cōſtitutos:alias qdem peccatores : tn̄ pro
chriſtianis quātum poſſibile eis eſt multa agētes. Adduce
ris aūt magis ad requirēdum talia ſi rōnem habet idoneā
ꝙ etiam iſrael pro uita Nabuchodonoſor:& Balthaſar fi
lii eius deum orabat. Sed hoc ſi uidetur alicui dignum re
quiſitione:requiret. Quod aūt manifeſtum eſt oēs curare
temptemus ut ex petentibus iueniamur eſſe & in ordine
eorꝫ qui bene uixerūt:magis q̄ ex illis pro quibus petitur
quaſi pro oībus malis. Nam & ſi cōcedatur aliquis pecca
tor ad preces eccleſiæ:nō aūt iuſtum eſt gloriam & beati/
tudinem cōſequi eum:qui hmōi eſt:ſufficit enim ꝙ a poe
na dimittitur. Arbitror aūt propter iſtum diem feſtum iu/
dæorum in quo Barrabas ad uitam electus eſt . Chriſtus
autem neglectus:dūm dicere per ꝓphetam. Ieiunia:& fe/
rias:& dies feſtos ueſtros odit anima mea . Et quia magis
ſolēnitatem agere uoluerunt cū latrone dimiſſo q̄ cum Ie
ſu:uerbi gratia dicam. Si egiſſent ſolēnitatē recte ſicut Io/
ſias:aut aliquis ſimilis ei : & data eis fuiſſet quem uellent
petendi licētia:ſine dubio Ieſum poſtulaſſent : Barrabam
aūt condēnaſſent. Nos aūt oremus ut feſtum diem colen
tes nō in fermento ueteri:neqꝫ in fermento malitiæ & ne/
quitiæ:ſed in azimis ſinceritatis & ueritatis:Barrabā qui/
dem cōdēnate:Ieſum autem ab omnibus uinculis liberū
accipere nobis mereamur in regem:& dominū . Et q̄diu
hæc facimus nō conuertentur dies feſti noſtri in luctum:
neqꝫ cantica noſtra in lamentationem:ſed erunt in nobis
ſolēnitates ueræ:ſolēnitates dei . Habebant aūt tunc uin/
ctum iſignem qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo
eis:dixit eis Pilatus. Quē uultis dimittā uobis Ieſum Bar
rabam:an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim ꝙ ꝑ
inuidiam tradiderūt eum. In multis exēplaribus nō conti
netur:ꝙ Barrabas etiam Ieſus dicebatur:& forſitan recte:
ut ne nomē Ieſu cōueniat alicui iniquorꝫ. In tanta enim
multitudine ſcripturarꝫ neminem ſcimus Ieſum peccato
rem:ſicut in aliis noībus inuenimus iuſtorꝫ:ut eiuſdē no
minis inueniātur eſſe etiam iniqui:utputa Iudas apoſto/
lus zelotes:& Iudas patriarcha:item & Machabeus iudas
oēs laudabiles. Sed & Iudas proditor . Et in geneſi inue/
niunť eiuſdē nois eē filii Seth:& filii Cain. Sicut Enoch:
& lamech:& matuſalem:nō aūt cōueniebat eſſe tale aliqd
& in noīe Ieſu. Et puto ꝙ in hæreſibus tale aliqd ſupad/
ditum eſt:ut habeāt aliqua cōuenietia dicere fabulis ſuis:
de ſimilitudine nois Ieſu:& Barrabæ. Aeſtimo eni in iſtis:
terū aliqd myſteriū demōſtrari:ut Barrabas qdem cōſtitu
tus ſit ad ſeditionē:& bella:& homicidia faciēda i aiabus
hoium:Ieſus aūt qſi filius dei:& pax cōſtitutus:& uerbū:
& ſapiētia ad oīa bona . Hi ergo duo cū ſint uincti in re/
bus humanis & corporibus:populus ille ſibi poſtulauit
abſolui Barrabam:ꝓpter quem nō ceſſat gens illa habens
ſeditiones:& homicidia:& latrocinia ſm quoſdam gen/
tis ſuæ in rebus quæ foris habentur . Secundum omnes
autem iudæos qui non credunt Ieſum intus in animam.
Vbi enim non eſt Ieſus:illic ſeditiones : & lites : & prælia
ſunt.Vbi

254

ſunt. Vbi autem eſt Ieſus ut dicere poſſint: ſi autem Chriſtus in nobis: corpus quidem mortuum propter peccatum: ſpiritus autem uita propter iuſtitiam: ibi ſunt omnia ſimul bona & innumerabiles diuitiæ ſpirituales in manibus eius: & pax: ipſe eſt enim pax nr̃a qui fecit utraq; unũ. Et ſi quis uideat contrariam illam operationẽ: cognoſcet quoniam ipſe eſt in oĩbus uinctus inſignis barrabas quem ſibi ſolui deſiderãt nõ ſolum tunc peccans iſrael ſm̃ carnem: ſed & oẽs qui eis ſimiles ſunt uel in dogmate: uel in uita. Quicũq; ergo mala agit ſolutus eſt in corpore eius barrabas: Chriſtus aũt uinctus. Qui autem bona agit Chriſtus ei ſolutus eſt: Barrabas autem uinctus. Sedente aũt eo pro tribunali miſit ad eum uxor eius dicens. Nihil ſit tibi: & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eum. Et Ieſus quidem per inuidiam traditus erat. Et ita ꝑ inuidiam mãifeſtam: ut etiam Pilatus eam nõ ignoraret. Volunt autem euangeliſtæ nõ prætermittere rem diuinæ prouidentiæ laudem dei continentem: qui uoluit per uiſum cõuertere Pilati uxorem: ut quãtum ad ſe uetaret uirũ ſuũ ut ne audeat cõtra Ieſum proferre ſñiam. Et uiſum quidem non expoſuit Matthæus: im̃ autem dixit: quia multa paſſa erat per uiſum ꝓpter Ieſum. Et ideo per uiſum paſſa eſt: ut ne amplius pateretur. Vt beatam fuiſſe dicamus Pilati uxorem quæ per uiſum paſſa eſt multa propter Ieſum: & recepit ꝑ uiſum qđ erat paſſura. Ex quo audebit quis dicere: quoniam melius eſt recipere aliquem mala in uiſu q̃ recipere in uita. Quis enim nõ eligat per uiſum mala ſua recipere in uita ſua: niſi forte talia mereat̃ ut expediat ei acriora recipere in uita ſua potius q̃ recipere leuiora in uiſu? Cõſolatur enim: & requieſcit i ſinibus Abrahæ: qui recepit mala in uita ſua: & nõ hæc mala quæ recepit in uiſu ſuo: ſm̃ qđ & cõſolationem habebit. Vtrum aũt & initium habeat cõuerſationis ad deum ex eo ꝙ multa ꝓpter Ieſum fuerat paſſa per uiſum: deus ſcit. Tamen cõtinetur etiam hoc in ſcripturis quibuſdam nõ publicis. Et uide: quia iuſtũ appellauit Ieſum uxor Pilati: ne forte myſterium ſit hæc uxor Pilati eccleſiæ ex gentibus. Quæ aliquãdo quidem regebat̃ a Pilato: nunc aũt iam nõ eſt ſub eo ꝓpter fidem ſuam in Chriſto. Principes aũt ſacerdotum & ſeniores ꝑſuaſerunt populo ut peterent Barrabam: Ieſum uero perderent. Reſpondẽs autẽ præſes dixit illis. Quem uultis de duobus dimittam uobis? At illi dixerũt: Barrabã. Et eſt uidere uſq; nunc quõo populus iudæorũ a ſenioribus ſuis: & iudaicæ culturæ doctoribus ſuadetur: & excitatur aduerſus Ieſum ut perdant eum: quãtum ad ſe: & habeãt Barrabam ſolutũ. Credũt enim turbæ principibus: & ſacerdotibus ſuis. Plærũq; & præſes quidem dicit ad populum. Quẽ uultis ex duobus dimittam uobis? Turbæ aũt: quaſi uere turbæ: & multæ quæ ſpacioſam & ꝑducentẽ ad ꝑditionem ambulant uiam: petierunt Barrabam ſolui: uolentes eum ſibi habere ſolutum. Dicit eis Pilatus. Quid ergo faciã de Ieſu qui dicitur Chriſtus? Dicunt oẽs. Crucifigat̃: & cætera. Volens eis pudorem tãtæ iniquitatis incutere Pilatus dixit eis. Quid ergo faciã de Ieſu qui dicit̃ Chriſtus? Nõ ſolum aũt: ſed & mẽſuram colligere uolens ĩpietatis eorũ: illi aũt nec hoc erubeſcẽtes ꝙ Pilatus Ieſum Chriſtũ eſſe cõfitebat̃: nec modum ĩpietatis ſeruãtes: dixerũt oẽs crucifigatur. Et ſi quidem Barrabam petiſſent dimittere: nõ aũt eũ cõtra: & Chriſtum poſtulaſſent ad crucem: ut puta Barrabam quidem petiſſent abſolui: hunc aũt nõ petiſſent crucifigi: ſed in ꝑtãte dimiſiſſent Pilati ut faceret de eo qđ uellet adhuc magnæ eſſet ĩpietatis ꝙ relicto iuſto: homicidã petiſſent. Nunc aũt multiplicauerunt ĩpietatis ſuæ mẽſuram: non ſolum homicidam poſtulantes ad uitam: ſed etiã iuſtum ad mortem: & ad mortem turpiſſimam crucis. Adhuc aũt ꝑmanens in eo ipſo ꝙ cõfundere eos uolebat: ut uel confuſi ad electionem iuſti uenirẽt: & ſi nõ ex iudicio cordis: dicit eis. Quid enim mali fecit? Cõtra hoc nihil habentes qđ reſpõderent: amplius clamauerũt: nõ deponentes: ſed augentes iram: aĩoſitatẽ: blaſphemiam: & dixerũt. Crucifigatur. Pilatus aũt uidens ꝙ nihil ꝓficeret: iudaico uſus eſt more: uolens eos de Chriſti innocentia nõ ſolum uerbis: ſed etiã ipſo facto placare: ſi uoluerint: ſi aũt noluerint condẽnare: faciens nõ ſm̃ aliquã cõſuetudinem Romanorũ. Accepit enim aquam in cõſpectu oĩum: & lauãs manus ſuas dixit. Innocẽs ego ſum a ſanguine huius: uos uideritis. Et ipſe quidem ſe lauit: illi aũt nõ ſolum ſe mundare noluerũt a ſanguine Chriſti: ſed etiam ſuper ſe ſuſceperunt dicentes: Sanguis eius ſuper nos: & ſuper filios noſtros. Propter hoc rei facti ſunt nõ ſolũ in ſanguine ꝓphetarum: ſed implentes menſuram patrũ ſuorũ facti ſunt rei in ſanguine Chriſti: ut audiant deum ſibi dicẽtem: cũ expanderitis manus ueſtras ad me auertam oculos meos a uobis: manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Propterea ſanguis Ieſu nõ ſolum ſuper eos factus eſt qui tũc fuerunt: uerũetiam ſuper oẽs generationes iudæorũ poſt ſequẽtes uſq; ad cõſumationem. Propterea uſq; nunc domus eorũ derelicta eſt eis deſerta? Pilatus aũt oblitus uerborũ ſuorũ bonorũ quibus cœperat defendere innocẽtiam Chriſti: declinãs ad malum: nõ ſolũ tradidit Ieſum: ſed & flagellis cæſum tradidit ut crucifigerent eũ. Tunc milites præſidis ſuſceperũt Ieſum in ꝑtoriũ: & cõgregauerunt ad eum totã cohortem: & induerũt eum chlamydem coccineam: & purpurã circũdederũt ei: & coronã de ſpinis poſuerunt ſup caput eius: & arundinẽ in dextera eius: & adgeniculantes ſe deludebãt eum dicẽtes. Aue rex iudæorũ. Veriſimile eſt ut in primordiis tũc nouiter erecti imperatoris: milites nõdum diſciplinæ ordinẽ cõſeruãtes: decernẽtes extra cõſuetudinẽ diſciplinæ quæ nũc eſt: facerẽt in ſaluatorem cũ accipiẽtes eũ in ꝑtorium cõgregauerunt totam cohortem: & fecerũt quæ feciſſe dicunt̃: luſum ſibi Ieſum faciẽtes: ꝓpter qđ noĩatus fuerat rex iudæorũ. Ego aũt puto milites hoc feciſſe: operantibus in ſe inuiſibilibus regibus: & principibus ſæculi huius qui aſtiterũt & cõuenerunt in unũ aduerſus dñm: & aduerſus chriſtũ eius: ut uideat̃ illa deluſio eorũ potius fuiſſe q̃ hoĩum. Eorũ aũt q nõ cognouerũt in illa diſpẽſatiõe ſapiẽtiã dei: ſi enim cognouiſſent nunq̃ dñm maieſtatis crucifixiſſent: Ergo cohors illa myſteriũ erat militiæ alicuius malignæ. Et expoliauerũt eũ ueſtimẽta eius q̃ de ſurſum habebat: tunicã incõſutilẽ & ſtolã: hæc enim ueſtimẽta eius talia deſcribit Ioãnes: & induerũt eũ deludẽtes ꝓpter nomẽ eius regale: coccineã chlamydem nõ intelligẽtes ꝙ agunt. Illa aũt coccinea chlamys myſteriũ erat coccinei ſigni: qđ ſcriptũ eſt in Ieſu naue: ꝙ ad ſalutẽ ſuã habuit illa raab: & in geneſi ꝙ factũ eſt in uno filiorũ thamar ad manum naſcẽtis ut coccum alligaretur in ſigno futuræ paſſionis chriſti. Ergo & nunc ſuſcipiens dominus coccineam chlamydem in ſe ſanguinem mũd

di ſuſcepit:& in ſpinea illa corona : ſuſcepit ſpinas pecca/
torum noſtrorꝫ intextas in capite ſuo. Et de chlamyde ſcri
ptum eſt: qm̄ denuo ſpoliauerunt eum chlamydem coc/
cineam: de corona aũt ſpinea nihil tale euangeliſtæ ſcripſe
runt: propterea ꝙ & nos quærere uoluerũt exitum rei de
corona ſpinea ſemel impoſita: & nunq̃ detracta . Ego igi/
tur arbitror qm̄ ſpinea illa corona conſumpta eſt a capite
Ieſu: ut iam non ſint ſpineæ noſtræ antiquæ poſtq̃ ſemel
eas a nobis abſtulit Ieſus ſuper uenerabile caput ſuum. Si
autem & de calamo quem poſuerũt in dextera eius: aliqd
dicere conuenit: hmõi dicimus rationem . Calamus ergo
ille myſterium fuit ſcæptri uani & fragilis ſup quẽ incum
bebamus omnes priuſq crederemus ſcæptrum maligni.
Confidebamus enim in uirga calamina ægypti/uel baby
lonis/uel cuiuſcũq; regni contrarii contra regnum dei: &
accepit calamum illum: & uirgam fragilis regni de mani/
bus noſtris: ut triũphet eum: & conterat in ligno crucis:
& pro calamo illo priori ſuper quem prius recũbebamus
dedit nobis ſcæptrũ regni coeleſtis: & uirgam de qua ſcri
ptum eſt: uirga æquitatis: uirga regni tui: uel uirgam quæ
corripiat eos qui opus habent correptione : de qua dicit
Apoſtolus. Quid uultis in uirga ueniam ad uos ? Dedit
nobis & baculum ut celebremus paſcha: ſm ꝙ ſcriptum
eſt: baculi ueſtri in manibus ueſtris ſint: ut celebremus pa/
ſcha: deponentes uirgam calami eam quem habebamus
priuſq̃ celebraremus domini paſcha. Percutiunt aũt cum
hoc fragili: & uano calamo caput Ieſu uenerabile : qm̄ &
ſemper regnũ illud cõtrarium: cõuiciat & uerberat deum
patrem caput domini ſaluatoris: & in his oĩbus unigeni/
ta uirtus nocita nõ eſt: ſicut nec paſſa eſt aliquid/facta pro
nobis maledictum: cum naturaliter benedictio eẽt: ſed cũ
benedictio eſſet cõſumpſit: & ſoluit: & diſſipauit omnem
maledictionem humanã . Exeuntes aũt inuenerũt hoiem
cireneum: noie Simonem: hunc angariauerunt ut tolleret
crucem eius. Sicut enim ſm tres euangeliſtas temptatur a
diabolo Ieſus: ſm Ioãnem autẽ qui ſpiritalis naturæ eius
fecit ſermonem: nõ temptatur: nec enim temptať ueritas:
& uita: & reſurrectio: & lumen uerum: ſed tẽptabatur ſm
hoiem quem ſuſceperat unigenitus deus ſic ſm Ioãnem
quidem ſaluator imponẽtibus eis qui ſuſceperunt eum:
crucem ſuam portans egreſſus eſt in locum qui diciť cal/
uariæ locus: ſm reliquos aũt ſibi eam nõ portat. Exeuntes
enim qui ducebant eum ad crucifigendum : inuenerunt
quendam cireneum noie Simonem quem angariauerũt
ut acciperet crucem Chriſti. Non autẽ ſolum ſaluatorem
cõueniebat accipere crucem ſuam: ſed & nos cõueniebat
portare eam: ſalutarem nobis angariam adimplentes/nec
iterum aũt ſic prodificandi fueramus crucẽ eius accipien
tes quãtum modo prodificamur a cruce eius: cum & ipſe
ſibi accipiat eam & portet . Quæres ſi ſm textum utrũq;
eſt factum: & nõ diſſonãt ſibi euangeliſtæ ab inuicem : &
quid eorꝫ prius eſt factum : utrum enim qui ſuſceperunt
Ieſum ad crucifigendum: & imponẽtes ei crucem: ut por
tans eam exeat in locum Caluariæ: hoc primum fecerunt,
anteq̃ angariarent Simonem cireneum: an egreſſi qdem
angariauerunt Simonem . Facti autem ad locum in quo
eum fuerant ſuſpenſuri: poſuerunt crucem ei ipſi : & ipſe
eam portaret. Et qui poteſt diſcutere quærat diſcutiens in
utroq; ut inueniat utrum finem portandæ crucis accepit
aut magis cyreneus Simon: non fortuitu angariatus: ſed
ſm aliquam de eo pſcientiam dei : ſm diſpoſitionem dei
ductus ad hoc ut euãgelica ſcriptura dignus inueniretur: &
miniſterio crucis Chriſti : ĩ qua mũdus crucifigiť ſanctis:
& ſancti mũdo . Quidã aũt & moraliter exponere uolue
runt hunc ipſum Simonem cyreneum: ex eo ꝙ de penta/
poli eſſet cyrenes ſm Libyam: accipientes occaſionem de
ſenſibus quinq; ut dicãt: quaſi quinq; ſenſus portauerũt
diſpenſationis illius crucem. Simon aũt iterpretatur obe/
dientia. Cui aũt magis conueniebat ut crucem chriſti por
taret niſi obedientiæ: aut ſicut ſecundus lyræ filius uocať
Symeoni ? Duplicitet enim apud græcos noiatur : & pa/
triarcha: & Petrus: ſm proprietatem hebraici ſermonis: ut
cõueniat ei qui ita uocatur: ut & Simõ dicať: & Symeon:
qm̄ iiſdem litteris ſcribunt hebræi & Symeonis nomen:
& Simonis. Locus aũt Caluariæ dicitur non qualencũq;
diſpenſationem haberet: ut illic qui pro hoĩbus moriturus
fuerat moreretur. Venit enim ad me traditio quædam ta/
lis. Quod corpus Adæ primi hois ibi ſepultũ eſt ubi cru/
cifixus eſt chriſtus: ut ſicut in Adam oẽs moriuntur: ſic in
chriſto oẽs uiuificentur: ut in loco illo qui dicitur Calua/
riæ locus: id eſt locus capitis: caput humani generis reſur/
rectionem inueniat cum populo uniuerſo per reſurrectio/
nem dñi ſaluatoris qui ibi paſſus eſt: & reſurrexit. Incõue/
niens enim erat ut cum multi ex eo nati remiſſionem acci
perent peccatorꝫ: & beneficium reſurrectionis conſeque/
rentur : nõ magis ipſe pater omnium hoium huiuſmodi
gratiam cõſequeretur. Et dederunt ei acetum bibere felle
mixtum. Et cum guſtaſſet noluit bibere. Sufficiebat enim
nobis ut tantũ guſtaret pro nobis ſicut mortẽ tridui tem
poris nõ longiorem ſic & acetum felle permixtum. Aliud
autem uinum nõ mixtum cum felle: nec cum alio aliquo
cõtrario accepit: & bibit: & gratias agens diſcipulis dedit/
& promiſit ſe bibiturum nouum ipſum in regno dei.
Poſtq̃ autem crucifixerunt eum: diuiſerunt ſibi ueſtimen/
ta eius ſortem mittentes & ſedentes ſeruabant eũ. Et ſunt
uſq; nunc qui ipſum quidem non habentes : ueſtimenta
autem uerba in ſcripturis poſita habent : nec ipſa ad ple/
num: ſed ex parte : nihilominus hocipſum propheta di/
cente myſterium quod nunc eſt impletum. Vtrum autem
conſciſſum eſt aliquod ueſtimentorum eius in illa parti/
tione: aut manſit unumquodq; eorũ integrum ſicut fuit:
& qualia illa ueſtimenta fuerunt non legimus apud tres
euangeliſtas: apud Ioannem autem didicimus ꝙ milites
poſtq̃ crucifixerunt Chriſtum: acceperunt ueſtimẽta eius:
& fecerunt quattuor partes: unicuiq; militi partem. Tuni
cam autem quoniam erat non cõſutilis: ſed a ſurſum tex
tilis per totũ: dixerunt adinuicẽ: non conſcindamus eam:
ſed ſortiamur de ea. Nõ ergo oẽs acceperũt eã: ſed q ſorti/
tus eſt. Diſputãs aũt aliqs de differẽtia eorꝫ qui ueſtimen
ta domini habẽt: inueniet ſine dubio qui in dogmatibus
ſuis: & ſi non habent ipſum: tunicam tamẽ deſurſum tex
tilem per totum habent. Alii autẽ nec ipſam: ſed aliquam
particulam ueſtimenti eius. Et hoc conſidera ꝙ ſm Mat/
thæum quidem Ieſus accipiens acetum cum felle pmix/
tum: guſtauit: & noluit bibere . Secundum Marcum au/
tem cum daretur ei mirratũ uinum: non accepit. Et ſeden
tes ſeruabant eum ibi: & milites qdem ſeruabant corpus:
ſubmiſſi a principibus ſacerdotum: quaſi furãdum a di/

ſcipulis

ſcipulis eius ſi non ſeruaretur. Diſpenſatio autem reſuſcitauit eum & teſtes reſurrectionis eius eſſe fecit non duos tantū: aut tres: ſed multo plures. Viſus eſt enim cephæ: poſtea illis undecim: deinde apparuit amplius q̄ quingentis fratribus. Nouiſſime autem omnium paulo. Et non erat modicum ſignum reſurrectionis eius: ꝙ a tantis eſt uiſus: his qui ſuſceperunt periculum ut prædicēt eum uiuentem in populis: qui petierāt eum ad crucem. Et nunc noui principes ſacerdotum uidelicet filii principum illorum: uerbum ueritatis poſitum in ſcripturis crucifigunt falſis expoſitionibus ſuis: & occidunt mēdaciis: uerbum autem ueritatis quia apud illos quidem occiditur: uiuit autem in ſua natura: ſemper inuenit: & elegit ſibi uaſa in quibus reſurgat: & uiuat: & adhuc confundat ſuos interfectores: multis teſtimoniis uiuere demonſtratum. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam eius ſcriptam: hic eſt Ieſus rex iudæorum. Siue occaſione: ſiue ueritate: Chriſtus rex pronunciatur: & omnis littera regnum eius teſtatur: ſiue græcorum: ſiue romanorum: ſiue hebraicorum. Et pro corona ſuper caput eius ſcriptum: hic eſt Ieſus rex iudæorum. Et cum nulla inueniatur cauſa alia mortis eius: nec enim erat: hæc habeatur ſola: rex fuit iudæorum: de qua & locutus eſt dicens. Ego autem cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon mōtem ſanctum eius. Et princeps quidem ſacerdotum ſm̄ litteram legis portabat in capite ſuo formam ſigni: & ſanctificationem domini ſcriptam in metallo: uerus autem princeps ſacerdotum: & rex Ieſus: in cruce quidem habet ſcriptum: hic eſt rex iudæorum. Aſcendens autem ad patrem & ſuſcipiens patrē in ſe pro litteris: & pro nomine habet qui nominatur: & habet eum coronam: & dignus eo effectus: & domus dei patris digna effectus: ſolus ſufficiēter patrem capere poteſt. Tunc crucifixerunt cum eo duos latrones: unum a dextris: & unum a ſiniſtris. Crucifixus inter latrones dominus ſicut ipſi latrones: impleuit prophetiam dicētem de ſe: & cum iniquis deputatus eſt. Et eſt uidere diſcipulos eius teſtimonium dantes culturæ dei quæ per eū eſt introducta: cum iniquis reputari: & cū eis crucifigi: aut paſſiones reliquas ſuſtinere ſicut & illi. Mundus enim & ſpiritus qui in eo eſt ſūmos ſemper perſequitur uiros: & punit malitiæ quidem ſūmos propter utilitatem multorum: ſūmos autem uirtutis: quoniam nō eſt dignus mundus iſte eis qui non conſiderant quæ uidentur: ſed quæ nō uidentur: & contēnunt eum: ſicut & olim ſancti ambulantes in melotis: & in pellibus: & in ſpeluncis: & in foueis terræ: quoꝝ nō erat dignus mundus. Trāſeuntes aūt blaſphemabāt eum mouentes capita ſua: & dicētes. Vah! qui deſtruebas templum: & in triduo reædificabas! Libera teipſum. Si filius dei es: deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotū deludentes eum: cum ſcribis: & ſenioribus: & phariſæis dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō pōt ſaluum facere! Si ipſe eſt rex iſrael: deſcendat nunc de cruce: & credimus illi. Confidit in deum: liberabit nunc eum ſi uult: dixit enim quia filius dei ſum. Nemo ſtans Ieſum blaſphemat: neq; recte incedens. Trāſeuntes enim blaſphemabāt eum. Et ſicut in græco habet prætereuntes: qui etiam maceriæ uineæ diſſoluta a deo: uindemiāt eos qui remanſerunt. Scriptum eſt enim ut qd depoſuiſti maceriem eius: & uindemiant eam omnes qui p̄tereūt uiam. Quādiu ergo non præteriuit uiam: neq; declinauit a uia: aut ſtans dicere poteſt deo/ſtatuiſti ſupra petrā pedes meos: & nō blaſphemabat Ieſum. Si autem ceciderit: aut præterierit: uel tranſierit: uel declinauerit: tunc eum blaſphemat. Sicut adhuc qui in mala opera ceciderunt: & ſicut qui dereliquerunt terminos æternos: & uiam eccleſiæ cœleſtis: & fluctuantur: & circūferuntur ab omni uento doctrinæ in fallacia hominum: in aſtutia ad remedium erroris. Omnes enim hæreſes prætereuntes: & declinantes eſſe: ſi quis dixerit: non peccabit: propterea ꝙ & ipſi inter prætereuntes habentur: & blaſphemant Ieſum non habentes caput firmum: ſed mouētes ipſum ſurſum & deorſum: quoniam nō ſunt prudentes: nec habent oculos ſuos in capite ſuo: in quo habere debuerant eccleſiaſte dicēte. Sapientis oculi in capite eius ſunt. Prætereuntium ergo & declinātium opus eſt Ieſum blaſphemare filium dei: quæ nemo in ſpiritu loquens dicit anathema Ieſu. Diuerſi autem blaſphemantium ſermones habentur: quoꝝ unum eſt blaſphemum: quod dicitur ab eis qui nō itelligunt: nec audiunt quæ dicuntur: nec de quibus affirmant. Ieſus enim dixit. Soluite templum hoc: & ego in triduo ſuſcitabo illud. Prætereuntes autem quaſi falſi teſtes contra Ieſum dicebant quod non erat dictum de eo appetentes eum. Vah qui deſtruit templum dei: & in triduo reædificat illud. Non enim ipſe deſtruit templum: ſed quod alii deſtruunt ipſe ædificat. Siue templum proprium corporis: quod a iudæis fuerat traditum morti: ſiue templum teſtium ſuorum & omnium qui nō habuerunt uerbum dei in ſe: & ex inſidiis impioꝝ propter pietatem mortui ſunt. Venit enim hora quādo oēs qui in monumentis ſunt audient uocem filii dei: & reſurgent. Et non ſolum in eo quod dicebant qui deſtruit templum mentiti ſunt: ſed etiam illud quod dixerunt: & ego in triduo reædificabo ipſum. Nec enim dixit reædificaturum ſe tēplum: ſed reſuſcitaturum. Sermo enim ædificationis nō oſtendit ſubitaneū opus: ſuſcitationis autem oſtendit. Et qui quidem deridebant: dicebant: ſalua teipſum. Ipſe autem accipiens uirtutem a patre: & hoc fecit: & amplius. Cunctis enim capientibus uerbum ſuum: ſalutem ſuam oſtendit. Et illi quidem deridentes dicebant. Si filius dei es deſcēde de cruce. Ipſe aūt filium dei ſe deridentibus quidem non oſtendebat: oſtendit autem credentibus ſibi. Poſtq̄ diſpenſauit quæ oportebat eum diſpenſare: in tribus illis diebus poſtq̄ deſcendens ad inferos mortificatus corpore: uiuificatus autem in ſpiritu: ſpiritibus qui erant in carcere prædicauit: quod non crediderant aliquando quādo expectabatur patiētia dei in diebus Noe: cum fabricaretur archa in qua pauci: id eſt octo animæ: ſunt ſaluati per aquam. Et non eſt derelictus illic ſicut ipſe dicebat: quoniam non derelinques animam meam in inferno. Oportebat autē eum & aſcendere ad proprium patrem & deum: ut aſcēdens in altum captiuet captiuitatē: & accipiat dona in homines. Et poſt hæc oſtendat ſe fortiorem morte: dicens ad eam. Vbi eſt mors aculeus tuus! Similiter autem cæteris prætereuntibus: & blaſphemātibus eum: principes quoq; ſacerdotū: & ſcribæ p̄tereuntes: & ipſi dicebāt ad eum uicti uirtutibus ante geſtis ab eo. Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluū facere nō pōt: Videlicet nō credētes: qm̄ qui alios ſaluare potuit: multo amplius poterat & ſeipſum ſaluare: & pro

mittebāt ſe credituros in eum: quaſi in regem iſrael: ſi deſcēdēs a cruce: uideret ab eis. Ipſe aūt nō curabat idignū aliqd agere pp deriſionis iniuriā: & facere qđ dicebať ab eis extra ratione & ordinē. Idipſum autē & latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. Et apud Ioannem ſicut potuimus expoſuimus de duobus latronibus qui fuerunt crucifixi cum Chriſto: qui ſm Matthæū qdē & Marcum improperauerūt ei ambo in cruce. Secundū Lucam aūt dicentem qm̄ unus de pendentibus latronibus blaſphemabat dicens. Si tu es chriſtus: ſalua teipſum & nos. Reſpōdens autē alter increpabat eum dicēs. Non times tu deum ꝙ in eadem damnatione es. Et nos qdem iuſte: nam cōdigna factis recipimus: iſte autē nihil mali fecit. Et dicebat ad Ieſum. Memēto mei cum ueneris in regnum tuum. Reſpōdens autem Ieſus dixit ad eum: qui increpauerat blaſphemātem. Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. Cōueniens ergo eſt: ut imprimis quidem ambos latrones intelligaň dūm blaſphemaſſe: poſt hoc autem unum ex eis cōuerſum eſſe: & credidiſſe tractātem apud ſeipſum his miraculis quæ audiebat facta ab eo: forſitan autem & uidens cōuerſionem aeris: & tenebras fieri inſuetas: & nō ſicut fieri frequēter ſolebant. Aut ne forte ſicut & illic diximus: alii ſunt hi duo latrones: qui ambo blaſphemauerūt. Sed ille latro qui ſaluatus eſt pōt eſſe myſterium eoꝝ qui poſt multas iniquitates crediderunt in chriſtum: & dixerūt chriſto: cōfixi ſumus & cōfigurati in morte chriſti: & ſemp dicunt filio dei. Memor eſto noſtri cum ueneris in regnū tuum: & ideo in paradiſo ſūt cum ipſo. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terram uſq; ad horam nonā. Ad hunc textum qdam calumniātur euangelicam ueritatem dicētes. Quomodo ſm textum pōt eſſe uerum quod dicitur: quia factæ ſunt tenebræ ſup oēm terram a ſexta hora uſq; nonam: qđ factum nulla refert hiſtoria: & dicunt. Quia ſicut ſolet fieri in ſolis defectione: ſic facta eſt tūc defectio ſolis. Defectio autem ſolis a ſæculo ſemp fuit in ſuo tpe facta. Sed defectio ſolis quæ ſm cōſuetudinem tēporum ita currētium fieri ſolet: nō in alio tpe fit: niſi in cōuentu ſolis & lunæ: quādo luna ſubtus currēs ſolis impedit radios occurrēs ei: & occurſu ſuo lumen eius obtundit. In tpe autem quo paſſus eſt chriſtus: manifeſtum eſt: qm̄ cōuentus non erat lunæ ad ſolem: qm̄ tempus erat paſchale: qđ conſuetudinis eſt agere quādo luna ſolis plenitudinem habet: & in tota eſt nocte. Quomodo ergo poterat fieri defectio ſolis cum luna eſſet plena: & plenitudinem ſolis haberet? Quidam autem credentium uolentes defenſionem aliquam introducere cōtra hæc: anguſtiati ſermonibus ꝑſitentium talia: ita dixerunt. Si nullum ꝓdigium nouum factū fuiſſet in tpe paſſionis chriſti: ſed oia ſm cōſuetudinem: crederetur ſm cōſuetudinem facta fuiſſe illa defectio ſolis. Nūc autem cum cōſtet cætera prodigia quæ tūc facta ſunt nō ſm cōſuetudinem facta fuiſſe: ſed noua & miranda. Nam & uelum templi ſciſſum eſt in duas partes: a ſurſum uſq; deorſum: & terra cōtremuit: & petræ diruptæ ſūt: & monumenta aperta ſunt: & multa corpora dormientiū ſanctoꝝ reſurrexerunt. Manifeſtum eſt qm̄ & illa defectio ſolis cōſequenter ſm cætera prodigia: noua cōtra conſuetudinem facta eſt. Item aduerſus hæc filii ſæculi huius: qui prudentiores ſunt filiis lucis in ſua generatione: talia dicunt. Pone quia extra cōſuetudinem facta eſt illa defectio ſolis in tempore non antiquo ſub principatu Romanorum: ita ut tenebræ fierent ſuper omnem terram uſq; ad horam nonam: quomodo hoc factum tam mirabile: nemo græcoꝝ: nemo barbaroꝝ: factum conſcripſit in tempore illo: maxime qui chronica conſcripſerunt & notauerunt ſicubi tale aliquid nouum factum eſt aliquando: ſed ſoli hoc ſcripſerūt ueſtri auctores: & Flegon quidem in chronicis ſuis ſcripſit: in principatu Tyberii cæſaris factum: ſed non ſignificauit in luna plena hoc factum. Vide ergo niſi fortis eſt obiectio hæc & potens mouere omnem hominem ſapientem qui nec illis dicētibus: nec iſtis ſcribentibus conſentit: ſed omnia cum ratione: & iudicio audit. Et non eſt quidem durum: & unuſquiſq; fidelium qui credit quidem: non tamen cum ratione: & cum iudicio credit: ut ita ſit conſtans in fide: ut etſi mille crimina obiiciant contra euangelicam fidem uolentes deſtruere fidem noſtram: ut in nulla parte eoꝝ cōmoueať ſermonibus: qui fingentes ſe credere ſcripturis euangelicis per occaſionem unius: aut alterius quæſtionis: aut difficilis: aut forte & indiſſolubilis: aduerſantes ſcripturis feſtinant fidem chriſti: & euāgelioꝝ eius tollere de anima noſtra: introducentes quaſdam mirabiles res: & mirabilia dei uirtute cōſumata: ad ſæculares quaſdam cōſuetudines tranſferre uolentes. Iudicaui igitur bonum ut accipiens bonum propoſitum eoꝝ qui in fide conſtantes eſſe deſiderant ſolutiones criminationum eoꝝ in quātum mihi ex deo eſt uirtus inueniam pro euangelica ueritate: ut fideles non ſolum fide ſimplici: ſed etiam ratione fidei muniantur in fide. Dicimus ergo ꝙ Matthæus & Marcus non dixerunt defectionē ſolis tunc factam fuiſſe: ſed neq; Lucas: ſm pleraq; exemplaria habentia ſic. Et erat hora fere ſexta: & tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram uſq; ad horam nonam: & obſcuratus eſt ſol. In quibuſdam autem exēplaribus nō habetur: tenebræ factæ ſunt: & obſcuratus eſt ſol: ſed ita: tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram: ſole deficiente. Et forſitan auſus eſt aliquis quaſi manifeſtius aliquid dicere uolens: pro: & obſcuratus eſt ſol: ponere / deficiente ſole: æſtimans: ꝙ nō aliter potuiſſent fieri tenebræ niſi ſole deficiente. Puto autem magis ꝙ inſidiatores eccleſiæ Chriſti mutauerunt hoc uerbum: quoniam tenebræ factæ ſunt: ſole deficiente: ut ueriſimiliter euangelia argui poſſint: ſm adinuentiones uolentium arguere ea. Arbitror ergo ſicut cætera ſigna quæ facta ſunt in paſſione ipſius in Hieruſalem tantūmodo facta ſunt: ſic & tenebræ tantūmodo ſuper omnem terram iudæam ſunt factæ: uſq; ad horam nonam. Quæ autem dico in Hieruſalem tantūmodo hæc facta ſunt: ꝙ uelum templi ſciſſum eſt: ꝙ terra contremuit: ꝙ petræ diruptæ ſunt: ꝙ monumenta aperta ſunt: nec enim extra iudæam petræ diruptæ ſunt: aut monumenta aperta ſunt alia: niſi ea tantum: quæ in Hieruſalem erant. Aut forte in terra iudæa: nec alia terra tremuit tunc niſi terra Hieruſalem: nec enim refertur alicubi ꝙ oē elemētū terræ tremuerit in tpe illo ut ſentirent: uerbi gratia: & qui in æthiopia erāt: & in India: & in Scythia: qđ ſi factū fuiſſet ſine dubio iueniret in hiſtoriis aliqbus eoꝝ q i chronicis ſcripſerūt noua aliqua facta. Sicut ergo quod dicitur terra contremuit: ſic refertur ad terram Hieruſalem: aut ſi latius uoluerit quis extēdere ad terram

iudæam

iudæam:ſic & tenebræ factæ ſunt:ab hora ſexta uſq; ad nonã ſuper omnẽ terrã:intellige ꝙ ſuper omnẽ terrã iudæam ſunt factæ:aut certe ſuper Hieruſalem tantũ. Sic ergo qui intelligit ſine culpa intelligit: & nõ magnitudinẽ miraculi oſtendere uolens:incidat in riſum ſapientiũ ſæculi huius:et magis infidelitatem in hominibus ſapientibus operetur q̃ fidem. Dicit autẽ aliquis cõtra hæc. Si nõ ex defectione ſolis factæ ſunt tenebræ tũc ſuper omnem terrã iudæam & Hieruſalẽ:ſed ex altera cauſa:oſtende cauſam. Cui talia reſpondemus. Primum quidem ꝙ omnino euangeliſtæ nec nominauerũt ſolem in iſto loco: ſed tantum quia tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram. Si ergo tenebræ factæ ſũt ſuper omnẽ terram: ſole nõ noiato:ſine dubio conſequẽs eſt itelligere quaſdã tenebroſiſſimas nubes:& forte non unam: ſed multas & maiores concurriſſe:ſuper terrã iudæam: & Hieruſalem ad cooperiendos radios ſolis:& ideo ꝓfundæ factæ ſunt tenebræ a ſexta hora uſq; ad nonam. Quomodo autẽ factæ ſunt in tali loco diximus: ne forte & tenebræ palpabiles i ægyptum hoc modo factæ fuerunt tribus diebus non ex ſolis defectione:ſiue autem ex eo ꝙ nubes tenebroſæ cõcurrerunt in unum:ſiue ꝙ aer illic tũc ſpiſſior factus eſt ſup ægyptios tantum: omnibus enim filiis iſrael ſicut teſtatur ſcriptura fuerat lumen in quibus fuerant commorati: nam & impoſſibile eſt in ſolis defectione: quæ fit ex concurſione lunæ ad ſolem:tribus diebus cõtinuis fieri tenebras. Et crederetur aliqua alia tenebrarũ cauſa fuiſſe in ægypto:ſi uel nominatus fuiſſet & ſol: ſiue quaſi obſcuratus in tempore illo:nunc autem ſcriptura exodi nihil aliud dicit niſi quia moyſes extendit manum ſuam in coelum: & factæ ſunt tenebræ: & caligo:& cætera ſuper totum terrã ægypti tribus diebus: & nemo uidit fratrem ſuum: neq; ſurrexit aliquis de lecto ſuo tribus diebus. Quod autẽ dico ſuper omnem terram iudæam:uel Hieruſalem:ut non omne elementum terræ intelligamus:illud eſt argumentum quod ſcriptum eſt in tertio libro regnorum ubi Abdias diſpẽſator Achab dixit Heliæ: quid peccaui quia dediſti ſeruum tuum in manus Achab ut mortificet me? Viuit deus tuus ſi eſt gens:aut regnum ubi non miſit dominus meus quærere te:& diximon eſt:& cõbuſſit regnum & regiones eius:quoniã non inuenit te. Quis enim tam lapideus ſit legẽs iſta:ut æſtimet quoniã rex iſrael Achab in omnẽ gentem mundi:& in omne regnum orbis terræ miſit quærens Heliam: & combuſſit ubicũq; dictum eſt non eſt Helias? Sed ſine dubio exaggeratione dicta ſunt illa oſtendẽtia: ꝙ ſatis eum quæſiuit in gẽtibus quæ fuerunt circa iudæã ſm ꝙ potuit requirere. Diximus autem etiam in aliis locis:ꝙ cum duæ creaturæ generales in ſexta die factæ fuiſſent:primum quidẽ animalia: deinde homo ſm dei imaginem factus:conſequens eſt ut & dies ille ſextus:tunc diuiſus fuiſſe intelligat in duas ſpecies creaturæ:ut ante ſextam quidem animalia intelligantur fuiſſe creata:in ſexta autẽ hora dixiſſe dominum: faciamus hominẽ ad imaginem noſtram:& feciſſe eum tunc. Propter quod conueniebat pro ſalute eiuſdem hominis morientem in ipſa hora ſexta ſuſpendi:ac a ſexta hora ꝓpter hoc tenebras fuiſſe factas ſuper omnem terram uſq; ad nonã. Et ſicut Moyſe manus extendente in coelum factæ ſunt tenebræ ſuper ægyptios:ſeruos dei tenentes in ſeruitute: imago futurarum tenebrarum quæ comprehenſuræ fuerãt ægyptios:ſimiliter & chriſto in ſexta hora manus extẽdẽte in cruce ad coelum ſup populum qui clamauerat: tolle de terra hunc:& crucifige:crucifige eum: factæ ſunt tenebræ:& ab omni lumine ſunt priuati:& imago fuit tenebrarũ illa futurarũ quæ cõpræhẽſuræ fuerãt gentem iudæam: quia auſi ſunt lumini uero manus ſuas inferre: unde ex tũc ois illa gens tenebris eſt repleta:ſicut dicit ꝓpheta. Obſcurent oculi eorũ ne uideãt. Item ſub Moyſe factæ ſunt tenebræ:& caligo ſup oẽm terram ægypti tribus diebus. Et nemo uidit fratrẽ ſuum:neq; ſurrexit de lecto ſuo aliquis tribus diebus. Oibus aũt filiis iſrael erat lumen in oibus locis in qbus cõmorabant. Sub chriſto autẽ tenebræ factæ ſunt ſup oẽm terram iudæam tribus horis: lumen aũt fuit ſup oẽm reliquã terrã quod ubiq; illuminat oẽm ecclaſiam dei in chriſto. Et ſi uſq; ad nonam horã tenebræ fuerũt ſuper oẽm terrã iudæam:manifeſtũ eſt qm̃ iterum lumen eis refulſit:quia cũ plenitudo gentiũ itrauerit:tũc ois iſrael ſaluus futurus eſt. Quod aũt tribus horis factæ ſunt tenebræ ſup terrã iudæam:illud oſtẽdit qm̃ ꝑ peccata ſua priuati ſunt a lumine dei patris:& a ſplendore chriſti:& ab illuminatione ſpiritusſancti. Circa nonã autẽ horã clamauit Ieſus uoce magna dicẽs. Heli.heli lamma azabthani. hoc eſt Deus meus:deus meus ut qd me dereliquiſti. Qui aũt illic ſtantes erãt & audiẽtes dicebãt: quia Heliam uocat iſte. Digne deo requirendũ eſt quæ fuit illa magna uox chriſti:utrũ magna rebus ſignificãtibus magna myſteria aut magna ſenſibili: & corporali magnæ uocis auditu. Puto autẽ ꝙ ois uox chriſti filii dei magna eſt:& ſi fuerit lenis. Et teſtatur de hoc ipſo ſcriptura in locis maxime illis in qbus uult erigere auditorẽ:ut trãſgrediatur illud qd multi itelligere poſſunt in locis:& nõ maneat in eo:q̃uis ſm ſimplicẽ itellectũ habeat in eo aliquã ueritatẽ:ut itelligere poſſit aliqua digne ꝓpter magnã dñi uocem. Quoniã ergo his uerbis oſtendit aliqd eſſe abſcõditum magnũ qd clamat ad deum dicẽs. Quare me dereliquiſti? Ideo regrẽdũ eſt qd eſt ꝙ a deo derelictus eſt chriſtus. Nec enim fas eſt credere eũ mẽtiri dicentẽ quare me dereliqſti? Et qdam colore religionis pro Ieſu. & quia nõ poſſunt exponere qd ſit chriſtũ derelinqui a deo:arbitrantur & dicũt. Verũ qdẽ eſt qd dictũ eſt:tñ per humilitatẽ dictum eſt. Nos aũt uidẽtes eũ qui in forma dei fuerat cõſtitutus ab hmõi magnitudine deſcendentẽ:& ſemetipſum exinanientẽ ꝑ hoc ꝙ formam ſerui ſuſcepit:& uidẽtes in his uolũtatẽ eius qui ad hæc talia eũ miſit:itelligimus:qm̃ quãtũ ad illa in qbus fuerat forma dei inuiſibilis:& imago ſm patrẽ:derelictus a patre eſt:qm̃ ſuſcepit ſerui formã:& derelictus pro hoibus ut talia & tanta ſuſciperet: & uſq; ad mortẽ ueniret:& mortẽ crucis quæ inter hoies turpiſſima eſſe uidet. Extremũ enim dilectionis eius factũ eſt qm̃ crucifixerũt eum:& poſuerunt ſup caput eius quaſi deridentes eũ litteras dicẽtes. Hic eſt Ieſus rex iudæorũ. Extremum autem dilectionis eius erat & illud: ꝙ iter latrones eſt crucifixus: & ꝙ prætereuntes blaſphemabãt eum:mouentes ſuper eum capita ſua:& ꝙ principes cum ſcribis dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Adhuc aũt & illud ꝙ etiã latrones iproperabant ei in cruce. Ergo mãifeſte itelligere poteris quid ſit qd dicit: quare me dereliquiſti:faciens cõparationem gloriæ illius

quã habuit apud patrem: ad confuſionem quã contem/
nens ſuſtinuit crucẽ. Si enim ille erat ſicut ſol in cõſpectu
dei: & ſicut luna perfecta in æternũ: & erat teſtis eius fide/
lis in cœlo: poſtea aũt & pro qbus dicit: quare me dereli/
quiſti: ſuperaddit dicẽs: tu aũt reppuliſti & pro nihilo de/
duxiſti: & diſtuliſti chriſtũ tuũ: euertiſti teſtamentum ſerui
tui: profanaſti in terra ſanctitatem eius: & cætera. Et q̃diu
quidẽ fuit ſolis lumen etiã tanta: & talia ſuſtinẽs: nõ dice/
bat quare me dereliquiſti: poſtq̃ aũt uidit ſuper oẽm terrã
iudæam uſq; ad horã nonã tenebras factas dixit magna
uoce ſua. Quare me dereliquiſti? Illud oſtẽdere uolẽs per
hæc: qm̃ uolens dereliquiſti me pater: & talibus exinanitũ
calamitatibus tradidiſti: ut populus qui fuerat apud te ho
noratus: recipiat quæ in me auſus eſt: implens mẽſurã pa
trum ſuorũ: & quæ ſuper ꝓphetas fecit: ut priuetur a lumi
ne tuæ ꝑſpectionis: & efficiat̃ in tenebris quaſi te deo iam
nequaq̃ eis præſente. Sed & pro ſalute gentiũ dereliquiſti
me: ut derelicto iſrael fieret gentium ſalus. Quid autẽ tam
bonũ fecerũt qui ex gẽtibus crediderunt ut precioſo ſan/
guine meo ſup terram effuſo pro eis: emerẽ eos a maligno
qui tenuerat eos: & quare faciem tuam auertiſti & factus
ſum cõturbatus: ut dicam triſtis eſt aĩa mea uſq; ad mortẽ.
Aut quid tale dignũ facturi ſunt hoĩes pro quibus patior
iſta: ut pro eis ego patior hæc ſicut & ꝓpheta iam ante de
hoc ipſo ꝑdixit: quaſi clamans ad te: & dicẽs quæ utilitas
(o pater) hoĩbus facta eſt in ſanguine meo dum deſcẽdo
in corruptionẽ? Nunqd confitebit̃ tibi puluis aut annun
ciabit ueritatẽ tuam? Forſitan aũt & uides peccata hoĩum
pro qbus patiebat̃ dicebat. Quare me dereliquiſti ut fierẽ
quaſi qui colligit ſtipulam in meſſe: & ſicut qui colligit ra
cemos in uindemia: cũ non ſit botrio ad manducãdũ pri
mitiua. Et hæc dico quia periit timoratus a terra: & q cor/
rigat inter hoĩes nõ eſt. Vide non eſtimes humano more
ſaluatorem iſta dixiſſe pp calamitatem quæ cõprehẽde/
rat eum in cruce. Si enim ita acceperis: nõ eris audiens ma
gnam uocẽ in qua iſta locutus eſt: nec digna uoce diuina
requires. Ergo tenebræ qdem a ſexta hora factæ ſũt ſuper
oẽm terram uſq; ad nonam: prius aũt q̃ finiatur nona cla
mauit dñs circa eam: uoce magna dicẽs quæ ſcripta ſunt:
quaſi poſtulans ut oriatur ſol terræ: ſoluens in ea tenebras
trium horarum ſm q̄ tradidimus ſupra. Quidam autem
illic ſtantes: & audientes dicebãt: quia Heliam uocat iſte.
Cæteri aũt dicebãt. Sine uideamus ſi uenit Helias: & libe/
ret eum. Tanq̃ ſi audiſſent qm̃ deum uocat utiq; mirati fu
iſſent orationẽ eius in cruce maiorem q̃ fuit oratio Ionæ
orantis in utero ceti: & ꝓdificati fuiſſent ut etiam in extre/
mis calamitatibus cõſtituti orare nõ deſinant deum. Ma/
iorem aũt dico orationẽ chriſti fuiſſe q̃ Ionæ in utero ce/
ti: pp magnitudinem rerum quæ demonſtrantur ex ea: &
pp magnũ affectum uolũtariæ paſſionis eius. Et cõtinuo
accurrens unus ex eis accepta ſpongia impleuit aceto: &
impoſuit arundini: & dabat ei bibere. Et ſic impleuit pro/
phetiam in ſe dicẽtem de ſe. Et dederũt in eſcam mea fel:
& in ſiti mea potauerũt me aceto. Ideo & ſm Ioãnẽ cum
accepiſſet Ieſus acetum cũ felle: dixit. Cõſumatum eſt: etiã
hoc quod de me ſcriptura ꝑdixerat. Iocunde aũt quis põt
uti hoc textu aduerſus eos qui maligna uel ſcripſerunt uel
ſcribũt aduerſus chriſtum: de qbus dicit Eſaias. Væh qui
ſcribunt maligna. Scribẽtes enim maligna ſcribunt: dico
aũt de illis qui cõſcriptiones aliquas dimiſerũt: iniquitatẽ
in excelſum loquẽtes: & utetur quis hoc textu uidẽs eos
ex qbuſdam auditionibus ſiue ethnicorũ uerborum: ſiue
barbaricorũ ſermonũ cõgregãtes & faciẽtes narrationem
quaſi ſpongiam quãdam adimplẽtes eam non de uerbo
potabili: neq; de uino lætificãte cor hoĩs: neq; de aqua re/
fectionis: ſed de aliquo cõtrario: & nociuo & nõ potabili
aceto intelligibili: & hãc ſpõgiam imponunt calamo ſcri/
pturæ ſuæ: & quãtum ad ſe: læſiones inferunt Ieſu ex hu
iuſmodi potu. Et qdam qdem dant Ieſu bibere uinũ cum
felle permixtum: quod nõ uult bibere Ieſus filius dei: alii
autem nõ uinum: ſed acetum: & forſitã quãticũq; ſm do/
ctrinam qdem eccleſiaſticã ſapiunt: uiuunt aũt male: dant
ei uinum bibere felle ꝑmixtum: qui aũt alienas a ueritate ſa
pientias applicãt chriſto quaſi eo: ea dicenti: hi ſpongiam
implẽtes aceto imponũt calamo & potant eum. Sunt aũt
qui & acetum/& fel ſicut Ioãnes ſcribit offerunt ori eius:
& forſitan qui ſapiunt tantũmodo male: ſpõgiam iplent
aceto: & imponũt calamo ſcripturæ ſuæ: & potant eum:
qui aũt & ſapiunt male diſpẽſationibus chriſti: & uiuunt
nequiter: hi ſpõgiam plenam ex aceto cum felle & iſopo
imponẽtes calamo ſcripturæ: offerunt ori eius. Qui autẽ
neq; uinum eius bibere uult pp fellis cõmixtionẽ: multo
magis nõ bibet acetum: neq; acetum felle permixtũ. Pro/
pterea nos uinum mũdum ab omni acerbitate & amari/
tudine: uinum qđ lætificat cor hoĩs: & cor ipſius filii dei
accipiẽtes ex corpſo ſaluatore noſtro Ieſu qui eſt uitis uera
potemus eum & diſcipulos eius: ut dicat de nobis bene
potãtibus eum & diſcipulos eius/ſitii, & dediſtis mihi po
tum. Accipiamus & aquam refectionis cũ qua nutrit ui/
ſtos paſtor bonus: ut qui paſcunt̃ ab eo dicant ſup aquã
refectionis educauit nos. Ieſus aũt iterũ clamãs uoce ma/
gna emiſit ſpiritũ. Quãtum ad Matthæũ qdem dicẽtem
iterum clamaſſe Ieſum uoce magna: & emiſiſſe ſpiritum:
nõ aũt manifeſtantem quæ fuerit uox illa magna qua cla/
mauit iterum: erat dicere qm̃ eandem uocẽ clamauit iterũ
quã ſupra clamauerat dicens. Deus deus meus. Lucas ma
nifeſte ſcribit quam uocem clamauit cum emitteret ſpiri/
tum dicens. In manus tuas cõmẽdo ſpiritum meum: eſt
intelligere & in iſto loco: q̄ uox illa quã iterum clamauit
emittẽs ſpiritum, fuit iſta: in manus tuas cõmendo ſpiritũ
meum. Si ergo emittere ſpiritum: aut ſicut Ioãnes ſcribit
tradere ſpiritum idipſum erat qđ eſt mori: ſimpliciter erat
intelligẽdum quod dicit̃ in hoc loco emiſit ſpiritũ. Nũc
aũt cum mortem nihil aliud eſſe definiant ſapientes: niſi
ſeparationẽ aĩæ a corpore: uideamus ne forte aliud eſt ſim
pliciter mori: aliud autẽ magna uoce clamare & emittere
ſpiritum: ſicut ꝑſens exponit Matthæus: aut in manus dñi
cõmendare ſpiritũ: & dimittere ſpiritũ ſm quod dicit Lu/
cas: aut inclinare caput & tradere ſpiritũ: ſicut Ioannes ex/
ponit. Et mori qdem oĩum hoĩum eſt etiam malorũ: qm̃
oĩum aĩæ ſeparant̃ a corpore: etiã iniquorũ qui dicere nõ
poſſunt quæ dixit chriſtus exiens de corpore ſuo. Magnã
aũt uocem clamare: & ſic emittere ſpiritum qđ eſt: in ma/
nus dñi cõmẽdare ſpiritum: & ſic dimittere ſpiritum: aut
inclinare caput & tradere ſpiritum: nõ eſt niſi tm̃ ſancto/
rum qui bonis opibus deum ſibi præparauerunt ſicut &
chriſtus ut poſſint exeuntes de mundo fiducialiter in ma/
nus dei cõmẽdare: uel tradere ſpiritum ſuum. Si ergo in/

telleximus:

telleximus: quid eſt magnam uocem clamare: & ſic emittere ſpiritum: id eſt in manus dei cõmendare: ſic enim expoſuimus ſupra ꝓferentes expoſitionẽ euãgeliſtæ Lucæ: ſi intelleximus qd eſt inclinare caput: & tradere ſpiritum: feſtinemus uitam noſtrã ſeruare: ut in exitu noſtro poſſimus & nos magnam uocem clamare: & ſic emittere ſpiritum: aut inclinare caput & tradere ſpiritũ ſicut Ieſus qui inclinauit caput: & quaſi ſupra patris gremiũ illud repauſans exiit: qui poterat illud in ſinu ſuo fouere: & cõfortare. Quod ſi uis audire qd profuit chriſto magnã uocem clamaſſe: & ſic emiſiſſe ſpiritum: id eſt in manus dñi commẽdaſſe ſpiritum: & ſic emiſiſſe: aut inclinaſſe caput ſuper gremium patris: & tradidiſſe ſpiritũ: audi qd dicit ꝓpheta: ꝓpter hoc enim nõ dereliquit aĩam eius in inferno: nec dedit eum uidere corruptionẽ. Si ergo & nos ita nos geſſerimus: ut poſſimus cõmendare ſpiritus noſtros in manus dei: aut inclinare caput ſuper gremiũ dei: & ſic tradere ſpiritũ: ſine dubio neq; noſtras aĩas derelinquet in inferno/ nec dabit nos in corruptione imꝑpetuũ remanere: ſed qui illum poſt diem tertiũ reuocauit ab inferis: & nos reuocabit in tꝑe opportuno: & qui illi donauit ut non uideat caro eius corruptionẽ nobis donauit: non qdem ut nõ uideat caro noſtra corruptionẽ: ſed ut liberet̃ a corruptione/ tꝑe opportuno: qm̃ ille qdem peccatum nõ fecit: neq; dolus iuentus eſt in ore eius. Nos aũt iuſti erimus: ſi uel aliquãdo a peccatis receſſerimus. Deinde aũt qm̃ iterum uoce magna clamãs: & dicens pater in manus tuas cõmẽdo ſpiritũ meum/ emiſit ſpiritum: ideo eo ſpiritum emittẽte ſigna facta ſunt ſuꝑ eum & prodigia teſtificãtia dignitatẽ eius hoc modo. Et ecce uelum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes a ſũmo uſq; deorſum. Quãdiu qdẽ Ieſus nõ ſuſceperat pro hoĩbus mortem: ipſe expectatio gẽtiũ cõſtitutus uelum templi interiora templi uelabat: oportebat enim ea uelari donec ille qui ſolus ea poterat reuelare: manifeſta faceret: ea uidere uolentibus: aut ꝑ mortem chriſti Ieſu deſtruentis credẽtium mortem: qui liberati fuerint a morte: poſſint aſpicere quæ ſunt intra uelum. Quæ aũt fuerint illa nõ eſt tẽporis huius exponere: qm̃ multam: & difficilem interpretationẽ ſunt habẽtia. Cõuenit autẽ ea exponere in tertio libro regnoꝝ: & in ſecundo libro paralipomenon: in qbus ſcriptum eſt de tẽplo: & de his quæ poſita ſunt intra uelum: hic aũt hoc tãtum ſcriptum eſt: quia uelum templi cõſciſſum eſt in duas partes: a ſurſum uſq; deorſum. Quæret aũt aliquis qui nõ negligenter intelligit ſcripturas: & aſpicit duo eſſe uela. Vnum quidem interius quod uelat ſancta ſanctoꝝ: alterum aũt exterius ſiue tabernaculi: ſiue templi quæ figuræ erant tabernaculi ſancti: qd præparauit ab initio pater. Quoꝝ ueloꝝ templi unum ſciſſum eſt in duas partes: a ſũmo uſq; deorſum: qm̃ uoce magna clamãs Ieſus emiſit ſpiritum. Hoc oſtendens ſicut puto myſteriũ qm̃ in paſſione dñi ſaluatoris: uelum quod erat a foris cõſciſſum eſt a ſũmo uſq; deorſum: ut ab initio mundi uſq; ad deorſum: id eſt uſq; ad finem eius: cõſciſſo uelamine myſteria publicent̃ quæ uſq; ad chriſti aduẽtum rationabiliter fuerant occulta. Et niſi ex parte cognoſceremus: ſed iam nunc manifeſtarent̃ oĩa adhuc ĩ corpore cõſtitutis dilectis chriſti diſcipulis: utrũq; uelum fuerat cõſcindendũ: id eſt qd a foris eſt & interius. Nunc aũt qm̃ ad ſciẽtiam reꝝ nouaꝝ producimur: ideo quod a foris quidem fuerat uelum: interim cõſcinditur a ſurſum uſq; deorſum: ut qñ uenerit quod ꝑfectum eſt: & reuelata fuerint cætera quæ reſtabant: tunc auferat̃ etiã ſcdm uelũ: ut uideamus etiã q̃ intra ſcdm uelũ ſunt occultata: ueram archam teſtamẽti: & ſicut ipſa ſe habet naturam uideamus cherubin/ & ꝓpitiatorium uerum: & repoſitionem mãnæ in aureo uaſe: & oĩa manifeſta atq; maiora illis quæ per legem Moyſi fuerãt demonſtrata: in qbus dixit deus ad eum: facias oĩa ſm formã eoꝝ: quæ tibi oſtenſa ſunt in monte. Nihil ergo eſt mirum ꝙ uelum templi cõſciſſum eſt: qd interiora uelabat myſteria: ut uideãt diſcipuli chriſti accipiẽtes oculos ſpiritales: ea quæ nulli ante Ieſum fuerãt demõſtrata: nemo enim niſi ſolus princeps ſacerdotũ quæ fuerãt itra uelum ſcdm uidet. Sed Aaron quidem: & qui ex eo erãt: neq; uirtutem: neq; dignitatem habebãt reuelare: quæ ipſi uidebãt alicui alteri: ſolus autẽ qui cum iureiurãdo factus eſt princeps ſacerdotũ in æternum ſm ordinẽ melchiſedech potuit per diſpẽſationem mortis ſuæ cõſcindere uelum templi in duas partes a ſurſum uſq; deorſum: ut uideantur quæ fuerant intus oculis qui talia poſſunt uidere. Et terra mota eſt: & petræ ſciſſæ ſunt: & monumẽta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum dormiẽtium reſurrexerũt: & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionẽ ipſius introierunt in ſanctã ciuitatẽ: & apparuerũt multis. Et terra mota eſt: id eſt oĩs caro nouo uerbo: & nouis rebus ſm nouũ teſtamẽtum: & nouo cantico: & nouis oĩbus atq; cœleſtibus ueniẽtibus ſup terram: ſicut & ꝓpheta de hoc ipſo in aliquo dicit loco: cõturbati ſunt oẽs qui uidebãt eos: id eſt diſcipulos chriſti: & timuit oĩs homo. Item ꝑ alterũ ꝓphetam dñs dicit: adhuc ſemel: & ego mouebo cœlum & terrã: & mare/ & aridam. Dicẽtes aũt parua de motu terræ: nõ inutiliter iterũ dicamus & de petris ſciſſis in paſſione dñi ſaluatoris quæ myſteriũ fuerũt ſicut arbitror ꝓphetaꝝ: manifeſtatæ ſunt enim in Chriſti aduẽtu lex & ꝓphetæ: ꝓꝑ quod ad dñm cõuertentibus cum legit̃ Moyſes uelamen qd poſitũ fuerat ſuper cor eoꝝ tollitur: & qd in lectione ueteris teſtamẽti poſitum erat uelamen: in chriſto abolet̃. Apertæ ſunt ergo nunc petræ, & ſciſſæ ſunt: ut in ꝓfundo eorum poſita ſpiritalia myſteria uideamus. Probamus aũt ſciſſas tũc petras eſſe ꝓphetas: primũ qdem ex eo ꝙ Chriſtus dicit̃ petra ſpiritalis: & rationis eſt, oẽs imitatores Chriſti: dici ſimiliter petras eſſe: ſicut & lux mũdi dicunt̃ ex eo ꝙ ipſe dñs eoꝝ lux eſt mundi: deinde etiã ex eo ꝙ ipſe Petrus a domino petra eſt appellatus cum dicit̃ ei. Tu es Petrus: & ſup hanc petram ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferoꝝ nõ præualebũt ei: maxime aũt hoc demonſtratur ex eo ꝙ oẽs qbus nõ præualent portæ inferoꝝ: qui opus nois petræ habent in ſe (id eſt apoſtoli/ & ꝓphetæ) petræ ſunt & ipſi: & ſunt fundamẽta eoꝝ qui ſuper eis ædificantur ſm quod ait Apoſtolus. Superædificati ſuper fundamẽtum apoſtoloꝝ: & ꝓphetarum ipſo ſũmo angulari lapide Ieſu Chriſto dño noſtro. Superædificatur autem apoſtolis: & ꝓphetis maxime qui ſunt de eccleſia imaculata & apoſtolos Chriſti imitãtur: & prophetas nõ ſpernũt: ſed ſcrutantur etiam eoꝝ ſcripturas. Nunc & de monumentis apertis dicamus: uenit aũt hora ſm qd promiſerat Chriſtus ut qui in monumẽtis ſunt audiant uocem filii dei: & uiuãt. Propterea audiẽtibus eis uocem filii dei monumẽta ſunt

aperta quæ clauſa quidem fuerunt q̃diu mortui erant in
eis. Aperta ſunt autē ut qui reſurrexerāt egrediant̄ ex mo/
numētis:nō ante reſurrectionē primogeniti ex mortuis:
ſed poſt reſurrectionē ipſius:& reſurgentes derelinquant
quidem monumēta:ingrediant̄ aūt in ciuitatē ſanctam:
& appareāt:& manifeſtentur multis uolentibus:& poten
tibus ſanctam ciuitatē dei uidere:& quæ in ea reſuſcitata
ſunt corpora ſanctoꝝ. Monumēta enim dicūtur corpo/
ra peccatricum aiarum (id eſt mortuaꝝ deo) cum autem
per gratiā dei animæ hmōi fuerint ſuſcitatæ ad fidē:cor/
pora earum quæ fuerāt prius monumēta mortuaꝝ ani/
marum:efficiuntur corpora ſanctaꝝ:& uidentur a ſeipſis
exire:cum deſierint eſſe monumēta mortuaꝝ aiarum : &
cœperint corpora eſſe ſanctaꝝ. Magna ergo ſunt facta ex
eo ꝙ magna uoce clamauit Ieſus:& emiſit ſpiritum : &
ſemper hæc eadem magna quotidie fiunt : uelum enim
templi ad reuelanda quæ intus habētur qñ nō ſcinditur
ſanctis a ſurſum uſq; deorſum:& a pricipio uſq; ad finē?
qñ & terra eis qui ſalute ſunt digni non mouetur: & tre/
mit quæ ante Chriſti mortem imobilis erat? qñ & petræ
ſm quod tradidimus nō findūtur? ſic ſemper & monu/
menta aperiuntur:& multa corpora ſanctoꝝ qdem dor
mientium ſurgunt:& egrediuntur de monumentis: poſt
reſurrectionem tñ eius in eis qui mortuus eſt pro nobis:
& ſequūtur eum qui reſurrexerūt:& in nouitate uitæ am
bulant cum eo. Sic & qui digni ſunt habere cōuerſationē
in cœlis dicētes:noſtra autem cōuerſatio eſt in cœlis : in/
grediuntur in ſanctā ciuitatem per ſingula tempora:& lu
men eoꝝ lucet coram hoibus:& multis apparent uiden/
tibus & itelligentibus opera bona ipſoꝝ:& ꝓpterea glori
ficantibus patrē ipſoꝝ qui eſt in cœlis . Sed & dicere de/
bemus de iſtis & ſapere:qm̄ omnis qdem littera euāgelii
quaſi littera uiuificans angelicos:ut ita eos appellem ſcri/
bas:ſpiritus autē qui ſupergreditur litteraꝝ naturā diui/
nioribus motibus magis eos illuminat quibus euāgeliū
nō eſt uelatum:oia enim agunt ut uideant quæ in aīa ſua
per reſurrectionē Chriſti fiunt myſteria. Prodificāt enim
quadam ꝓdificatione eum qui credit ſcripturis maiori
autē repletur ſcientia qui uidet ꝙ cōſcinditur uelum ſcri/
pturæ a ſurſum uſq; deorſum:& uidet quæ ſunt intra ip
ſum. Beatus eſt autē/& cui terra/& oia terrena mouentur.
Propterea enim & a Chriſto ſunt mota:nec mouebuntur
pedes eius nec dicet. Mei aūt pene moti ſūt pedes. Quan
to autē beatior eſt qui uidet oculis animæ ſciſſas petras:q̃
illi qui tunc corporaliter fieri iſta uiderunt. Si aūt quis ui
dens & monumēta aperta:& corpora multa dormientiū
ſanctoꝝ ſurgentia:& de monumētis egredientia poſt re/
ſurrectionem corporis Chriſti:omnino alienus efficitur a
monumētis/& domeſticus efficitur ciuitatis dei igreſſus
in eam:quāto magis ꝓdificabitur amplius eis qui corpo
raliter prodigia iſta uiderunt? Satis autē puto diſtare hūc
qui ingreditur in ciuitatē ſanctam & apparet multis:quia
eſt in ea:ab illo qui ſm hyſtoriā credit & nō aſcendit a fi/
de ſimplici ad altiora myſteria. Centurio aūt : & qui cum
eo erant cuſtodientes Ieſum uiſo terræ motu: & his quæ
fiebant timuerunt ualde:dicentes. Vere filius dei erat iſte.
Marcus aūt ſic ſcribit. Videns Cēturio qui aſtabat ibi:qm̄
clamans expirauit:dixit. Vere hic homo filius erat dei. Lu/
cas autē. Vidēs Cēturio quæ facta ſūt:glorificauit deum
dicens. Vere hic homo iuſtus erat . Secundum Marcum:
quidem centurio nō quia uelum templi fuerat ſciſſum a
ſurſum uſq; deorſum:nec quia alia facta ſunt ſigna (ſm
ꝙ refert Matthæus) id eſt quia mota eſt & terra : quia pe/
træ ſunt ſiſſæ:aut aperta ſunt monumēta : eſt ammirans.
Dignū eſt ergo uidere qd poſtea factum eſt ſuper illud qd
ſcriptum eſt apud Marcum ut miraretur Centurio dicēs.
Vere hic homo filius erat dei. Et uide ſi dicere poſſumus
ſm unum qdem modum qm̄ miratus eſt in his quæ di/
cta fuerant ab eo ad deum cū clamore & magnitudine ſen
ſuum:ſm qd capiebat intelligere:ſuſpicās admiratus eſt:
& dixit. Vere hic homo filius erat dei. Secundū alterū aūt :
modum:qm̄ forte præſtare uolens Pilatus populo uni/
uerſo qui dixerat:Crucifige/crucifige eum:& timens po/
puli totius tumultū:nō iuſſit ſm cōſuetudinē Romano/
rum de his qui crucifiguntur percuti ſub alas corporis Ie
ſu quod faciunt aliquādo qui cōdemnāt eos:qui in ma/
ioribus ſceleribus ſunt inuenti:qm̄ ergo maiorē ſuſtinēt
cruciatum qui nō ꝑcutiuntur poſt fixionem : ſed uiuunt
cum plurimo cruciatu:aliquādo aūt & tota nocte: & ad/
huc poſt eam tota die. Ieſus ergo cum nō fuiſſet ꝑcuſſus:
& ſperaretur diu pendens in cruce maiora pati tormēta:
orauit patrē:& exauditus eſt:& ſtatim ut clamauit ad pa/
trē receptus eſt:aut ſicut qui ꝑtātē habebat ponendi aiam
ſuam:poſuit eam qñ uoluit ipſe:q̄d ꝓdigium ſtupuit Cē
turio factum:& dixit. Vere hic homo filius erat dei. Mira/
culum enim erat qm̄ poſt tres horas receptus eſt:qui for/
te biduum uicturus erat in cruce ſm cōſuetudinē eorum
qui ſuſpendunt̄ qdem:nō aūt ꝑcutiuntur : ut uideret̄ be/
neficium dei fuiſſe ꝙ expirauit:& meritū orationis eius:
magis q̃ uiolentia crucis. Illud etiā qd in ſequētibus expo
nit Marcus:cum Ioſeph intraſſet apud Pilatum & petiſſet
corpus Ieſu:hoc ipſum ſignificat. Sic enim dicit: Quoniā
Pilatus miratus eſt ſi iam mortuus eſſet:& uocans Cētu/
rionem interrogauit eū ſi iam mortuus eſſet:& cū audiſ/
ſet a Centurione:donauit corpus eius Ioſeph. Si enim cō
ſuetudo quæ apud Romanos fuerat de crucifixis : atq;
percuſſis in Chriſto ſeruata fuiſſet:quō miratus fuiſſet Pi/
latus ſi iam mortuus eſt? Vide ergo niſi nouum demon/
ſtret miraculū ꝙ iam mortuus erat:& ꝙ uocauit Centu/
rionē Pilatus:& iterrogauit ſi iam mortuus eſt. Vide autē
niſi hmōi cruciatum fuiſſe Chriſti etiā Matthæus oſtēdit
dicens:Centurio/& qui cū eo erāt ſeruabāt Ieſum. Quare
aūt eum ſeruabāt:niſi ut diutius pēdēs in cruce amplius
cruciaretur:neq; interfectus : neq; depoſitus? Tamē Cētu
rio ſm Matthæū non tm̄ dixit de Ieſu. Vere filius dei erat
iſte:ſed & timuit eum:terræ motu eū in timorē mittente.
Forſitan aūt & experimento ſciebat ſup terræ motus qui
in gentibus fiunt eum terræ motū fuiſſe:& in hoc ſtupuit
uidens. Et obſerua qm̄ apud Marcū ubi Cēturio nullum
miraculū uidiſſe refertur:hoiem dixit Ieſum filiū dei : qui
aūt cōſciſſione ueli:uel a terræ motu ſtupuit:hoiem illum
fuiſſe nō dicit:ſed filiū dei. Cōſentit aūt nobis ad tractatū
quē fecimus de ſcriptura Marci:etiā ſermo cōſcriptionis
Lucæ:quoniā & ipſe ſic ſcribit. Vere hic homo iuſtus erat:
apud quē nihil aliud dicit̄:niſi de uelo . Videns (inquit)
quæ facta ſunt Cēturio:glorificauit deum dicēs:Vere iu/
ſtus erat hic homo. Quoniā autē tale aliquid factū eſt in
tpe cōdemnationis Chriſti:& nō iuſſit Pilatus cōſuetudi/
nem ſeruare:

nem ſeruare:ut percutiaꝛ corpus Chriſti maniſeſtat etiam
Ioānes hoc modo ſcribens. Quoniā rogauerūt Pilatum
ut frangerentur crura eoꝝ: & tollerenꝛ. Quid aūt neceſſa/
rium fuerat rogare: & preces offerre de hoc ſi ſm̄ cōſuetu
dinem factū fuiſſet? Miſeri ſunt ergo Iudæi poſt crudelē
cōdemnationē eoꝝ: qui quātū ad æſtimationē eoꝝ uiue
bant in cruciatu terribili. & prioris quidē crura fregerunt:
ſimiliter & ſecundi. Ieſus aūt nō opus habuit interceſſio/
nibus eoꝝ: aut precibus quas obtulerūt Pilato: ꝓpter qd̄
uenientes ad Ieſum qm̄ iam mortuus erat: crura eius nō
fregerūt: Aut forte nō ꝓpter miſericordiam hoc fecerunt
Iudæi: ſed principaliter ꝓpter ſabbatum ut non maneant
corpora ſup crucem in ſabbato. Erat enim magnus dies
ille ſabbati. Hæc tractauimus propterea ꝙ ſcriptum eſt ꝙ
Centurio & qui cum eo ſeruabāt Ieſum: & cætera uiden/
tes terræ motum: & quæcūq; fiebant timuerūt. Veriſimi/
le eſt ꝙ uiderunt quō uelum templi cōſciſſum uſq; deor/
ſum: & cætera myſteriū oſtendētia eoꝝ quæ ſupra tradi/
dimus: & timuerūt ualde: hoc enim ſignificat quod dici/
tur ualde. Vide aūt ne forte & moralem expoſitionē ſuſci
pit ſermo hoc modo: qm̄ ſunt qdam qui ſuſcipiūt Chri/
ſtum & ſeruāt quaſi qm̄ uiderint ſm̄ quod tradidimus ue
lum ſcindi: & petras ſicut expoſuimus findi: & monumē
ta ſm̄ ꝙ expoſuimus apiri: & corpora mortuoꝝ ſanctoꝝ
exeuntia de monumētis: & introeuntia in ciuitatem ſan/
ctam id eſt eccleſiam: adducuntur in timorem dei & teſti/
monium perhibēt qm̄ filius dei eſt qui talia paſſus eſt. Et
non erit mirum ſi cōfeſſus fuerat aliquis filium dei: uer/
bum & ſapientiam/& ueritatem: & omnia quæcūq; dici/
tur filius dei. Et laudabilis eſt qui non conturbatur in his
quæ uidentur cōtigiſſe ei more humano: & cōfiteꝛ: quia
filius erat dei. Erant autem ibi mulieres a longe uidentes
quæ ſecutæ fuerant Ieſum a Galilæa miniſtrantes ei: inter
quas erat Maria Magdalenæ: & Maria Iacobi/& Ioſeph
mater: & mater filioꝝ Zebedei. De iſtis mulieribus ꝓphe
taſſe referunt Eſaiam dicētem. Mulieres uenientes ad ſpe/
ctaculum uenite: nō enim eſt populus habens ſapiētiam.
Vocat enim mulieres quæ fuerāt de longe: & de longe ui
debant Ieſum: uocat eas ad uerbū: ut derelinquant qdem
populum inſenſatum/& derelictū: & accedāt ad nouum
teſtamētum. Beatas autē arbitror eſſe mulieres quæ ædifi
cantur ad beatitudinem a ſpectaculo uerbi & a morte cor
poris Ieſu. Omne enim qd̄ eſt in Chriſto ſi uere uideatur
beatum facit uidentem. Aſpiciunt ergo mortificationem
corporis Ieſu: & modum quo cum ꝑcibus ſpiritū ſuum
cōmendauit patri. Hæ primū ſecutæ ſunt a Galilæa: & ut
audens dicam: utens auctoritate ſcripturæ dicētis: a Gali/
læa gentium ſecutæ ſunt: non a recta neq; a firma: ſed cir/
cuitum quēdam habente: hoc enim intelligiꝛ Galilæa id
eſt uoluptatio uel uertigo: quā relinquētes ſecutæ ſunt Ie
ſum: nō ocioſe: ſed facientes quæ mandabantur ab eo: &
delectabāt eum: miniſtrātes enim ſequebantur eum. Om
nis anima autē diuiſionem aliquā gratiarū: & ipſum do/
minum participans miniſtrat Ieſu miniſterium ſimile mi/
niſteriis angeloꝝ de quibus ſcriptum eſt: qm̄ accedentes
angeli miniſtrabāt ei. Multæ ergo erant expectātes tūc Ie/
ſum: præcipue autem noīatæ ſunt: & quaſi attentius ſpe/
ctantes: & amplius miniſtrātes: & melius ſequētes: Maria
Magdalena magis interpretationi noīs patriæ ſuæ cōue/
niens quæ Magdalena appellatur. Interpretatur autē ma/
gnificatio locus ille. Et erat hæc Maria Magdalena de ma
gnificatione propter nihil aliud niſi quia ſecuta fuerat Ie/
ſum: & miniſtrauerat ei: & ſpectauerat myſterium paſſio/
nis ipſius. Erat autem inter præcipuas & Maria Iacobi/&
Ioſeph mater aut ſicut Marcus dicit: Iacobi minoris / &
Ioſeph mater: ſm̄ nomen patriarchæ Iacob ſupplantato/
ris fratris ſui: & Ioſeph ſuper quem natum genitrix dicit.
Adiiciat mihi dominus filium alterum. Et hæc igitur ſe/
quens dn̄m & miniſtrans: & ſpectans diſpenſationē paſ/
ſionis ipſius: qm̄ fidelis alicuius fuerat mater non magni
alicuius qualis fuerat patriarcha Iacob: ſed mioris Ioſeph
alterius. Erat autem inter mulieres & mater filioꝝ Zebe/
dei: forſitan aliqua cōſiſtens in myſterio tonitrus ꝓpter fi
dem & uitam ſanctam: & quia dn̄m ſequebatur: & mini/
ſtrabat: & expectatrix fuerat omnium quæ geſta fuerāt cir
ca eum: quia filii Zebedei uocati ſunt filii tonitrui: erant
enim filii eius Ioānes & Iacobus: ideo Ioānes audiuit ſe/
ptem tonitruum uerba: quæ quaſi eminētiora omni ſcri/
ptura ut nō ſcriberet accepit mādatum. Si autem oportet
opinari: & dicere etiam nomen matris filioꝝ Zebedei: di
co. Quoniam hæc ipſa fuerat Salome pacifica appellata
opinatus ſum autē hoc: uidēs apud Matthæum & Mar/
cum tres præcipuas mulieres noīatas de quibus præſens
ſermo habetur: & duas qdem eſſe: præſens euangeliſta ex/
ponit: Mariam Magdalenā: & Mariā Iacobi. Tertiam aūt
dici matrem filioꝝ Zebedei. Apud Marcum aūt tertia il/
la Salome appellatur: & ſm̄ Marcum quæ ſecutæ fuerant
Ieſum a Galilæa: cum Chriſto aſcenderūt in Hieruſalem:
iſte eſt enim finis eoꝝ qui derelinquunt Galilæā gētium:
& ſequuntur Ieſum: ut nō ſolum aſcendant in Hieruſalē:
ſed etiam cum Ieſu aſcendant in eam. Hoc enim ſignifi/
cat ꝙ ſimul aſcendiſſe referuntur cum Chriſto. Cum ſero
autē factum fuiſſet: uenit quidam homo diues. Ab arima
thia noīe Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſ
ſit ad Pilatū: & petiit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit red/
di corpus. Qui petit corpus domini a Pilato: non qualiſ/
cūq; aliquis erat: ſed laudabilibus diuitiis diues: & qa de/
curio cōſtitutus myſterium nominis Chriſti portabat: in
ueritate quod eſt decem: ideo libenter pro beneficio ma/
gno poſtulauit corpus Ieſu a Pilato: & nō permiſit eum
pendere in ligno: ꝓpterea laudatur ab euāgeliſtis quaſi iu
ſtus: & diſcipulus fuerat Ieſu: & fructus diſcipulatus ſui
reddidit forte ſicut in multis ſic & in corpore Chriſti: qa
expectās erat regnum dei ſicut docuerat Ieſus. Et accepto
corpore Ioſeph inuoluit in ſyndone munda: & poſuit ip
ſum in monumento ſuo nouo quod excidit in petra: &
aduoluit lapidem magnū ad oſtium monumēti: & abiit.
In ſyndone munda iuoluit: & in monumēto poſuit no/
uo ubi nemo mortuus erat: ſeruans corpus Ieſu ad reſur/
rectionem præcipuam: puto autē magis munditiam ſyn
do illa habebat: ex qua inuolutum eſt corpus Chriſti q̄
prius: corpus enim Ieſu etiam in morte cōſtitutum: quaſi
corpus Ieſu mundabat oīa quæcūq; tangebat: & magis
innouabat monumētum illud nouum quod fuerat exci/
ſum in petra. Et ne æſtimes quia fortuito ſcriptum eſt: &
euentu dictum eſt: qm̄ inuoluit corpus in ſyndone mun
da: & in monumēto poſuit nouo: & quia monumētum
illud erat exciſum in petra: monumētū mundum quod a

corpore Ieſu mundius erat factum q̄ fuerat priuſq̄ pone/
retur Ieſu corpus in eo. Quæres autem ſi ſunt homines
nihil amplius habētes q̄ corpus Ieſu noui quidem & ex/
ciſi in petra: & monumētum ſunt eius mundum: & ideo
ſalui efficiuntur. Conſequēter autem & alii ſunt extra eos
qui habent Ieſum uiuentem: & quidam eorum habent Ie
ſum & ante paſſionem uiuētem: quidam autem reſurgen
tem a mortuis: quidam ſm quod multis apparet: non ha
bentem ſpeciem neq; decorem. Alii autem habent in glo
riam reformatum: alii autem uident eum aſcendentem &
ſperant cum eo rapi in nube: ut ſemper habeātur cum ip/
ſo. Ergo Matthæus nouum eſſe monumentum conſcri/
pſit: & in petra exciſum nō expoſuit māifeſte. Et ꝙ nouū
erat ab omni corpore mortuo: manifeſtauerunt Lucas &
Ioānes: quorum unus quidem dixit: in quo nōdum erat
aliquis poſitus: Ioānes autem in quo nōdum aliquis po
ſitus erat: plane ſi nunq̄ aliquis poſitus fuerat ibi: poſtea
autem poſiti ſunt. Nam quod dicit in quo nondum ali/
quis poſitus erat: caute conſiderantibus uerbum hoc: ſi/
gnificatur: dicimus ergo ne forte ſimpliciter itelligere de/
bemus hunc locum: quoniam qui dixit cōſepulti ſumus
Chriſto per baptiſmum: & conſurreximus ei in monu/
mento nouo & intelligibili exciſo in petra: cōſepultus eſt
& ipſe poſt Chriſtum cum Chriſto: & omnes qui conſe/
pulti ſunt Chriſto in baptiſmo ut reſurgāt cum eo ex no
uo monumento primogeniti ex mortuis & in omnibus
primatum tenentis. Voluit autē Ioſeph non lapides mul
tos ad oſtium monumenti ſed unum: & magnum: &
maiorem q̄ poterat eſſe inſidiantium uirtus: non tamen
maiorem q̄ uirtus erat angeli deſcendentis de cœlo: & re
uoluētis ab eo lapidem: & ſedentis ſuper ipſum: quoniā
omnia quæ ſunt circa corpus Chriſti Ieſu munda ſunt
& noua: & non ſimpliciter magna: ſed ualde omnia ma/
gna. Erat autem ibi Maria Magdalena: & altera Maria ſe/
dentes cōtra ſepulchrum. Poſt hæc charitas duarum Ma
riarum/Magdalenæ/& matris Iacobi/& Ioſeph: colliga/
uit eas ad monumentum nouum: propter corpus Ieſu
quod fuerat ibi. Et hoc obſerua quoniam ſuperius duæ
iſtæ Mariæ: & mater filiorum Zebedei quā æſtimamus
ipſam eſſe Salomen: de longe ſpectabant mirabilia quæ
in paſſione Chriſti fiebant: & corpus eius ſuſpenſum in
ligno. Hic autem non permanſerunt tres: mater enim fi/
liorum Zebedei non ſcribitur cum Maria Magdalena: &
cum Maria matre Iacobi: & Ioſeph: ſimul ſedere cōtra ſe/
pulchrum: forſitan enim uſq; hoc peruenire potuit mater
filiorum Zebedei. Iſtæ autem quaſi maiores in charitate:
neq; his quæ poſtea geſta ſunt defuerūt. Altera autem die
quæ eſt poſt paraſceuen: conuenerunt principes ſacerdo/
tum: & phariſæi ad Pilatum: dicentes. Domine rememo/
rati ſumus ꝙ ille ſeductor dixit adhuc uiuēs. Poſt tertium
diem reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſq; in
diem tertium: ne forte ueniant diſcipuli eius & furentur
eum: & dicant plebi Reſurrexit a mortuis: & erit nouiſſi/
mus error peior priore. Ait autem illis Pilatus. Habetis cu
ſtodes. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem euntes munie/
runt ſepulchrum: ſignantes lapidem cum cuſtodibus. Ra
tionis eſt interrogare principes ſacerdotum qui uenerunt
ad Pilatum ut dicerent hæc quæ dixerunt. Dicite ſacerdo
tes: cum dixiſſet Ieſus. Soluite templum hoc: & ego in tri/
duo illud ſuſcitabo quod propoſitum eum dixiſſe puta/
ſtis: an de ſolutione & reſurrectione corporis ſui: an de
templi deſtructione/& reparatione ipſius? Si enim intelle
xiſtis ſic: quia de reſurrectiōe ſua iſta dicebat. Quomodo
teſtimonium dantes aduerſus eum dixiſtis: quoniam hic
dixit. Poſſum deſtruere templum hoc: & in triduo reædi
ficare illud? Si autem uere de templo illo non intellexiſtis
ſm quod & teſtimonium præbuiſtis: unde modo ſcitis
quoniam dixit poſt tres dies a mortuis ſe reſurrecturum?
Vide ergo quomodo impietas ſeipſam ſuis uerbis expu/
gnat. Per hæc enim uerba ipſi teſtimoniū ſuum illud con
demnant: quoniam uere intelligētes eum de reſurrectio/
ne corporis ſui illa dicere: & ſcientes cōuerterunt ſermo/
nes eius ad deſtructionem: & reparationem illius inſenſi/
bilis templi. Adhuc autem interrogo. Quid dicitis ſacer/
dotes: nēpe quia dicebat hominibus. Poſt tres dies reſur/
gam: & ſecreto mandabat diſcipulis ſuis: ut furentur eum
noctu: & dicāt poſt tres dies: quia ſurrexit a mortuis. Sed
hoc ex hoc ipſo incredibile eſt: poſt tantos ſermones mo/
rales quos in populo docuit uniuerſo: & poſt tales & tan
tas uirtutes quas ubiq; in omni Iudæa oſtendit: ut falle/
ret diſcipulos ſuos uerbis ut etiam ipſi culparent iſta man
dantem: & ideo nequaq̄ facerent, quod mandabat: maxi/
me propter periculum quod iminebat eis a populo ſi cō/
fiterētur eum qui ante modicum fuerat crucifixus: & do
ctorem ſe habere & Chriſtum: ſi autem hoc dixiſſe eū in/
credibile eſt: uide niſi conſequens eſt ut ſicut prodigia fe/
cit: ut ſicut euangelium ſuum prædicādum in toto mun
do prædixit: & ſicut ante præſides & reges ſtabitis: & ſi/
cut Hieruſalem deſtruetur ab exercitu: ſic & de reſurrectio/
ne ſua prædixit quod ait. Soluite templum hoc: & ego in
triduo ſuſcitabo ipſum. Propterea & in ſpiudicium ſuum
locuti ſunt ſacerdotes: & phariſæi ad Pilatum dicentes:
quoniam ille ſeductor dixit adhuc uiuens: quoniam poſt
tres dies reſurgam. Adhuc autem uide quoniam quidam
uenientes de cuſtodibus in ciuitatem nuntiauerunt non
aliis ſed ipſis principibus ſacerdotum omnia quæcunq;
fuerant facta: ut ex omni parte inexcuſabilis eorum conſti
tuatur impietas: illi autem nec ſic miſerrimi acquieuerunt
documentis tantis: ut ſuſciperēt quia Ieſus erat Chriſtus:
ſed & poſt omnia hæc malignabantur propter duritiam
cordis ſui: ſicut induratum fuerat cor Pharaonis ſup tan/
tis & talibus prodigiis quæ in Aegypto fuerant facta: ſic
& iſti ſunt indurati: ut congregati cum ſenioribus: & con
ſilium accipiētes darent pecuniam auaris: ut dicant: quia
diſcipuli eius uenientes noctu furati ſunt eum dormien/
tibus nobis. Et qui legebant in lege: non falſum teſtimo/
nium dices: etiam alios ad falſum teſtimoniū inuitabant
expēdentes pecuniam multam ut milites quidem falſum
teſtimonium dicant: propter auaritiam periculis ſe ſub/
dentes ſi furatum eſſet corpus Ieſu: præſidem autem mul
to magis placarent: & ei ſuaderent tantis pecuniis quan/
tis poterat præſes placari: ſiue autem & precibus uolentes
eruere eos de periculis aduerſus ſeipſos falſum teſtimo/
nium præbuerunt dicentes: cōtra diſciplinam militarem
obdormiſſe ſe tunc tanto ſomno: ut diſcipuli auſi eſſent
uenire ſimul: & multi confidentes quoniam milites dor/
miunt abundantius: & ſic furarentur corpus Ieſu. Et hæc
omnia gerebantur ab operantibus contrariis uirtutibus

contra

contra Chriſti doctrinam æſtimantibus quoniam poterant extinguere a uita hominum:de reſurrectione domini:prouidentiam dei:& fidem. Et ſicut nimia duritia Pharaonis non eſt mollita multis prodigiis factis per Moyſen:ſic aut amplius duritia cordis iſtorum non ſolum factis ſignis & prodigiis non eſt flexa:ſed neq; cuſtodibus nunciantibus crediderunt qui uenerunt in ciuitatem : & nuntiauerunt omnia quæcúq; fuerant facta. Et Pharaoni quidem dictum eſt:ad hoc ipſum te ſuſcitaui ut oſtēdam in te uirtutem meam:& ut annuntietur nomen meum in uniuerſa terra : iſtos autē ſupportauit magnanimitas dei ut uaſa iræ præparata in interniū:fiat ſalus in gentibus.

℃ Expliciunt Homeliæ Origenis in Matthæum ab eo loco ubi ait. Venit Ieſus in partes cæſareæ Philippi : uſq; ad finem ipſius euangelii.

℃ Incipit prologus ſancti Hieronymi preſbyteri. In explanationem ſancti Lucæ ab Adamantio Origene.

ANte paucos dies quorundam in Matthæo & in Luca cōmentarios uos legiſſe dixiſtis:e quibus alter & ſenſibus hebes eſſet:& uerbis : alter in uerbis luderet:in ſententiis dormitaret. Quam obrem petiſtis ut contemptis iſtiuſmodi nugis:ſaltem Adamātii noſtri in Lucam Homelias ſicut in græco habentur interpreter. Moleſtam rem & tormēto ſimilē:alieno (ut ait Tullius) ſtomaco & non ſuo ſcribere. Quam tamen iccirco nunc faciam:quia ſublimiora nō poſcitis. Siquidem illud quod olim Romæ ſancta Bleſilla flagitauerat ut. xxxvi. tomos illius in Matthæum:& quinq; alios in Lucam:& . xxxix . in Ioānem:noſtræ linguæ traderem : nec uirium mearum: nec ocii:nec laboris eſſe. Perſpicitis enim:quantum apud me:& auctoritas ueſtra:& uoluntas ualet. Prætermiſi paulullum Hebraicarum quæſtionum libros:ut ad arbitrium ueſtrum lucrari operis hæc qualiacumq; ſunt nō mea:ſed aliena dictarem:præſertim cū a ſiniſtro oſcinem coruum audiam crocitātem:& mirum in modum de cunctarum auium ridere coloribus:cum totus ipſe tenebroſus ſit. Fateor itaq; anteq̄ ille obiiciat in his Origenem tractatibus: quaſi iterum talis luderem:alia ſunt uirilia eius:& ſenectutis ſeria. Quæ ſi libuerit:ſi potuerit:ſi dominus ut in latinum ſermonem uertam dederit cōmeatum:& prætermiſſum opus prius expleuero:tunc uidere potentiſſimo per uos Romana lingua cognoſcet : quantum boni & ante neſcierit:& ſcire nunc cœperit. Præterea cōmentarios uiri eloquentiſſimi Hilarii:& beati martyris Victorini quos in Matthæo diuerſo ſermone:ſed una gratia ſpiritus ediderunt:poſt paucos dies ad uos mittere diſpoſui:ne ignoretis in quantum noſtris quoq; hominibus ſanctarum ſcripturarum quondam ſtudium fuerit.

℃ Explicit prologus ſancti Hieronymi preſbyteri.

℃ Incipiunt Homeliæ Origenis in Lucam. xxxix. tranſlatæ a ſancto Hieronymo preſbytero Bethleem:quas multi putant non eſſe Origenis propter multiplicitatem errorum inſertorum:ſi quis tamen propius inſpexerit:inueniet æmulos eiuſdem adamantii Origenis hoc nouo lædendi genere ſancta ſcripta pii ac religioſiſſimi patris polluiſſe:putantes pelagus doctrinæ ipſius prorſus prophanare ſi optimo ſemini ueritatis illibatæ peſtiferum zizaniæ toxicum ſuperſeminaſſent:ut in prologo totius operis oſtendimus. Qui iam hæc legis:ora in ſpiritu:& mente:ut quæ legis intelligas.

℃ In prohœmium Lucæ uſq; ad eum locū ubi ait. Scribere tibi optime Theophile. Dictæ Homeliæ in diebus dominicis. Homelia prima.

SIcut olim in populo Iudæorū multi prophetiam pollicebātur : & q̄dam erāt pſeudoprophetæ:e q̄bus unus fuit Ananias filius Agot alii uero prophetæ : & erat gratia in populo diſcernendorum ſpirituum p quā alii inter prophetas recipiebantur: nōnulli quaſi ab exercitatiſſimis trapezetis reprobabantur: ita & nunc in nouo teſtamento multi conati ſunt ſcribere euangelia:ſed nō omnes recepti. Et ut ſciaris nō ſolum quattuor euangelia:ſed plurima eſſe conſcripta:e quibus hæc quæ habemus electa ſunt:& tradita eccleſiis : ex ipſo prohœmio Lucæ quod ita cōtexit cognoſcamus. Quoniam q̄dem multi conati ſunt ordinare narrationē : hoc quod ait conati ſunt latentem habet accuſationem eorū: qui abſq; gratia ſpiritus ſancti ad ſcribenda euāgelia proſilierunt. Matthæus quippe/& Marcus/& Ioānes/& Lucas non ſunt conati ſcribere:ſed ſpiritu ſancto pleni ſcripſerunt euangelia. Multi igitur conati ſunt ordinare narrationem de his rebus quæ manifeſtiſſime cognitæ ſunt in nobis. Eccleſia quattuor habet euangelia:hæreſes plurimas. E quibus quoddam ſcribitur ſm ægyptios : aliud iuxta duodecim apoſtolos. Auſus fuit & baſilides ſcribere euāgelium:& ſuo illud noīe titulare. Multi conati ſunt ſcribere:ſed & multi conati ſunt ordinare. Quattuor tm̄ euangelia ſunt probata e quibus ſub perſona domini & ſaluatoris noſtri proferenda ſunt dogmata. Scio quoddā euāgelium quod appellatur ſm Thomam:& iuxta Matthiam:& alia plura legimus ne quid ignorare uideremur: propter eos qui ſe putāt aliquid ſcire:ſi iſta cognouerint. Sed in his omnibus nihil aliud probamus:nihil quod eccleſia:idem quattuor tm̄ euangelia recipienda. Hæc iccirco:quia in principio lectum eſt:multi conati ſunt ordinare narrationem de his rebus quæ cōfirmatæ ſunt in nobis. Illi temptauerunt:atq; conati ſunt de his rebus ſcribere : quæ nobis manifeſtiſſime ſunt compertæ. Effectum ſuum Lucas indicat:ex ſermone quo ait, In nobis manifeſtiſſime ſunt oſtenſæ:id eſt quod uno uerbo latinus ſermo nō explicat. Certa enim fide & ratione cognouerat:neq; in aliquo fluctuabat:utrum ita eſſet: an aliter. Hoc autē illis euenit qui fideliſſime crediderunt: & id quod ꝓpheta obſecrat:cōſecuti ſunt:& dicunt. Confirma me in ſermonibus tuis. Vnde & apoſtolus de his qui erant firmi:atq; robuſti ait. Vt ſitis radicati & fundati in fide. Si quis enim radicatus in fide eſt:atq; fundatus:licet tempeſtas fuerit exorta:licet uenti flauerint:licet ſe imber effuderit:nō conuelletur:nec corruet:quia ſuper petrā ædificium ſolida mole fundatum eſt. Nec putemus oculis iſtis carnalibus firmitatem fidei dari : quā mens/& ratio tribuit. Infideles quiq; credant ſignis/atq; portentis: quæ humana acies contuetur. Fidelis uero magis prudens:

atq; robuſtus:rationem ſequatur & uerbum:& ſic diiudicet quid uerum:quidue falſum ſit. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi uiderunt:& miniſtri fuerunt ſermonis. In Exodo ſcriptum eſt. Populus uidebat uocem dei. Et certe uox auditur potius q̃ uidetur. Sed propterea ſcriptum eſt:ut oſtenderetur nobis aliis oculis uidere uocem dei quibus illam aſpiciunt qui merentur. Porro in euangelio non uox cernitur:ſed ſermo qui uoce præſtantior eſt. Vnde nunc dicitur. Sicut ab initio tradiderunt nobis: qui a principio ipſi uiderũt:& miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur apoſtoli ipſi uiderunt ſermonem. Non quia aſpexerant corpus domini Saluatoris:ſed quia uerbum uiderunt. Si enim iuxta corpus uidiſſe Ieſum:hoc eſt dei uidiſſe ſermonem:ergo & Pilatus qui condẽnauit ſermonem dei uidit & Iudas proditor: & omnes qui clamauerunt Crucifige:crucifige eum:tolle de terra:talem dei uiderunt ſermonem. Sed abſit:ut quiſq̃ incredulus ſermonem dei uiderit. Videre ſermonem dei: tale eſt quale Saluator ait. Qui uidet me:uidet & patrem qui miſit me. Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipſi uiderũt:& miniſtri fuerunt ſermonis. Clam Lucæ ſermonibus edocemur ꝙ cuiuſdam doctrinæ finis ſit ipſa doctrina:alterius uero doctrinæ finis in opere computetur. Verbi gratia. Scientia geometriæ finem habet ipſam tm̃ ſcientiam atq; doctrinam. Alia uero ſcientia eſt cuius finis opus exigit uelut in medicina oportet me rationem:& dogmata ſcire medicinæ:nõ ut tantũmodo nouerim:quid debeam facere:ſed ut faciam:id eſt ut ſecem:uulnera:uictum:moderatum:caſtigatumq; diſponam: æſtus febrium in pulſu uenarum ſentiam:ut curationibus cyclicis:humorum abundãtiam ſiccem:temperem/atq; reſtringam. Quæ ſi quis tm̃ ſcierit:& non opere fuerit ſubſecutus: caſſa erit eius ſcientia. Simile quid ſcientiæ medicinæ & operi:etiam in notitia: miniſterioq; ſermonis eſt. Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipſi uiderunt:& miniſtri fuerunt ſermonis. Vt ex eo ꝙ dixit ipſi uiderunt doctrinam & ſcientiam ſignificari:& ex eo ꝙ dixit. Miniſtri fuerunt ſermonis: demonſtrari opera cognoſcamus. Aſſecuto a pricipio. Viſum eſt & mihi aſſecuto ab initio. Inculcat:ac replicat: quoniam ea quæ ſcripturus eſt non rumore cognouerit:ſed ab initio ipſe fuerit cõſecutus. Vnde & ab apoſtolo merito collaudatur dicente. Cuius laus in euangelio eſt per omnes eccleſias. Hoc enim de nullo alio dicitur & niſi de Luca dictum traditur. Viſum eſt & mihi aſſecuto a principio: omnibus diligenter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile. Putat aliquis ꝙ ad Theophilum quẽpiam euangelium ſcripſerit. Omnes qui nos auditis loquentes:ſi tales fueritis ut diligamini a deo: & uos Theophili eſtis: & ad uos euangelium ſcribitur. Si quis Theophilus eſt iſte optimus & fortiſſimus eſt. Hoc quippe ſignificantius græco ſermone dicit κρατιστος. Nemo Theophilus:infirmus eſt. Et quomodo ſcriptum eſt de populo Iſrael quãdo egrediebatur ex ægypto ꝙ non fuerit in tribubus eorum infirmus:ſic ut audacter loquar:dicam:ꝙ omnis qui Theophilus eſt:ſit robuſtus:habens fortitudinem robuſtam a deo:tanq̃ a ſermone eius:ut cognoſcere poſſit eorum uerborum quibus cõditus eſt ueritatem: intelligens ſermonem euangelii in Chriſto. Cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Erant autem iuſti ambo in conſpectu dei:ambulantes in omnibus mandatis:& iuſtificationibus domini ſine querela. Homelia Secunda.

QVi uolunt peccatis ſuis obtendere aliquam excuſationem: æſtimant nullum eſſe abſq; peccato:& utunť teſtimonio quod in Iob ſcriptum eſt. Nemo mundus a ſorde: nec ſi unius quidem diei fuerit uita eius ſuper terram. Numerabiles aũt menſes eis. Cuius ſonum tantũmodo proferunt:interpretationem penitus ignorantes. Aduerſus quos breuiter reſpõdebimus:qm̃ abſq; peccato eſſe in ſcripturis:dupliciter itelligitur:ut ſit alterũ nunq̃ omnino peccaſſe:alterum peccare deſiſſe. Si igitur aiunt eum abſq; peccato dici qui nunq̃ peccauerit:& nos aſſentimus nullum eſſe abſq; peccato:quia oẽs hoies aliquando Peccauimus:licet poſtea uirtutem ſecuti ſumus. Si uero ſic intelligunt:hoiem non eſſe abſq; peccato ut negent quẽpiam poſt uitia ita ſe ad uirtutes referre:ut nunq̃ omnino peccet:falſa eorꝫ ſnia eſt. Poteſt enim fieri ut qui ante peccauit:& peccare deſiuerit: ſine peccato eſſe dicatur. Sic & dominus noſter Ieſus Chriſtus exhibuit ſibi glorioſam eccleſiam:nõ habẽtem maculam. Non quia eccleſiaſticus uir nunq̃ habuerit maculam:ſed quia nequaq̃ ultra maculetur. Non habẽtem rugam. Nõ ꝙ ruga ueteris hominis in eo aliquãdo non fuerit:ſed ꝙ eam habere deſierit. In hunc modum & illud quod ſequitur eſt intelligendum ut ſit ſancta & imaculata:non ꝙ a principio imaculata fuerit. Hoc enim ſuſpicari qdem de hoie nõ poteſt ꝙ anima eius maculoſa nõ fuerit:ſed ꝙ reputetur pura atq; ſincera:quæ maculari ultra deſierit. Hæc iccirco dicimus: ut doceremus poſſe hoiem ob id ꝙ peccare deſiuit:uocari abſq; peccato:& imaculatum. Vnde & mãifeſtiſſime de Zacharia & Heliſabeth ſcribitur. Erant iuſti ambo:in cõſpectu dei ambulantes. In oibus aũt erant iuſti ambo ante dominum:incedẽtes in mandatis & iuſtificationibus domini:ſine querela. Diligentius laudes Zachariæ & Heliſabeth quas ſanctus Lucas in ſua ſcribit hiſtoria:contemplemur. Non tm̃ ut ſciamus illos fuiſſe laudabiles: ſed ut ſanctum zelum aſſumentes:etiam ipſi laude digni efficiamur. Potuerat ſimpliciter ſcribere:erãt iuſti ambo ambulantes in oibus mandatis. Nunc aũt neceſſario additur:iuſti ambo in cõſpectu dei. Poteſt quippe fieri ut ſit aliquis iuſtus in conſpectu hoium:ſed in conſpectu dei non. Verbi gratia. Quãdo non habet homo quod de me mali loquatur:& in me uniuerſa conſiderans nihil cui detrahat repperit. Iuſtus ſum in cõſpectu hoium. Finge oẽs de me æqualem habere ſnĩam:& quærere quid detrahant mihi: & tamen inuenire nõ poſſe:ſed cõſono me ore laudare: Iuſtus ſum in conſpectu hoium plurimorꝫ:uerum hominum non eſt certum iudicium. Neſciunt enim utrum in abſcondito cordis mei aliquãdo peccauerim: utrum uiderim mulierem ad cõcupiſcendum eam: & adulterium mihi in corde ſit natum. Ignorãt hoies cum me uiderint ſm̃ uires meas elemoſynam facere:utrum propter mãdatum dei fecerim:an hoium laudẽ:fauoremq; quæſierim. Difficilis res eſt in cõſpectu dei iuſtum eſſe: ut nõ ob aliã cauſam quid boni facias niſi ꝓpter ipſum bonũ:& deum tm̃ quæras boni operis retributorem. Tale quid & Apoſtolus loquitur. Quorꝫ laus nõ ex hominibus:ſed ex deo

eſt.Beatus

eſt. Beatus qui in conſpectu dei iuſtus eſt: atq; laudabilis. Homines enim q̃uis certum iudicium habere uideantur tamẽ nõ poſſunt ad liquidum ꝓnuntiare. Euenit quippe interdum ut laudent eum qui nõ eſt laudabilis: & ei detrahant qui minime detractione dignus eſt. Solus deus & in laude & in uituperatiõe iuſtus eſt iudex. Vnde digne & nunc additur in laude iuſtoꝝ. Erant iuſti ambo in conſpectu dei. Tale quid & Salomon in prouerbiis cohortatur/dicẽs. Fili: prouide bona in cõſpectu dei & hominũ. Sequitur Zachariæ & Heliſabeth alia laudatio. Ambulãtes in oĩbus mandatis & iuſtificationibus domini. Quãdo bene & recte de aliquibus iudicamus: in iuſtificationibus domini gradimur. Quãdo hoc aut illud facimus: in mandatis illius ambulamus. Vnde puto & ſanctum Lucam uolentem eos prædicare laude perfecta: dixiſſe. Erant iuſti ambo: ambulantes in oĩbus mandatis & iuſtificationibus domini. Dicat mihi quiſpiam. Si laus iſta pfecta eſt: quid ſibi uult hoc quod dicitur ſine quærela? Sufficiebat enim dicere: ambulantes in oĩbus uiis & iuſtificationibus domini: niſi poſſet fieri ut ambulet quis in oĩbus mãdatis dei: & tamẽ ſine quærela non ambulet. Et q̃uo poteſt euenire ut in omnibus mandatis & iuſtificationibus dei ambulans ſub quærela ſit? Cui breuiter dicam. Niſi hoc ita eſſet: nunq̃ in alio loco noſceremus ſcriptum referri. Iuſte id quod iuſtum eſt ſequere. Niſi enim eſſet iuſtum aliquid quod nõ iuſte ſequeremur: nequaq̃ nobis præciperetur ut iuſte id qđ iuſtum eſt ſequeremur. Quãdo enim facimus mãdatum dei & in cõſciẽtia noſtra uanæ gloriæ ſordes reſpergimus ut placeamus hoĩbus: aut alia q̃cunq; nõ placẽt deo: boni operis cauſa præcedit: q̃uis faciamus præceptum dei: tamẽ illud abſq; quærela nõ facimus: & iniuſte id quod iuſtum eſt ſequimur. Difficile ergo eſt ambulare in oĩbus mãdatis & iuſtificationibus domini ſine quærela: ſm teſtimonium & laudem dei in Chriſto Ieſu. Quæ laus reddẽda eſt in die iudicii ab eo cui oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal eius: ut recipiat unuſquiſq; q̃ ꝑ corpus geſſit: ſiue bona: ſiue mala. Oẽs enĩ ſtabimus ante tribunal dei ut recipiamus qđ meremu in Chriſto Ieſu. Cui eſt gloria & iperium in ſæcula ſæculorũ. Amen.

❡ De eo quod ſcriptũ eſt. Apparuit ei Angelus domini ſtans a dextris altaris incenſi. Homelia tertia.

QVæ corporalia ſunt: & ſenſu carent: ut uideantur ab alio ipſa nihil efficiunt: ſed tantũmodo oculus alterius intentus in ea ſiue uoluerint illa: ſiue noluerint uidet quando in ea cõtẽplationem direxerit. Quid enim poteſt homo: aut alia res quæ circundatur corpore craſſo cum in præſenti fuerit facere ne cernantur? Econtrario ea quæ ſunt ſuperna/& diuina ea cum in pſenti fuerint non uidentur: niſi ipſa uoluerint: & in uolũtate eoꝝ eſt uideri uel non uideri. Gratia dei fuit ut appareret Habraam/uel ceteris ꝓphetis: non ꝙ oculus tm̃ cordis Habraã in cauſa fuerit ut cerneret deũ: ſed ꝙ gratia dei ultro ſe aſpiciendam præbuerit uiro iuſto. Hoc aũt nõ ſolum ſuper deo patre intelligas: ſed etiam ſuper domino Saluatore: & ſuper ſpiritu ſancto: & ut ad minora perueniam ſuper Cherubin & Seraphin. Fieri enim põt ut & nũc nobis loquẽtibus aſſiſtat angelus: & tamẽ quia nõ meremur eum uidere nequeamus. Quãuis enim oculus ſiue corporis/ſiue animæ noſtræ ad cõtemplandum intẽdat: niſi ſponte apparuerit angelus: & ſe uidendum præbuerit: & ille qui uere deſiderat nõ uidebit: Itaq; ubicũq; ſcriptum fuerit apparuit deus illi/uel illi: ut & nunc apparuit ei angelus domini ſtans a dextris altaris incẽſi: ita (ut dixi) intellige. Siue deus/ſiue angelus Habraæ/uel Zachariæ cum uoluerit uel noluerit: aut nõ uidebitur: aut uidebitur. Et hoc nõ tm̃ in præſenti ſæculo dicimus: ſed etiã in futuro cum migrauerimus e mundo: quod nõ oĩbus uel deus: uel angeli appareant: ꝙ ſcilicet & angelos & ſpiritum ſanctum & dominum Saluatorem: & ipſum deum patrem is qui de corpore exierit ſtatim mereaꝰ uidere: & ille tm̃ uidebit qui mundum habuerit cor: & talem ſe præbuerit ut dignus dei ſit aſpectu. Et q̃uis in eodem loco ſit qui mundo corde eſt: & is qui adhuc aliqua ſorde reſpergiꝰ: unus locus nec nocere quẽpiã poterit: nec iuuare: quia qui mundum cor habuerit deũ uidebit: qui aũt non talis fuerit: id quod alii cernunt nõ uidebit. Tale quid mihi intelligendum & de Chriſto qui quondam in corpore uidebaꝰ: ꝙ nõ quicunq; eum uidebãt poterãt uidere. Videbant quippe tm̃ corpus illius: ſm uero hoc quod Chriſtus erat eum uidere nõ poterant. Porro diſcipuli eum uidebãt: & magnitudinem diuinitatis illius cõtemplabãtur. Propter qđ puto & ad Philippum depræcãtem: atq; dicẽtem oſtẽde uobis patrem & ſufficit nobis: reſpondiſſe Saluatorem. Tanto tempore uobiſcum ſum & nõ cognouiſtis me? Philippe qui uidet me uidet & patrem. Neq; enim Pilatus qui uidebat Ieſum intuebatur patrem: nec ꝓditor Iudas: q̃a nec ipſe Pilatus: nec iudas Chriſtum ſm hoc qđ erat Chriſtus uidebãt: nec multitudo quæ coarctabat eum. Illi tm̃ uidebant Ieſum quos aſpectu ſuo dignos eſſe ſciebat. Laboremus ergo & nos ut & ĩpræſentiaꝝ uobis deus appareat. Sanctus quippe ſcripturaꝝ ſermo promiſit ꝙ inuenietur ab his qui nõ temptant eum: apparet aũt his qui nõ ſunt icreduli in eũ: & in futuro nõ abſcõdaꝰ a nobis: ſed uideamus eũ facie ad faciẽ: & habeamus fiduciã bonæ uitæ: fruamurq; cõſpectu oĩpotẽtis dei in Chriſto Ieſu: & ſpiritu ſancto: cui eſt gloria: & iperiũ in ſæcula ſæculoꝝ. Amẽ.

❡ De eo quod ſcriptum eſt. Ne timeas Zacharia: uſq; ad eum locum ubi ait de Ioãne: præcedet coram ipſo in ſpiritu: & uirtute Heliæ. Homelia quarta.

ZAcharias cum angelum uidiſſet expauit. Noua quippe facies humanis obtutibus ſe præbens turbat mentẽ animumq; cõſternat. Vnde angelus ſciens hãc eſſe humanam naturam: primum perturbationi medetur dicens: noli timere Zacharia: & trepiditatem refocillat: nouoq; lætificat nuncio inſerẽs. Exaudita eſt oratio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet filium: & uocabis nomen eius Ioãnem: & erit tibi gaudium: & exultatio. Quãdo iuſtus quis oritur mundo & ſtadium huius uitæ ingreditur miniſtri natiuitatis eius lætanꝰ & ſe efferunt in ſublime. Quãdo uero ille naſcitur qui malæ uitæ præparatus eſt: & quaſi ob pœnas in ergaſtulũ religatus: miniſter cõſternatur: & cõcidit. Vis exẽplum accipere ſancti uiri cuius omnis fructus in laude ſit? Vide Iacob duo-

decim genuiſſe mares qui oēs populi dei & partis illius patriarchæ: & principes extiterunt. In his omnibus Iacob lætabatur pater: ſicut & nunc de Ioannis natiuitate cunctis gaudium nunciatur: & qui ſemel ob utilitatem alioꝝ ad liberoꝝ opera deſcenderit & ſe uoluerit huic miniſterio mancipare: obſecret deum ut talis ei filius ingrediatur ſæculum: ſuper cuius natiuitate lætior ſit. Scribitur ergo de Ioāne. Erit magnus in conſpectu domini. Magnitudinem animæ Ioānis oſtendit: quæ oculis dei pateat. Et aliquid minus quod ꝓpriæ in animæ uirtute conſpicitur. Ego ita intelligo & illud quod in euangelio dicitur. Nolite contēnere unum de minimis iſtis qui in eccleſia ſunt. Minimus ibi ad diſtinctionem maioris intelligitur. Non mihi præcipitur ut eum qui grandis eſt contēnam: quia non pōt contēni ille qui grandis eſt: ſed dicit mihi ne contēnas unū ex minimis. Vt aūt ſcias ꝙ minimus & paruus nō fortuitu dicatur: ſed cum ea ratione quam poſuimus. Scriptum eſt. Quicunqꝫ ſcandalizauerit unum de minimis iſtis. Minimus ſcandalizatur: grādis nō poteſt ſcandalum ſuſtinere. Sequitur de Ioāne. Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc de utero matris ſuæ. Et natiuitas Ioānis plena miraculo eſt. Quomodo enim domini noſtri ac ſaluatoris aduentum archangelus nunciauit: ita & Ioānis ortum archangelus nunciat. Spiritu ſancto replebitur adhuc de utero matris ſuæ. Populus iudæoꝝ faciētem dominum noſtrum ſignā atqꝫ portenta/& curantem īfirmitates eoꝝ nequaq̄ uidebat: Ioānes uero adhuc in utero matris cōſtitutus exultat: etenim nō poteſt: & ad aduentum matris Ieſu de utero geſtit erumpere. Ecce enim ait Eliſabeth ut facta eſt ſalutatio tua in aures meas: exultauit in gaudio infans in utero meo. Adhuc in matris utero erat Ioānes: & iam ſpiritum ſanctum acceperat. Non enim illud principium erat ſubſtantiæ eius: atqꝫ naturæ de qua ſcriptura loquitur: ꝙ plurimos filioꝝ iſrael cōuertet ad dominū deū ipſorum. Ioānes plurimos cōuertit: dominus aūt nō plures ſed omnes. Hoc opus illius: ut oēs cōuertat ad deum patrem. Et præcedet coram ipſo in ſpiritu & uirtute Heliæ. Non ait in anima Heliæ: ſed in ſpiritu & uirtute Heliæ. Fuit in Helia uirtus: & ſpiritus ſicut in omnibus prophetis: & ſm̄ diſpēſationem corporis in ipſo quoqꝫ dn̄o ſaluatore: de quo poſt paululum ad Mariam dicitur. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Spiritus ergo qui fuerat in Ioanne: & uirtus quæ in illo erat: in hoc quoqꝫ apparuit. Ille tranſlatus eſt: hic uero præcurſor domini fuit. Et mortuus eſt ante eum: ut ad inferna deſcendens illius prædicaret aduētum. Ego puto: ꝙ ſacramentum Ioānis uſqꝫ hodie expleatur in mundo. Quicunqꝫ crediturus eſt in Chriſtum Ieſum: ꝑcurrit ante ſpiritus: & uirtus Ioānis ad animā illius. Et præparat domino populum ꝑfectū: & in cordis aſperitatibus planas facit uias: & dirigit ſemitas parare domino plæbem perfectam. Non illo tm̄ tpe præparatæ ſunt uiæ: & directæ ſemitæ: ſed uſqꝫ hodie aduentum domini ſaluatoris ſpiritus Ioānis uirtuſqꝫ præcedit. O magna myſteria domini: & diſpenſationis eius. Angeli præcurrunt Ieſum: Angeli quotidie aut aſcendunt: aut deſcēdunt ſuper ſalutem hominum in Chriſto Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo ꝙ Zacharias obmutuit. Homelia quinta.

Zacharias ſacerdos cum in tēplo offerret incenſum: ſilentio condēnatur & retinet. Innuo tm̄ nutibus loquitur: & mutus uſqꝫ ad ortum Ioānis filii ꝑſeuerat. Quo hæc tendit hiſtoria? Silentiū Zachariæ ſilentiū ꝓphetarum eſt in populo iſrael. Nequaq̄ loquitur eis deus: & ſermo qui a principio erat apud patrem deus: ad nos trāſiit: nobiſqꝫ nō tacet Chriſtus: apud illos uſqꝫ hodie ſilet. Quāobrem & Zacharias ꝓpheta tacuit. Manifeſtiſſime ex ſermonibus ipſius cōprobatꝰ: ꝙ & ꝓpheta fuerit: & ſacerdos. Quid uult āt hoc qd̄ ſequitur: annuebat eis: & dānum uocis nutibus cōpenſabat? Ego puto talia eſſe opera abſqꝫ ſermone: quæ rōne nihil nutibus differūt. Vbi uero ratio & ſermo ꝓceſſent: & ita opus fuerit ſubſecutū: nō debent æſtimari ſimplices nutus qui ornantur ſermone atqꝫ rōne. Si igitur uideris cōuerſationem iudæoꝝ ſine rōne atqꝫ ſermone: ita ut nōn queant eoꝝ quæ agunt rōnem reddere: intellige quod tūc in Zacharia ꝓceſſit: in imagine ipſius hucuſqꝫ cōpleri. Circunciſio eoꝝ nutibus ſimilis eſt. Niſi enim circunciſionis ratio reddatur: nutus eſt circunciſio: & opus mutum: paſcha & aliæ ſolēnitates nutus magis ſunt q̄ ueritas. Vſqꝫ hodie populus iſrael ſurdus & mutus eſt. Neqꝫ poterat fieri ut nō ſurdus eſſet & mutus: qui a ſe ſermonem abiecerat. Et olim qdem Moyſes loquebatur. Ego aūt ſum: quod licet latinus aliter expreſſerit tamē proprie tranſferri pōt abſqꝫ ſermone ſiue rōne: & poſtq̄ hoc ait: accepit rōnem & ſermonem quem confeſſus fuerat ſe antea habere. Populus autem iſrael priuſq̄ legem acceperat abſqꝫ rōne & ſermōe quodāmodo mutus erat: deīde accepit ſermonem: cuius imago fuit Moyſes. Iſte igitur nō cōfitetur modo quod tunc confeſſus eſt Moyſes: eo ꝙ ſit mutus & alogos: ſed nutibus: & ſilentio indicat ſe nō habere ſermonem: & habere rationem. Nōne tibi uidet̄ cōfeſſio eſſe ſtultitiæ: quādo nullus eoꝝ pōt legalium ꝓceptoꝝ: & ꝓphetici uaticinii rōnem reddere? Ceſſauit Chriſtus eſſe in eis: reliquit eos ſermo: cōpletū eſt illud qd̄ in Eſaia ſcribit̄. Relinquet̄ filia ſyon ſicut tabernaculum in uinea: & ſicut cuſtodia in cucumerario: ut ciuitas quæ expugnatur. Quibus relictis ſalus trāſlata eſt ad nationes: ut illi concitent̄ ad zelum. Intuentes ergo diſpenſationem: & archanum dei quō iſrael abiectus ſit in ſalute noſtra cauere debemus ne forte & illi noſtri cauſa eiecti ſint: & nos maiori ſupplicio digni ſimus: ꝓpter quos & alii derelicti ſunt: & nos nihil dignū adoptione dei & eius clementia fecerimus: qua adoptauit nos: & in ſuos filios reputauit in Chriſto Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo ꝙ ſcriptum eſt. Cum autem concepiſſet Eliſabeth abſcondebat ſe: uſqꝫ ad eum locum ubi ait. Hic erit magnus. Homelia ſexta.

Quando concepit Eliſabeth abſcondebat ſe menſibus quinqꝫ: dicens. Quia ſic mihi fecit dominus: in diebus quibus reſpexit auferre obprobrium meū in hoībus. Quæro quā ob cauſam poſtq̄ intellexit ſe eſſe prægnantem: publicum declinarit? Ni fallor hoc eſt etiam ꝙ

hi qui

hi qui nuptiis copulati ſunt non omne tempus coitus liberum inter ſe habẽt: ſed eſt tempus quando recedunt ab opere nuptiarum: Si enim uir ſenex fuerit & mulier anus: pudoris: eſt maximi ſeruire eos libidini: ſeruire coniugio: quæ uel curæ corporis: & ſenectæ eſſe: dei uidentur uoluntate ſublata. Hæc autem quia ad ſermonẽ angeli & diſpẽſationem dei rurſum fuerat uiro copulata: erubeſcebat ꝙ anus: & pœne decrepita ad opus iuuenum reuertiſſet. Vnde & abſcondebat ſe menſibus quinq;. Non uſq; ad nonum menſem donec partus ingrueret: ſed uſq; quo cõciperet Maria. Quando enim illa concepit: & uenit ad eã: & facta eſt ſalutatio in aures eius: exultauit in gaudio infans in utero Eliſabeth: & prophetauit ſpiritu ſctõ plena: & locuta eſt quæ euangelicus ſermo deſcribit. Et diffamata ſunt per omnem montanam uerba hæc. Quando enĩ in populo rumor egreſſus eſt habere eam in utero ꝓphetam: & aliquid maius eſſe hominem qui geſtabatur a uirgine: tunc non abſconditur: ſed tota libertate ſe prodit: & exultat ſe habere præcurſorem in utero ſaluatoris. deinde ſcriptura cõmemorat ꝙ menſe ſexto cõceptus Eliſabeth miſſus ſit angelus Gabriel a deo in ciuitatẽ galileæ cuius nomen nazareth: ad uirginem deſpõſatã uiro cui nomen Ioſeph de domo Dauid: & nomen uirginis Maria. Rurſum in mea mẽte uoluens quæro quare deus cum ſemel ſaluatorem iudicaret naſci ex uirgine non eligit puellam abſq; ſponſo: ſed eam potiſſimum quæ iam fuerat deſpõſata. Et niſi fallor hæc cauſa eſt. Debuit de ea uirgine naſci quæ non ſolum ſponſum haberet: ſed (ut Matthæus ſcribit) iam uiro tradita fuerat: licet eam uir needũ noſſet: ne turpitudinem uirginis habitus ipſe monſtraret: ſi uirgo uideretur utero tumenti. Vnde eleganter in cuiuſdã martyris epiſtola ſcriptum reperi Ignatium dico epiſcopum antiochiæ poſt Petrum ſecũdum: qui in perſecutione romæ pugnauit ad beſtias. Principem ſæculi huiꝰ latuit uirginitas Mariæ: latuit propter Ioſeph: latuit ꝓpter nuptias: latuit quia habere uirum putabatur. Si enim non habuiſſet ſponſum: & putabatur uirum: nequaq̃ potuiſſet principi mundi huius abſcondi. Statim enim cogitatio diaboli tacita ſubrepſiſſet. Quomodo iſta quæ non concubuit cum uiro Prægnans eſt? Debet iſte conceptus eſſe diuinꝰ: debet aliquid humana natura eſſe ſublimius? Ecõtrario diſpoſuerat ſaluator diſpenſationem ſuam & aſſũptionem corporis ignorare diabolum. Vnde & in generatione ſua celauit eam: & diſcipulis: poſtea præcipiebat ne manifeſtum eum facerent. Et cum ab ipſo diabolo temptaretur nuſq̃ confeſſus eſt dei ſe eſſe filium: ſed tantũmodo reſpondebat. Non oportet ut adorẽ te: nec ut lapides iſtos panes faciam: nec ut me de alto præcipitem. Et cũ iſta diceret: tacuit ſemper ſe eſſe filiũ dei. Quære & in alia ſcriptura: & reperies uolũtatis Chriſti fuiſſe: ut aduentum filii dei diabolus ignoraret. Apoſtolus enim paſſionem eius aſſerens neſciſſe contrarias fortitudines: ait: ſapientiã loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non ſæculi huius neq; pricipũ ſæculi huius q deſtruunt: ſed loquimur dei ſapientiã in myſterio abſconditã: quã nullus principũ huius ſæculi cognouit. Si.n. cognouiſſent: nũq̃ dñm gloriæ crucifixiſſent. Abſconditũ igitur fuit a principibus ſæculi: myſterium ſaluatoris. Quod autem ecõtrario obiici poteſt: ſoluendum mihi uidetur anteq̃ ab alio proponat: qua ratione q̃d principes huius ſæculi latuit demonem non latuit eum præſertim qui in euangelio loquebatur: ueniſti ante tempus torquere nos: ſcimus te q ſis filius dei. Sed conſidera: quia minor in malitia nouerit ſaluatorẽ. Qui uero maior eſt in ſcelere & uerſipellis: & nequã: ex eo ipſo ꝙ in malo maior eſt: ĩpeditᷣ noſſe filiũ dei. Nos quoq; ſi minus habuerimus mali: facilius poſſumus ad uirtutẽ procedere. Si uero magis in nobis fuerit mali ingenti laborẽ ſudandum eſt: ut maiori malitia liberemur. Hæc de eo ꝙ ſponſum habuerit Maria. Quia uero angelus nouo ſermonẽ Mariam ſalutauit: quem in omni ſcriptura inuenire non potui: & de hoc pauca dicenda ſunt. Id enim quod ait: aue gratia plena: quod græce dicitur κεχαριτωμένη: cecharitomene: ubi in ſcripturis alibi legerim non recordor: ſed neq; ad uirum iſtiuſmodi ſermo eſt. Salue gratia plene. Soli Mariæ hæc ſalutatio ſeruabatur. Si enim ſciſſet Maria & ad alium quẽpiam ſimilem factum eſſe ſermonem: habebat quippe legis ſcientiam & erat ſancta & prophetarum uaticinia quotidiana meditatione cognouerat: nunq̃ quaſi peregrina eam ſalutatio terruiſſet: ꝓpter quod loquitur ei angelus. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratia coram domino. Ecce concipies in utero: & paries filium: & uocabis nomen eius Ieſum. Is erit magnus: & filius altiſſimi uocabitur. Dicitur & de Ioanne erit magnus. Et hoc ipſum: Gabriel angelus cõteſtatur. Sed quando uenit Ieſus uere magnus: uere ſublimis: ille qui prius magnus fuerat minor effectus eſt. Ille enim (inquit) fuit lucerna ardens & lucẽs: & uos uoluiſtis ad horam exultare in lumine eius. Magnitudo ſaluatoris noſtri non tunc apparuit quando natus eſt: ſed nunc poſtq̃ oppreſſa ab aduerſariis uidebatur emicuit. Vide magnitudinem domini. In omnem terram exiuit ſonus doctrinæ eius: & in fines orbis terrarum uerba illius. Dominus noſter Ieſus quia uirtus eſt dei in omnem diffuſus eſt orbem & impræſentiarum nobiſcũ eſt: iuxta illud quod in Apoſtolo legitur. Congregatis uobis & ſpiritu meo: cum uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti: uirtus domini ſaluatoris & cum his eſt qui ab orbe noſtro in britannia diuidũtur: & cum his qui in maritima: & cum uniuerſis qui ſub ſole in nomine eius crediderunt. Vide ergo magnitudinem ſaluatoris quomodo in toto orbe diffuſa ſit: & certe necdum eius ueram magnitudinem expoſui. Aſcende in cœlos: & uide eum quomodo cœleſtia repleuerit. Apparuit ſiquidem angelis. Deſcende cogitatione in abyſſos: & uidebis eum etiã illuc deſcendiſſe. Qui enim deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ut impleret omnia: ut in nomine Ieſu omne genu flectatur: cœleſtium terreſtrium & infernorũ. Conſidera uirtutem domini ꝙ impleuerit mũdum: id eſt cœleſtia: terreſtria: & infernalia: quomodo & cœlũ ipſum penetrauerit: & in ſuperna aſcenderit. Legimus enim: ꝙ pertranſierit cœlos filius dei. Si hæc uideris: pariter intueberis non tranſitorie dictum: magnus erit: ſed uerbũ opere completum. Magnus eſt dominus noſter Ieſus & præſens & abſens: tribuitq; conſortium fortitudinis ſuæ huic cœtui noſtro atq; conuentui: quod ut & ſinguli mereamur accipere deprecemur dominum deum: Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæcula. Amen.

¶ De eo q̃d ſcriptum eſt. Exurgens aũt Maria cum feſtinatione uenit in montana: uſq; ad eũ locum ubi ait: Ecce

conſumatio eorum quæ dicta ſunt. Homelia.VII.

MEliores ad deteriores ueniũt:ut eis ex aduentu ſuo aliquid tribuant emolumenti. Sic & ſaluator uenit ad Ioãnem:ut ſanctificaret baptiſma illius. Et Maria ſtatim ut audiuit ãgelum nunciantẽ q̧ conceperit ſaluatorem:& q̧ cognata illius Eliſabeth haberet in utero:cõſurgens cũ feſtinatiõe uenit i mõtana:& ĩgreſſa ẽ domũ Eliſabeth. Ieſus uero q̃ i utero illius erat:feſtinabat adhuc i uentre matris Ioannem poſitum ſanctificare. Deniq; anteq̃ ueniret Maria:& ſalutaret Eliſabeth nõ exultauit infans in utero: ſed ſtatim ut maria loquuta eſt uerbum:q̃d filius dei i uẽtre matris ſuggeſſerat:exultauit infans in gaudio:& tunc primum præcurſorem ſuum prophetã fecit Ieſus: Oportebat quoq; mariam cum dei prole digniſſimam poſt alloquium dei ad montana conſcẽdere:& in ſublimiorib' commorari. Vnde & ſcriptum eſt. Conſurgens maria in diebus illis:uenit in montana. Debuerat etiam cum eſſet ſollicita:non pigra:properare ſollicitudine:& ſpiritu ſancto plena ad ſublimiora perduci:& uirtute dei ꝓtegi a qua fuerat obũbrata. Venit ergo in ciuitatẽ iudæ: & in domũ Zachariæ:& ſalutauit Eliſabeth. Factum eſt cum audiſſet ſalutationẽ Mariæ Eliſabeth:exultauit infans i utero ei': & repleta eſt ſpiritu ſancto. Nõ eſt itaq; dubiũ q̃n quæ tunc repleta eſt ſpiritu ſancto: propter filium ſit repleta. Neq; enim mater primum ſpiritum ſanctum meruit:ſed cũ Ioannes adhuc clauſus in utero ſanctũ ſpm̃ recepiſſet: tunc & illa poſt ſcificationem filii repleta eſt ſpũ ſancto. Poteris hoc credere ſi ſimile quid etiam de ſaluatore cognoueris. Inuenitur beata Maria ſicut i aliquãtis exẽplaribus reperimus prophetare. Non enim ignoramus q̧ ſm̃ alios codices & hæc uerba Eliſabeth uaticinetur. Spiritu itaq; ſancto tunc repleta eſt Maria:quando cœpit in utero habere ſaluatorem. Statim enim ut ſpiritum ſanctum accepit dominici corporis conditorem:& filius dei eſſe cœpit in utero:etiam ipſa completa ẽ ſpiritu ſancto. Exultauit ergo infans in utero Eliſabeth: & repleta eſt ſpiritu ſancto:& clamauit uoce magna:& dixit. Benedicta tu inter mulieres. Debemus in hoc loco ne ſimplices qui q; decipiantur:ea quæ ſolent opponere hæretici cõfutare. In tantam quippe neſcio quis prorupit inſaniam: ut aſſereret negatam fuiſſe Mariam a ſaluatore:eo q̧ poſt natiuitatem illius iuncta fuerit Ioſeph. Et loquutus eſt:quæ quali mente dixerit:ipſe nouerit qui locutus eſt. Si q̃n igitur hæretici uobis tale quid obiecerint reſpondete eis: & dicite. Certe ſpiritu ſancto plena Eliſabeth ait. Benedicta tu inter mulieres. Si ſancto ſpiritu benedicta canit Maria:quomodo eam ſaluator negauit? Porro q̧ aſſerunt eam nupſiſſe poſt partum: unde approbent non habent. Hi enim filii qui Ioſeph dicebantur non erant orti de Maria: neq; eſt ulla ſcriptura quæ iſta cõmemoret. Benedicta tu inter mulieres:& benedictus fructus uentris tui. Et unde mihi hoc ut ueniat mater domini mei ad me? Quod ait unde mihi hoc non ignorans dicit: & maxime ſpiritu ſancto plena: quaſi neſciat q̧ iuxta dei uoluntatem mater domini ueneri ad eam. Sed iſto ſenſu loquitur. Quid boni feci: quæ opera mea tanta ſunt:ut mater domini ad me ueniat: per quam iuſtitiam:ex quibus bonis:de qua fidelitate mentis hoc merui: ut mater domini mei ueniat ad me? Ecce enĩ ut facta eſt ſalutatio tua in aures meas: exultauit in exultatione infans in utero meo. Sancta erat anima beati Ioannis:& adhuc in matris utero clauſa: uenturaq; in mundũ quaſi per experiẽtiæ ſenſum ſciebat quæ iſrael ignorabat. Vnde exiliuit:& nõ ſimpliciter exiliuit:ſed in gaudio. Senſerat enim ueniſſe dominum ſuum: ut ſanctificaret ſeruũ ſuum:anteq̃ de matris utero procederet. Vtinam mihi eueniat:ut ab infidelibus ſtultus dicar:q̃ talibus credidi. Ipſm opus oſtendit & ueritas non meæ ſtultitiæ: ſed ſapientiæ crediddiſſe: & quia hoc quod ſtultum apud illos putatur: mihi ſalutis occaſio ſit. Niſi enim fuiſſet cœleſtis & beata natiuitas ſaluatoris:niſi habuiſſet diuini aliquid:& humanitatem hoium ſupergrediens; nunq̃ totum orbem illius doctrina penetraſſet. Si tãtum modo fuiſſet in Mariæ utero & non dei filius:qũo poterat fieri ut & illo tp̃e & nũc nõ ſolum corporum ſed etiam animarum morbi multiplices curarentur? Quis noſtrum non inſipiens fuit:qui nunc propter miſericordiam dei habemus intelligentiam & ſitimus deum? Quis noſtrum non incredulus iuſtitiæ:qui nunc propter Chriſtum iuſtitiam habemus:ſequimurq; iuſtitiam? Quis noſtrum non errabundus & uagus:qui nunc propter aduentum ſaluatoris non fluctuamus:atq; turbamur:ſed ſumus in uia: in illo uidelicet qui ait ego ſum uia? Poſſumus & reliqua congregantes uidere q̃m oia quæ ſcripta ſunt de eo diuina admiratiõe digna referuntur:q̧ & natiuitas illius & nutrimenta & uirtus & paſſio & reſurrectio non ſolum illo tp̃e: ſed etiam nunc operent̃ in nobis. Quis uos o cathecumini in eccleſia cõgregauit: quis ſtimulus impulit ut relictis domibus in hunc cœtum coeatis? Neq; enim nos domus ueſtras ſigillatim circuiuimus:ſed omnipotens pater uirtute inuiſibili ſubiicit cordibus ueſtris quos ſcit eſſe dignos hunc ardorem:ut quaſi inuiti & retractantes ueniatis ad fidem: maxime in exordio religiõis:cum ueluti trepidi & pauentes ſalutis fidem cum timore ſuſcipitis. Obſecro uos o cathecumini nolite retractare:nemo ueſtrũ formidet: & paueat:ſed ſequimini præeuntem Ieſum. Ille uos trahit ad ſalutem:congregat in eccleſiam: nunc quidem ſuper terrã: ſi autem dignos fructus feceritis in eccleſia primitiuorum qui ſcripti ſunt in cœleſtibus. Beata quæ credidit: & beatus qui credidit:quia erit perfectio his quæ dicta ſunt ei a domino. Super quibus:& beata Maria magnificat dominum Ieſum. Magnificat autem anima dominum:ſpiritus deum. Quæ quam habeant interpretationem:ſi conceſſerit dominus ut rurſus in eccleſiam congregemur:ut feſtiui ueniatis ad domum dei & diuinæ lectioni præbeatis aures quæremus:uentilabimus:diſſeremus in Chriſto Ieſu:cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorũ. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Magnificat anima mea dominum. uſq; ad illum locum ubi ait: Timentibus efficit uirtutem. Homelia.VIII.

ANte Ioannem prophetat Eliſabeth:ante ortum domini ſaluatoris prophetat Maria. Et qũo pctm̃ cœpit a muliere: & deinceps ad uirum uſq; peruenit:ſic & principium ſalutis a mulieribus habuit exordium: ut cæteræ quoq; mulieres: ſexus fragilitate depoſita imitarentur uitã:cõuerſationẽq; ſanctarũ earũ quæ uel maxime nũc in euãgelio deſcribuntur. Videamus ergo uaticinium uirginale. Magnificat

nale. Magnificat (ait) anima mea dominum: & exultauit
ſpiritus meus i deo ſalutari meo. Duæ res: anima ſcilicet &
ſpiritus: duplici laude funguntur. Anima dominum præ
dicat: ſpiritus deum. Non ꝙ alia laus domini: alia dei ſit:
ſed quia qui deus eſt: idem & dominus eſt: & qui domi
nus eſt: idem & deus ſit. Quærit quomodo magnificet
dominum. Si enim dominus: nec augmētum: nec decre/
mentū recipere poteſt: & quod eſt: qua ratione nunc Ma/
ria loquitur: magnificat anima mea dominum? Si conſi/
derē dominum ſaluatorem imaginem eſſe inuiſibilis dei:
& uideam animam meam factam ad imaginem cōdito/
ris: ut imago eſſet imaginis: neq; enim anima mea ſpeciali
ter imago eſt dei: ſed ad ſimilitudinem imaginis prioris
effecta eſt: tunc uidebo qm̄ in exemplum eorū qui ſolent
imagines pingere: & uno (uerbi cauſa) uultu regis acce/
pto ad principalem ſimilitudinem exprimēdam artis in/
duſtriam cōmodare unuſquiſq; noſtrum ad imaginem
Chriſti formans animam ſuam: aut maiorem ei: aut mino
rem ponit imaginem: uel obſoletam: uel ſordidam: aut cla
ram atq; lucentem: & ſplendentem ad effigiem imaginis
principalis. Quando igitur grandem fecero imaginē ima
ginis: ideſt aiam meam: & magnificauero eam opere: co/
gitatione: ſermone: tunc imago dei grādis efficitur. & ipſe
dn̄s cuius imago eſt i noſtra aia magnificatur. Et qūo cre/
ſcit dn̄s in noſtra imagine: ſic ſi peccatores fuerimus mi/
nuitur: atq; decreſcit. Sed nos pro imagine ſaluatoris: alias
nobis imagines induimus. Pro imagine uerbi: ſapientiæ:
iuſtitiæ: cæterarūq; uirtutum diaboli formam aſſumimus
ut dicatur de nobis. Serpentes: generatio uiperarum. Sed
& leonis perſonam induimus: & draconis & uulpium:
qm̄ uenenati: crudeles: calidi ſumus: necnon & hirci: uel
porci qm̄ ad libidinem promptiores. Memini quondam
deuteronomium diſſerentem in eo loco ubi ſcriptum eſt
ne faciatis oēm ſimilitudinem oīs aīalis: dixiſſe me qm̄ ſpi
ritalis eſt in alios facere imaginem maſculi: in alios fœmi/
næ. Illum ſimilitudinem habere uolucrum: illum reptiliū
atq; ſerpentium: & alium facere ſimilitudinem dei. Hæc
qūo intelligantur: ſciet qui illa legerit: Anima itaq; Mariæ
primum magnificat dn̄m: & poſtea exultat in deo. Niſi
enim antea crederemus: exultare non poſſemus. Quia re/
ſpexit (inquit) in humilitatem ancillæ ſuæ. In quā humi
litatem Mariæ reſpexit dominus? Quid habebat mater
ſaluatoris humile atq; deiectum: quæ dei filium geſtabat
in utero? Quod ergo dicit reſpexit in humilitatem ancil/
læ ſuæ: tale eſt quaſi dixerit. Reſpexit in iuſtitiam ancillæ
ſuæ: reſpexit in temperantiam: reſpexit in fortitudinē: atq;
ſapientiam. Dignum quippe eſt ut uirtutes reſpiciat. Re/
ſpondeat aliquis & dicat. Intelligo qūo deus iuſtitiam an
cillæ ſuæ: ſapientiāq; reſpiciat: qūo autem intendat humi
litatem: non ſatis liquet. Conſideret qui quærit talia: qm̄
proprie in ſcripturis una de uirtutibus humilitas prædice
tur. Ait quippe ſaluator. Diſcite a me quia māſuetus ſum:
& humilis corde: & inuenietis requiem animabus ueſtris.
Quod ſi uis nomen huius audire uirtutis: qūo etiā a phi/
loſophis appelletur: auſculta eandem eſſe humilitatē quā
reſpiciat deus: quæ ab illis φτυαια. Siue μετριοτησ
dicitur. Sed & nos quodam eam poſſumus appellare cir/
cuitu cum aliquis non eſt inflatus: ſed ipſe ſe deiicit. Qui
enim inflatur: cadit ſm̄ Apoſtolum in iudicium diaboli.
Siquidem & ille ab inflatione cœpit: atq; ſuperbia. Vt nō
(inquit) inflatus: in iudicium incidat diaboli. Reſpexit
ſuper humilitatem ancillæ ſuæ: humilem me (inquit) &
manſuetudinis ſectantem: deiectioniſq; uirtutem reſpexit
deus. Ecce enim amodo beatam me dicūt oēs generatio/
nes. Si ſimpliciter intelligam oēs generationes: ſuper cre/
dentibus illud interpretor. Si aūt altius aliquid fuero ſcru
tatus: animaduertam quanti profectus ſit dicere. Quia fe/
cit mihi magna qui eſt potens: qm̄ omnis qui ſe humiliat
exaltabitur. Reſpexit aūt deus in humilitatem beatæ Ma/
riæ: propterea fecit illi magna qui potens eſt: & ſanctū no
men eius. Et miſericordia eius in generationes generatio/
num. Miſericordia dei non in unam generationem: nec
in duas: neq; in tres: ſed nec in quinq;: uerum in ſempiter/
num extenditur in generationes generationum: timenti/
bus potentiam eius. Fecit uirtutem in brachio ſuo. Licet
infirmus ad dn̄m acceſſeris ſi timueris eum: audire pote/
ris repromiſſionem quam tibi ob timorem ſuum domi/
nus pollicetur. Quæ eſt iſta repromiſſio? Timentibus
(inquit) ſe fecit uirtutem. Virtus ſiue imperium: poteſtas
eſt regia. Et enim. κρατοσ. quod nos imperium poſſu
mus appellare: ab eo dicitur ꝙ imperet: ſiue ſub ſe uniuer/
ſa contineat. Si ergo timueris dn̄m: dat tibi fortitudinem
ſiue imperium: dat regnū: ut factus ſub rege regum poſſi/
deas regnum cœlorū in Chriſto Ieſu: cui eſt gloria & im/
perium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Manebat cum ea menſibus
tribus: uſq; ad eum locum ubi ait. Et loquebatur benedi/
cens dominum. Homelia. IX.

TAm eorum quæ dicta ſunt ꝗ illorum quæ
facta referuntur: debet ratio eſſe ſctō ſpiritu
digna: & Chriſti fide: ad quā credentes uo/
camur. Vnde & nunc cauſa quærenda eſt
quare Maria poſt cōceptum uenerit ad Eli/
ſabeth: & manſerit cum ea menſibus tribus: aut quid cau
ſæ fuerit ut Lucas qui euangelii ſcribebat hiſtoriam: etiam
hoc ſcriberet ꝙ manſerit cum ea menſibus tribus: & po/
ſtea regreſſa ſit in domum ſuam. Vtiq; debet aliqua eſſe ra
tio. Quam (ſi dn̄s aperuerit cor noſtrum) ſequēs ſermo
monſtrabit. Si enim eo ꝙ tantum uenit Maria ad Eliſa/
beth & ſalutauit eam exultauit infans in gaudio: & ſpiri/
tu ſancto plena Elizabeth prophetauit ea quæ in euange/
lio ſcripta ſunt: & in una hora tantos ꝓfectus habuit: no/
ſtræ coniecturæ relinquitur: quid in tribus menſibus Io/
annes profecerit: aſſiſtente Maria Eliſabeth. Valde quippe
indignū eſt in puncto horæ: atq; momēto exultare infan/
tem: & quodāmodo gaudio laſciuiſſe: repletāq; eſſe ſpiri/
tu ſancto Eliſabeth: per tres uero menſes: nec Ioannem:
nec Eliſabeth ex uicinia matris domini: & ipſius ſaluato/
ris præſentia profeciſſe. Exercebatur ergo: & quodāmodo
in athletico ſancta matre per tres menſes urgebatur Ioan/
nes: & præparabatur i matris utero: ut mirabiliter natus:
mirabilius nutriretur. Quod enim extra conſuetudinem
nutritus eſt: non refertur ſcriptum: qūo matris fuerit lacta/
tus uberibus: qūo in ſinu gerulæ cōſtitutus: ſed ſtatim ſe/
quitur. Et erat in deſertis: uſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad
iſrael. Deīde legimus. Eliſabeth aūt cōpletū eſt tp̄s ut pare/
ret: & peperit filiū. Multi putāt ſuꝑflue dici: Eliſabeth autē
cōpletū eſt tp̄s ut pareret: & pepit filiū. Quæ.n. mulier pōt

pariere niſi tempus pariendi ante cõpleuerit? Sed qui ſcripturas diligẽtiſſime contemplatur: & audit populum loquentem: attendat lectioni: obſeruãs tam in ueteri q̃ in nouo teſtamento ſicubi ſcriptũ in ortu peccatoris inueniat: cõpletum eſt tempus ut pareret: nunq̃ omnino reperiet. Sed ubicũq; iuſtus naſcitur ibi cõplentur dies: illic in mundum completur aduentus ſui. Ortus iuſti: plenitudinem habet. Peccatoris natiuitas: ut ita dicamus uacuitatẽ atq; inanitatem. Hæc de eo q̃d ſcriptum eſt: completum eſt tempus ut pareret. Congratulabantur matri eius uicini & cognati: & uolebãt in honorẽ patris: puero nomen ponere ut uocaret Zacharias. Porro Elizabeth: ſancto ſpiritu ſuggerente aiebat. Ioannes eſt nomen eius. Deinde cũ illi cauſas iuſtas quærerent cur Ioannes potiſſimum uocaretur: cum in genere ipſius nullus haberet hoc nomen: interrogant patrem qui non ualens reſpondere: manu & litteris eſt locutus. Scripſit enim in pugillari: Ioannes eſt nomen eius. Statimq; ut ſtilus impreſſus eſt ceræ: lingua quæ prius fuerat uincta/laxata eſt. Recepit eloquium: nõ humanum: quoniam ligata fuit lingua eius. Humana tamen non fuit. Vinxerat enim eam incredulitas. Statim ut ſoluta eſt: humana eſſe deſinit: & loquebatur benedicens deum: & prophetauit ea quæ ſcripta ſunt in euangelio de quibus præbẽte dño Ieſu Chriſto cum tẽpus fuerit diſſeremus: cui eſt gloria & ĩperium in ſæcula ſeculoꝝ Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Plenus ſpiritu ſancto ꝓphetauit: uſq; ad eum locum ubi ait. Antecedit enim corã domino patre uias eius. Homelia decima.

PLenus ſpiritu ſctõ Zacharias: duas ꝓphetias generaliter nunciat. Primã de Chriſto: alterã de Ioanne. Quod manifeſte de uerbis ipſiꝰ approbatur: in quibus quaſi de præſentia & qui uerſaretur in mundo loquitur ſaluatoris: ac deinde de Ioanne. Repletus enim ſpiritu ſancto prophetauit dicẽs. Benedictus dominus deus iſrael: quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Viſitante enĩ deo & uolente redimere populum ſuum: manſit Maria cum Elizabeth: poſtq̃ ei locutus eſt angelus menſibus tribus ut per ineſtabilem quandam uirtutem: non ſolũ Ioãnem ſicut dudũ diximus: ſed etiam Zachariam ut nunc euãgelicus ſermo declarat: præſens ſaluator iſtrueret. Paulatim quippe & hic per tres menſes ſãcti ſpiritus augmẽta capiebat: & cum neſcit erudiebatur: & de Chriſto ꝓphetauit dicẽs. Qui dedit redemptionem populo ſuo: & ſuſcitauit cornu ſalutis nobis in domo Dauid: in qua ſm carnem natus eſt Chriſtus. Et uere quia fuit cornu ſalutis in domo Dauid: prophetia iſta concinitur. Vinea enim facta eſt in cornu. In quo cornu? In Chriſto Ieſu? in illo in quo nunc ſcribitur. Suſcitauit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui: ſicut locutus eſt per os ſanctorum ſuorũ prophetarum. Salutem ex inimicis noſtris. Non putemus nunc de corporalibus inimicis dici: ſed de ſpiritalibus. Venit enim dñs Ieſus: fortis ĩ prælio: deſtruere oẽs inimicos noſtros: ut nos de inſidiis eorum liberaret: de manu inimicorum noſtroꝝ: & de manu eorum qui nos oderunt. Facere miſericordiam cum patribus noſtris. Ego puto: ꝙ in aduentu dñi ſaluatoris & Habraam: & Iſaac: & Iacob fruiti ſint miſericordia dei. Neq; enim credibile eſt ut qui prius uiderunt diem illius: & lætati ſunt: poſtea in aduentu ipſius & natiuitate de uirgine nihil utilitatis acceperint. Et quid de patriarchis loquor? Ad altiora ſcripturarum auctoritatem ſequens audacter aſcendam: quoniam præſentia domini Ieſu & diſpenſatio illius non ſolum terrena: ſed etiam cœleſtia iuuerit. Vnde & Apoſtolus ait. Pacem faciens per ſanguinem crucis ſuæ: ſiue ſuper terram: ſiue in cœlis. Si autem in cœlis & in terra præſentia domini profuit: cur paucas dicere ꝙ aduentus illius etiã maioribus ꝓfuerit: ut impleatur hoc quod dicitur: facere miſericordiam cum patribus noſtris & recordari teſtamenti ſancti ſui: iuramẽti quod iurauit ad Habraam patrem noſtrum: ut daret nobis abſq; timore de manu inimicorum liberari? Crebro de hoſtium manu aliqui liberantur: ſed non abſq; timore. Cum enim metus & diſcrimen ante præceſſerint: & ita de inimicorum manu quis fuerit erutus: liberatur quidem: ſed non ſine timore. Porro aduentus domini Ieſu: de manu inimicorum abſq; timore nos eruit. Nõ enim ſenſimus inimicos noſtros: nec eos uidimus repugnantes: ſed neſcimus quõ repente de faucibus eorum & inſidiis erepti ſumus: in pũcto atq; momento: & tranſtulit nos in hæreditatem partẽq; iuſtorum: & liberati ſumus de manu inimicorum ſine metu: ut ſeruiamus deo in ſanctitate & iuſtitia: coram eo omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis. Apud memetipſum quærens rationem quare non quaſi de Ioanne: ſed ad Ioannem ipſum dicens: & tu puer propheta altiſſimi uocaberis: & reliqua: ſuperfluum enim fuit ad non audiẽtem loqui: & ad paruulum atq; lactentem apoſtropham facere: hanc puto poſſe me reperire: ꝙ quõ mirabiliter Ioannes natus eſt: & angelo prædicante uenit in mundum: & tribus menſibus Maria iuxta Elizabeth cõmorante fuſus eſt in terram: ſic etiam cuncta quæ ſuper eo ſcripta ſunt mirabiliter facta referuntur. Quod ſi dubitas ſtatim de utero matris effuſum poſſe uerba patris audire & ſcire: quid ſit hoc quod ad ſe dicitur & tu puer tropheta altiſſimi uocaberis: conſidera multo fuiſſe mirabilius q̃d præceſſit. Ecce ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in aures meas: exultauit infans in gaudio in utero meo. Si enim adhuc in uentre matris concluſus audit Ieſum: & audiens exiliuit atq; lætatus eſt: quare non credas eum iam genitum: prophetiam patris audire & intelligere potuiſſe: dicentem ad ſe & tu puer propheta excelſi uocaberis: antecedens enĩ coram domino parare uias eius? Ideo reor Zachariam feſtinaſſe ut loqueretur ad paruulum: quia ſciebat eũ poſt paululum ĩ heremo moraturum: nec ſe eius poſſe præſentiam habere. Puer enim erat in deſertis uſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad iſrael. Et Moyſes in deſertis moratus eſt: ſed poſt & expletis iam ætatis ſuæ annis: fugit ex ægypto: & per alios annos pecora cuſtodiuit. Ioannes uero ſtatim ut natus eſt tranſiit ad deſerta: & qui maior fuit inter natos mulierum: maiori nutrimento dignus apparuit. De quo propheta loquitur. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Recte angelus dr̃ q miſſus fuerat coram dño: & ꝓphetantem pſem ſtatim ut natus eſt audire potuit: & intelligere. Quãobrẽ nos qui tantis mirabilibꝰ credimus: credamus pariter reſurrectioni: credamus & repromiſſionibus quæ uenturæ ſunt: regnoq; cœloꝝ q̃d nobis quotidie ſpũs ſctũs pollicet. Quæ oĩa ut ſcripta ſunt mirabiliter plus q̃ ſentire poſſumus: accipiamus in Chriſto Ieſu: cui eſt

cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum . Amen.
¶ De eo qđ ſcriptum eſt. Puer autem creſcebat: & confor
tabatur ſpiritu: uſq; ad eum locũ ubi ait. Hæc eſt deſcriptio
prima quæ facta eſt ſub ꝑſide Syriæ cyrino. Homelia. XI.

B Iphariè in ſcripturis ſctĩs creſcere quid dicat
unũ corporaliter ubi uoluntas humana ni/
hil ꝓdeſt: alterũ ſpiritaliter: ubi cauſa creſcẽ
di in ſtudio cõſiſtit humano . De hoc ergo
qđ ſcđm poſuimus (ideſt ſpiritali) nũc euã/
geliſta narrat. Puer aũt creſcebat: & cõfortabat̃ ſpũ. Quod
dicit: tale eſt. Creſcebat ſpũ: nec in eadẽ permanebat mẽſu/
ra qua cœperat: ſed ſemper creſcebat in eo ſpiritus & ꝑ ſin
gulas horas atq; momẽta ſpiritu ſuccreſcẽte anima quoq;
ſua incremẽta capiebat. Et non ſolum anima: ſed etiam ſẽ
ſus & mẽs augmẽta ſpũs ſequebãtur. Illud ꝗđ ꝓcepit de⁹:
creſcite & multiplicamini. Qui ſimpliciter & iuxta litterã
accipiunt: quomodo exponere potuerit neſcio. Eſto enim
multiplicamini referatur ad numerũ: ut dum plures fiunt
q̃ prius fuerant multiplicatio habeat locum. Hoc uero qđ
ſequitur creſcite: nõ eſt in noſtra poteſtate. Quis enim ho
minum nõ uelit ad ſtaturã ſuam adiicere ut longior fiat?
Si ergo ꝓpterea quid præcipitur ut fiat ſtultum eſt q̃ppe
præcipere: quod is cui præcipias facere non poſſit: & præ
cipitur nobis ut creſcamus: utiq; id præcipitur quod face
re nõ poſſumus. Vis ſcire quõ intelligitur creſcite? Auſcul
ta quid Iſaac fecerit: de quo dicit̃ Iſaac ꝓficiebat: & maior
fiebat donec factus eſt magnus: uel uehementer nimis.
Semper enim uoluntas illius ad meliora ſe tendens: habe/
bat profectus ſuos: & mens diuinius aliquid contempla/
batur: & exercebat ſe memoria ut plura in theſauro ſuo cõ
deret: ut firmius retineret. Atq; in hunc modum euenit ut
qui oẽs uirtutes ſuas in aiæ agro excoluerit: impleret mã/
datum præcipiens creſcite. Quãobrem & Ioannes adhuc
paruulus creſcebat: & multiplicabatur. Difficillimũ aũt
eſt paruulum ſpiritu creſcere: & inter mortales perrarum.
Puer aũt creſcebat: & confortabatur ſpiritu. Aliud eſt cre/
ſcebat: aliud confortabatur. Infirma eſt humana natura:
& ut fieri poſſit fortior diuino auxilio indiget. Legimus:
caro infirma. Quo igitur auxilio confirmanda eſt? Vtiq;
ſpiritu. Sanctus enim ſpiritus ꝓmptus: caro aũt infirma.
Qui uult fortior fieri: non debet niſi in ſpiritu confortari.
Multi confortantur carne: corpore roborantur. Athleta
aũt dei: ſpiritu roborandus eſt. Et cum ſic fuerit conforta/
tus: ſapiẽtiam carnis elidet: & ſpiritalis effectus ſubdet cor
pus animi imperio. Non putemus ergo ſimplicem de Io
anne hiſtoriam eſſe conſcriptã: & quæ nihil ad nos per/
tineat: in eo qđ dicitur creſcebat & confortabatur ſpũ itu:
ſed ad imitationem nr̃am: ut multiplicati ſpiritaliter iuxta
eum quem diximus ſenſum: incremẽta capiamus. Et erat
in deſertis: uſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad iſrael. Dixi nu
per qđ & conceptus Ioannes ſtupendum quid habuerit
qm̃ exultauit infans in utero: & ſuum necdum genitus do
minum recognouit: & natiuitas non impar miraculum:
qm̃ ad eum uel ut audientem Zachariæ prophetantis ſer/
mo conuertitur / dicens. Et tu puer: propheta altiſſimi uo/
caberis. Digne igitur qui ſic conceptus fuerat / & natus:
non expectauit: ut a patre nutriretur uſq; ad diem oſten/
ſionis ſuæ ad iſrael: ſed receſſit: fugiens tumultum urbiũ
populi frequentiam: uicinia ciuitatum: & abiit in deſerta
ubi purior aer erat & cœlum apertius: & familiarior deus:
ut quia necdũ ſacrm̃ baptiſmi / nec prædicatiõis tp̃s adue
nerat uacaret orationibus: & cum angelis conuerſaretur:
appellaret dñm: & illum audiret rñdentem atq; dicentem
ecce adſum. Sicut enim Moyſes loquebatur & deus rñde
bat ei: ſic puto q Ioannes locutus fuerit in deſerto: & do
minus rñderit ei. Hoc arbitror: certa de ſcripturis ratione
cõmotus. Si enim maior in natis mulierum Ioanne bapti
ſta fuit nemo. Moyſi aũt rñdit deus conſequenter rñdit &
Ioanni qui maior Moyſe fuit: qui eſt nutritus ĩ heremo:
cuius natiuitatem idem archangelus qui & dñi nunciauit
cuius pater qui eum naſci nõ credebat obmutuit. Erat igi
tur in deſerto Ioãnes: & nutriebatur nouo & extra huma/
nam naturam modo: idipſum Matthæo memorante. Ci
bus aũt eius erant locuſtæ: & mel ſilueſtre. Quia enim mi
ra iſter fuit primi ſaluatoris aduentus: & tantũmodo de di
ſpenſatione carnis dñicæ loquebatur: ac prophetia illius:
eum qui natus fuerat ex uirgine præcinebat: non habuit
domeſticum mel: & humana diligentia percolatum: ſed
ſilueſtre mel: & uolucre non grande non in ſublime ſe ele
uans uerum uolucre paruum / & uix a terra conſurgens:
& ſaliens potius q̃ uolans. Quid plura? Manifeſtiſſime di
citur q locuſtæ fuerint cibus eius: paruulum aial & mun
dum. Conſiderate ergo fratres chariſſimi: q qui noue na/
tus fuerat noue nutritus eſt. Poſt quæ: ſcriptura ſubiicit.
Factum eſt aũt ĩ diebus illis Exiuit edictum a Cæſare Au
guſto: ut deſcriberetur oĩs orbis. Hæc fuit deſcriptio pri/
ma a præſide ſyriæ cyrino. Dicat aliquis. O euãgelica nar
ratio: qm̃ prima deſcriptio uniuerſi orbis ſub Cæſare Au/
guſto fuerit: & inter oẽs etiam Ioſeph cum Maria deſpon
ſata ſibi atq; prægnante nomen retulerit in cenſum: ac
priuſq̃ deſcriptio compleretur ortus fuerit Ieſus: diligen/
tius intuenti ſacrm̃ quoddam uidetur ſignificare: q in to
tius orbis profeſſione deſcribi oportuerit & Chriſtum: ut
cum omnibus ſcriptus ſanctificaret oẽs: & cum orbe rela/
tus in cenſum: cõmunionẽ ſui præberet orbi: ut poſt hãc
deſcriptionem / deſcriberet quoq; ex orbe ſecum in libro
uiuentium: ut quicũq; credidiſſent in eo: poſtea cum ſan/
ctis illius ſcriberentur in cœlis: cui eſt gloria / & imperium
in ſæcula ſæculorum Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt angelum ueniſſe de cœlo: &
ortum domini nunciaſſe paſtoribus. Homelia. XII.

N Atus eſt dñs meus Ieſus: & angelus
deſcendit de cœlo annuncians nati/
uitatem eius. Videamus itaq; quem
quæſierit: ut eius nunciaret aduentũ.
Non uenit hieroſolymam: nõ quæ/
ſiuit ſcribas: & phariſæos: non ſyna/
gogam ingreſſus eſt iudæorum: ſed
paſtores reppenit ſuper greges ſuos uigilias excubantes
eiſq; loquitur: natus eſt hodie ſaluator qui eſt Chriſtus do
minus. Putasne nihil aliud diuinius ſcripturarum ſermo
ſignificat: ſed tantum hoc q ad paſtores uenerit angelus:
& eis locutus ſit? Audite paſtores eccleſiarum: paſtores
dei q ſemper angelus eius deſcendat e cœlo / & annun/
ciet uobis: qm̃ natus eſt uobis hodie ſaluator: q ẽ xp̃s dñs
Et enim paſtores eccleſiaꝝ niſi ille paſtor uenerit ꝑ ſe be/
ne gregem ſeruare non poterunt: infirma eſt eoꝝ cuſto/
dia niſi Chriſtus cũ eis pauerit atq; ſeruauerit. Dudum in

apoſtolo lectum eſt: dei cooperatores ſumus. Paſtor bonus: qui imitatur paſtorem bonum: cooperator eſt dei & chriſti. Et propterea paſtor bonus eſt: qui habet ſecum paſtorem optimum compaſcentem ſibi. Poſuit enim deus in eccleſia apoſtolos: prophetas: euangeliſtas: paſtores: doctores: omnia in profectione ſanctorum. Et hæc quidem ſunt dicta ſimplicius. Cæterum ſi ad ſacratiorem oportet aſcendere intelligentiam dicam quoſdam fuiſſe paſtores angelos qui res humanas regerent. Et cum horum unuſquiſq; ſuam cuſtodiam cõſeruaret: & diebus ac noctibus uigilans iam laborem ferre non poſſet: & hoc ageret induſtriæ: ut gẽtes quæ ſibi creditæ fuerant gubernaret: ueniſſe angelum nato domino: & ãnunciaſſe paſtoribus ꝙ uerus eẽt paſtor exortus. Verbi gratia. Vt ad exemplum ueniam: erat quidam paſtor macedoniæ: hic neceſſarium habebat auxilium dñi. Propterea apparuit in ſomnis uir macedo Paulo: dicẽs. Trãſiens in macedoniam: adiuua nos. Quid de Paulo loq̃r: cũ hæc nõ Paulo ſed q i paulo erat: locut[9] ſit Ieſu. Indigẽt itaq; paſtores pñtia xp̃i. Quãobrẽ ãgelus deſcẽdit de coelo: & ait. Nolite timere. Ecce eni annũcio uobis gaudium magnum. Vere gaudium magnũ: his quibus hominum fuerat: & prouinciarum cura pmiſſa. Chriſtum ueniſſe in mundum. Multum utilitatis accepit angelus qui diſpenſabat ægyptias res: poſtq̃ dominus deſcẽdit de coelo: ut ægyptii chriſtiani fierent. Profuit & cunctis: qui diuerſas prouincias optinebant. Verbi cauſa. Præſidi macedoniæ: præſidi achaiæ: reliquarumq; regionũ. Neq; enim fas eſt credere malos angelos ſuis præeſſe prouinciis: & bonos non eaſdẽ ꝓuincias habere permiſſas. Hoc autem qđ de ſingulis prouinciis dicit: puto etiã de uniuerſis hoibus generaliter debere credere. Vnicuiq; duo aſſiſtũt angeli: alter iuſtitiæ: alter iniquitatis. Si bonæ cogitationes in corde noſtro fuerint: & in animo iuſtitia pullularit: haud dubiũ quin nobis ꝲloquatur ãgelus dñi. Si uero mala fuerint in noſtro corde uerſata: loquitur nobis angelus diaboli. Quomodo igitur per ſingulos homines bini ſunt angeli: ſic opinor & in ſingulis diſpares eſſe prouinciis. Vt ſint & boni: ſint & mali. Verbi gratia. In epheſo ꝓpter eos qui i illa urbe peccatores erãt: peſſimi angeli præſidebant. Rurſus quia multi erãt credẽtes in ea: erat & ãgelus eccleſiæ epheſiorum/ utiq; bonus. Hoc aũt qđ de epheſo diximus: ſup omnibus prouinciis cognoſcendum. Ante aduẽtum dñi ſaluatoris: iſti angeli parum poterãt creditis ſibi utilitatis afferre: & conatus eorum ſequi nõ ualebat affectus. Quoddam eſt ſignum: q̃parum ꝓdeſſe poterant ſubiectis. Auſculta qđ dicimus. Quando angelus ægyptiorum ægyptios adiuuabat: uix unus proſelitus credebat in deum. Et hoc fiebat: ægyptios angelo diſpenſante. Deniq; quia plæriq; de ægyptiis & idumeis proſeliti accipiebant fidem chriſti. Propterea ſcriptura dicit. Non abhominaberis ægyptium: quoniã aduenæ eratis in terra ægypti: & idumeum: quia frater tuus eſt. Filii ſi nati fuerint eis: in generatione tertia intrabunt eccleſiam dei. Atq; ita fiebat: ut de omnibus gentibus nõnulli proſeliti fierent: & hoc ipſum angelis q gentes habebant ſubditas adnitentibus. Nunc autem populi credentium accedunt ad fidem Ieſu: & angeli quibus creditæ fuerint eccleſiæ roborati præſentia ſaluatoris multos adducunt proſelitos: ut congregentur in omni orbe conuenticula chriſtianorum. Quapropter conſurgentes laudemus dominum: & fiamus pro carnali iſrael: ſpiritalis iſrael. Benedicamus omnipotenti deo opere/ cogitatiõe: ſermone in xp̃o Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Et facta eſt multitudo exercitus coeleſtis: uſq; ad eum locum ubi ait. Inuenerũt Mariã & Ieſum poſitum in præſepe. Homelia. XIIII.

DOminus nř/ atq; ſaluator naſcit̃ i bethleem & multitudo coeleſtis exercitus laudat deũ & dicit. Gloria in excelſis deo: & ſuper terram pax hoibus bonæ uoluntatis. Hæc aũt loquitur multitudo coeleſtis exercitus: quia iam defecerat præbere hoibus auxiliũ. Et uidebat ſe opus qđ ſibi creditum fuerat implere nõ poſſe abſq; eo qui uere ſaluare poterat: & præſules quoq; ipſos iuuaret: ut hoies ſaluarentur. Quomodo igitur ſcriptum eſt in euãgelio ꝙ quidam remis ſulcantes mare aduerſus cõtrarios uentos iam feſſi erant: & uiginti quinq; ſiue triginta ſtadiis laborantes: portum tenere non poterant: & poſtea dominus ſuperuenit & quieſcere fecit fluctus timẽtes: nauẽq; cuius hincinde latera tundabantur ab iminenti diſcrimine liberauit: ſic intellige q̃m & angeli uolebant qdẽ hoibus præbere auxiliũ: & eis ab ægrotatiõibus ſuis tribuere ſanitatẽ quia oẽs ſunt apparitores ſpũs in miniſteriũ miſſi ꝑp eos qui conſecuti ſunt ſalutem: qui quantum in ſuis uiribus erat adiuuabant hoies. Videbant autẽ multo inferiorẽ ſuã eſſe medicinam: q̃ illoꝝ cura poſcebat. Porro ut de exemplo poſſis itelligere qđ dicimus: uide mihi urbem in qua ægrotent plurimi: & medicoꝝ frequẽs adhibeat̃ manus: ſint diuerſa uulnera: quottidie in emortuam carnem ſerpens putredo penetret: & tñ medici qui adhibiti ſunt ad curandum nequeant alia ultra inuenire medicamina: & artis ſuæ ſcia/ magnitudinem mali uincere: cum hæc in talibus nacti ſunt: eueniat aliquis archiater qui habeat ſummã in arte notitiam: & illi q prius ſanare nequiuerant cernentes magiſtri manu putredines ceſſare uulnerum: non inuideant: non liuore crucient̃: ſed in laudes erumpant archiatri: & præ dicent deum qui & ſibi & ægrotantibus tantæ ſciæ hoiem miſerit. In hanc ergo ſimilitudinem: & multitudo exercitus angeloꝝ audita eſt dicens. Gloria in excelſis deo: & ſuper terram pax in hoibus bonæ uoluntatis. Poſtq̃ enim dñs uenit ad terram: pacem fecit per ſanguinẽ crucis ſuæ: ſiue eoꝝ quæ in terra erant: ſiue eoꝝ quæ in coelis. Si qdem uolentes angeli: ut recordarent̃ hoies creatoris ſui: cum feciſſent oia quæ in ſuis uiribus erant: ut ſanarentur: & noluiſſent illi recipere ſanitatem: cernũt eum qui ſanare potuit: & glorificantes dicunt. Gloria in excelſis deo: & ſup terram pax. Diligens ſcripturæ lector inquirat q̃uo ſaluator loqtur: non ueni pacẽ mittere ſup terrã/ ſed gladiũ: & nunc angeli in eius natiuitate decantant ſup terrã pax. Siqdẽ & in alio loco: ex pſona ipſius dř. Pacem meam do uobis: pacẽ relinquo uobis. Non ſicut mũdus iſte dat pacem: ego do pacẽ. Videat ergo qđ inferimus: an poſſit ſoluere quæſtionẽ. Si ſcriptũ eſſet ſup terrã pax: & hucuſq; eẽt finita ſnia: recte qõ naſceret̃. Nũc uero i eo qđ additũ eſt: hoc eſt qđ poſt pacẽ dř i hoib[9] bonæ uolũtatis: ſoluit qõnẽ. Pax eni quã ñ dat dñs ſup terrã: nõ ẽ pax bonæ uolũtatis. Neq; eni ait ſimpľr nõ ueni pacẽ mittere: ſed cũ additamẽto ſup terrã. Neq; ecõtrario dixit: nõ ueni pacem mittere

tem mittere ſup terram hoib' bonæ uolūtatis. Hec locuti
ſunt angeli ad paſtores. Qui non ſolum eo tēpore loque
bātur: ſed uſq; hodie niſi locuti fuerint ad paſtores & iua
ris opera copularint: dicitur ad eos. Niſi dñs ædificauerit
domū in uanū laborauerūt qui ædificāt eam. Niſi dñs cu
ſtodierit ciuitatem: in uanū laborabit q cuſtodit eā. Si au/
dacter expedit loq ſcripturaꝝ ſenſum ſequēti: p ſingulas
eccleſias bini ſunt epi. Alius uiſibilis: alius inuiſibilis. Ille ui
ſui carnis: hic ſenſui patēs. Et q̄uo hō ſi cōmiſſam ſibi diſ/
pēſationē bene egerit: laudatur a dño: ſi male: culpæ & ui
tio ſubiacet: ſic & angelus. Sriptū eſt eni in apocalypſi Ioā
nis. Sed hēs ibi noia pauca q̄ polluerūt illud uel illud: &
rurſuſus habes ibi qui doctrinam nicolaitarum doceāt: ac
deinde: habes illa/uel illa: peccata facientes: & accuſātur an
geli: quibus creditæ ſunt eccleſiæ. Si autē āgelis ſolicitudo
eſt q̄uo eccleſiæ gubernētur: quid neceſſe eſt de hominibus
dicere quātum metum habeāt/ut poſſint cum āgelis labo
rantibus laborātes ſalutem conſequi. Ego puto inueniri
ſimul poſſe & āgelum & hominem bonos eccleſiæ epi/
ſcopos & quodāmodo unius opis eē participes. Quod
cum ita ſit petamus omnipotētē deum: ut angeli & homi
nes eccleſiarum epiſcopi adiumēto ſint nobis: & ſciamus
quoniam utriq; pro nobis a domino iudicentur. Quod
ſi illi fuerint iudicati: & uitium/atq; peccatum non in eo/
rum incuria: ſed in noſtra negligentia fuerit inuentū: nos
arguemur/atq; plectemur. Illis enim uniuerſa facientibus
& pro noſtra ſalute nitentibus: nos nihilominus a pecca/
tis uacabimus. Porro frequenter euenit: ut nobis laboran
tibus illi ſuum officium non expleant: & in culpis ſint. Et
factum eſt (inquit) cum abiiſſent ab eis angeli in cœlos:
paſtores dixerunt adinuicem. Tranſeamus uſq; bethleem:
& uideamus hoc uerbum quod factum eſt quod domi/
nus oſtendit nobis. Venerunt feſtinantes: & inuenerunt
Mariam & Ioſeph & puerum. Quia feſtinantes uenerāt/
& non pedetentim neq; feſſo gradu. Ideo inuenerunt Io
ſeph diſpenſatorem ortus dominici: & Mariam quæ Ie/
ſum fudit in partum: & ipſum ſaluatorem iacentē in præ
ſepio. Illud erat: de quo propheta uaticinatus eſt dicens.
Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: & aſinus præſepe do/
mini ſui. Bos animal mundum eſt: aſinus animal imun/
dum. Cognouit aſinus præſepe domini ſui. Non popu/
lus iſrael cognouit præſepe domini ſui: ſed imūdum ani
mal ex gentibus. Iſrael uero me nō cognouit: & populus
meus me non intellexit. Intelligētes hoc præſepe nitamur
cognoſcere dominum/& digni fieri ſcientia eius aſſume
re quoq; natiuitatem & reſurrectionem carnis eius: ſed &
inclitum ac ſm maieſtatis eius aduentum: cui eſt gloria/&
imperium in ſæcula ſæculorum Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Cum autem impleti eſſent
dies circūciſionis eius: uſq; ad eum locum ubi ait: par tur
turum & duos pullos columbarum. Homelia. XIIII.

QVod mortuus eſt Chriſtus pro peccato mor/
tuus eſt. Non quia ipſe peccauerit: neq; enim
peccatum fecit/nec inuentus eſt dolus in ore
eius: ſed mortuus eſt: ut nos qui mortui ſu/
mus/illo moriente peccatis nequaq̄ peccato & uitiis uiue
remus. Vnde ſcribitur. Sicut igitur cōmortui ſumus tunc
illo moriente: & conſurreximus reſurgenti: ſic cum eo cir
cūciſi ſumus: & poſt circūciſionē ſolēni purgatione mun
dati. Vnde non iam indigemus circūciſione carnali. Et ut
ſcias ꝓpter nos fuiſſe illum circūciſum: audi Paulum ma/
niſeſtiſſ me prædicātem. In quo habitat (inquit) omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter: & eſtis i illo repleti qui
eſt caput omnis principatus/& poteſtatis: in quo & circū
ciſi eſtis circūciſione ſine manibus/in expoliatione corpo
ris carnis: in circūciſione Chriſti: conſepulti ei in baptiſ/
mate: in quo & conſurreximus per fidem operationis dei
qui ſuſcitauit eum a mortuis. Et mors igiť/ & reſurrectio:
& circūciſio eius: pro nobis factæ ſunt. Cum impleti in/
quit eſſent dies circūcidendi puerum: uocatum fuerat no
men eius Ieſum: quod uocatum eſt ab angelo anteq̄ con/
ciperetur. Vocabulum Ieſu glorioſum omni adoratu/cul
tuq; appellari: neq; ab eis efferri in mundum: ſed ab excel/
lentiori quadam/maioriq; natura. Vnde ſignanter euan/
geliſta addidit dicens. Et uocatum eſt nomen eius Ieſus:
quod uocatum fuerat ab angelo anteq̄ in utero conciper/
retur. Dehinc ſequitur. Cum iam impleti eſſent dies pur/
gationis eorum ſm legem Moyſi: duxerunt eum Hiero/
ſolymam. Propter purgationem (inquit) eorum. Quo/
rum eorum? Si ſcriptum eſſet propter purgationē eius:
id eſt Mariæ quæ pepererat: nihil quæſtionis oriretur: &
audacter diceremus Mariam quæ homo erat: purgatione
indiguiſſe poſt partum. Nunc uero in eo qđ ait dies pur/
gationis eorum non uidetur unum ſignificare: ſed alterū
ſiue plures. Ergo Ieſus purgatione indiguit: & imundus
fuit: aut aliqua ſorde pollutus. Temerarie forſitan uideor
dicere: ſed ſcripturarum auctoritate cōmotus. Vide quid
in Iob ſcriptum eſt. Nemo mundus a ſorde: nec ſi unius
quidem diei fuerit uita eius. Non dixit nemo mundus a
peccato: ſed nemo mundus a ſorde. Neq; enim idipſum
ſignificant: ſordes atq; peccata. Et ut ſcias aliud ſordem
aliud ſonare peccatum. Eſaias manifeſte docet dicens. La/
uabit dominus ſordem filiorum & filiarum ſyon: & ſan/
guinem mundabit de medio eorum. Spiritu iudicii ſor/
dem: & ſpiritu combuſtionis ſanguinem. Omnis anima
quæ humano corpore fuerit induta: habet ſordes ſuas.
Vt autem ſcias Ieſum quoq; ſordidatum ſentiendum ſm
ignominiam crucis: non ſm ipſam quam aſſumpſit ſan/
ctam carnem: de qua Apoſtolus ait in ſimilitudine carnis
peccati fuiſſe propria uoluntate: quia pro ſalute noſtra hu/
manum corpus aſſumpſerat: Zachariam prophetam au/
ſculta dicentē. Ieſus erat indutus ueſtibus ſordidis. Quod
quidem & aduerſus eos facit/qui negant dñm nſm hu/
manum habuiſſe corpus: ſed cœleſtibus & ſpiritalibus
fuiſſe contextum. Si enim de cœleſtibus: & ut illi falſo aſſe
runt ſideribus & alia quadam ſublimiori ſpiritaliq; na/
tura corpus eius fuerit: rideāt quare potuerit ſpiritale cor
pus eſſe ſordidum: aut quomodo hoc interpretentur qđ
poſuimus Ieſus erat indutus ueſtibus ſordidis? Si autem
fuerint neceſſitate compulſi: ut ſuſcipiant ſpiritale corpus:
ſordidum intelligi ueſtimentum: debent conſequenter di
cere: qm̄ illud qđ in repromiſſionibus ponitur cōpletum
ſit: id eſt ſeminatur corpus animale/ſurgit corpus ſpiritale:
& quod polluti & ſordidi reſurgamus quod etiam cogi/
tare piaculum eſt: maxime eum qui ſcit ſcriptum eſſe: ſe/
minatur in corruptione: ſurgit in incorruptione: ſemina/
tur in ignobilitate: ſurgit in gloria: ſeminatur in infirmita
te: ſurgit in fortitudine: ſeminatur corpus animale: ſurg

git corpus ſpiritale Oportet ergo:ut pro domino & ſalua
tore noſtro qui ſordidis ueſtimẽtis fuerat indutus / & ter
renũ corpus aſſumpſerat:ea offerẽtur quæ purgare ſordes
ex lege cõſueuerãt. Quod frequenter iter frẽs quæritur:lo
ci occaſione cõmota retracto. Paruuli baptizabantur in re
miſſionẽ pctõꝝ. Quoꝝ peccatoꝝ/uel quo tempore pec/
cauerunt:aut quomodo poteſt ulla lauacri in paruulis ra/
tio ſubſiſtere:niſi iuxta illũ ſenſum de quo pauloante di/
ximus:nullus mũdus a ſorde:nec ſi unius diei qdem fue/
rit uita eius ſup terram. Et quia per baptiſmi ſacramentum
natiuitatis ſordes deponunẽ propterea baptizãtur & par/
uuli. Niſi eñi qs renatus fuerit ex aqua & ſpiritu:nõ pote
rit itrare i regnũ cœloꝝ. Cum (inqt) expleti eẽnt dies pur/
gationis eorũ. Explentur dies/& iuſtitiæ. Neq; eñi ſtatim
ut nata fuerit anima purgatur:nec poteſt perfectam in ip
ſo ortu cõſequi puritatẽ ſed ſicut ſcrptũ eſt i lege: ſi maſcu
lum peperit ſeptẽ diebus ſedebit mater in ſanguine imun
do: ac deinde triginta tribus in ſanguine puro:& ad extre
mum / & ipſe infans ſedebit in ſanguine puriſſimo: ſic
quia lex ſpritalis eſt: & umbram habet futurorum bono/
rũ:poſſumus intelligere purgationem ueram nobis eueni
re poſt tp̃s. Ego puto: ꝙ & poſt reſurrectionẽ ex mortuis
idigeamus ſacro eluẽte nos:atq; purgãte. Nemo eñi abſq;
ſordibꝰ reſurgere poterit:nec ullam poſſe animã reperiri
quæ uniuerſis ſtatim uitiis careat. Vnde in regeneratiõe ba
ptiſmi aſſumitur ſacramentũ ut quomodo Ieſus ſm diſ/
penſationẽ carnis oblatiõe purgatus eſt:ita etiam nos ſpi/
rituali regeneratione purgemur. Duxerunt illum ſm legem
Moyſi in hieroſolymam:offerre ante conſpectum domi/
ni. Vbi ſunt qui deum legis negant:qui aiunt non iſtum:
ſed alium a Chriſto fuiſſe in euangelio prædicatum. Miſit
deus filium ſuum factum ex muliere:factum ſub lege. Er/
go putandum eſt:ut filium ſuum bonus deus ſub lege ſe
cerit creatoris:& ſub inimici iure quod ipſe dederat. Quin
potius ideo ſub lege factus eſt ut redimeret eos qui ſub le/
ge erant:& aliæ legi ſubiiceret:de qua dudum lectum eſt.
Attendite popule meus legem meam:& reliqua. Adduxe
runt ergo eum / & ſtatuerunt ante conſpectum domini.
Cuius ſcripturæ præcepta complentes? Nempe illius. Si
cut ſcriptum eſt (inquit) in lege Moyſi: qa omne maſcu
linum quod aperit uuluam ſanctum domino uocabitur:
& ter per annum apparebit omne maſculinum in conſpe
ctu domini dei. Maſculina quæ ex eo ꝙ uuluam matris
aperuerunt ſancta erant:offerebantur ante altare domini.
Omne (inquit) maſculinum quod aperit uuluam. Sa/
cratum quippiam ſonat. Quẽcũq; enim de utero effuſum
marem dixeris:non ſic aperit uuluam matris ſuæ: ut do/
minus Ieſus:quia omnium mulierum non partus infan/
tis:ſed uiri coitus uuluam reſerat. Matris uero domini eo
tempore uulua reſerata eſt:quo & partus editus:quia ſan/
ctum uterum & omni dignatione uenerationis ueneran/
dum ante natiuitatem Chriſti maſculus omnino non te/
tigit. Audeo quid loqui? quia & in eo quod ſcriptũ eſt:
ſpiritus dei ueniet ſuper te & uirtus altiſſimi obumbrabit
te:principium ſeminis & conceptus fuerit: & ſine uuluæ
reſeratione nouus in utero fœtus adoleuerit. Vnde & ſal/
uator loquitur. Ego ſum uermis & non homo: obpro/
brium hominum / & abiectio plæbis. Videbat in matris
utero immunditiam corporum:uiſceribus eius hincinde
uallatus:terrenæ fecis patiebatur anguſtias. Vnde aſſimi/
lat ſe uermi/& dicit. Ego ſum uermis: & non homo. Ex
mare quippe ac fœmina homo naſci ſolet. Ego uero non
ex maſculo / & fœmina ſm ritum humanum / atq; natu/
ram: ſed in exemplum uermis natus ſum: cuius non eſt
aliunde ſemen ſed in ipſis / & ex ipſis in quibus coaleſcit
corporibus origo eſt. Propter quod quia omne maſculi/
num quod aperit uuluam ſanctum domino uocabitur:
ductus eſt in hieroſolymam:ut appareret ante conſpectũ
dei:& propter illud quod ſequitur:ut daretur munus pro
eo qđ in lege domini ſcriptum eſt par turturum:aut duos
pullos columbarum. Turturum par: & duos pullos co/
lumbarum: pro ſaluatore uidemus oblatos. Ego &
aues iſtas beatas puto: quæ pro ortu domini oblatæ
ſunt. Et quomodo aſinam Balaam miror / & fœlicitate
accumulo:quia digna fuerit non ſolum uidere angelum
dei:ſed etiam ore reſerato in humanum ſermonem erum/
pere:ſic multo amplius has uolucres prædico: eaſq; ſu/
ſtollo:ꝙ pro domino noſtro & ſaluatore oblatæ ſunt. Vt
offerrent pro eo par turturum/aut duos pullos columba
rum. Nouum quid forſitan uidear inferre:ſed pro maie/
ſtate rei parum dignum. Sicut noua fuit generatio ſalua/
toris non ex uiro & muliere:ſed ex ſola tantum uirgine:ſic
& par turturum & duo pulli columbarum non fuerunt
tales quales oculis carnis aſpicimus: ſed qualis ſpiritus
ſanctus eſt qui in ſpecie columbæ deſcendit: & uenit ſu/
per ſaluatorem quãdo in iordane baptizatus eſt. Tale fuit
& par turturum. Non erant illæ uolucres: ut iſtæ quæ per
aerem uolitant:ſed diuinum quiddam & humana contẽ/
platione auguſtius:ſub ſpecie columbæ & turturis appa/
rebat: ut non talibus uictimis qualibus omnes homines
ille qui pro toto mundo naſcebatur:& pati habebat corã
domino mundaretur: ſed ut diſpenſatio eius noua om/
nia ita nouas quoq; haberet hoſtias ſm uoluntatem om/
nipotentis dei in chriſto Ieſu: cui eſt gloria & imperium
in ſæcula ſeculorum. Amen.

℄ De Symeone:ꝙ in ſpiritu ad templum uenerit uſq; ad
eum locum ubi ait. Nunc dimittis ſeruum tuum domi/
ne in pace.

Homelia. XVI.

Digna dei munere quærenda eſt rõ. Symeon
uir ſanctus & domino placens ſicut in euã
gelio ſcriptum eſt expectans conſolationẽ
Iſrael: reſponſum acceperat a ſpiritu ſancto
non ſe prius mortem obiturum / q̃ uidere
Chriſtum domini. Quid ei profuit: ut uideret Chriſtum.
Vtrum hoc tantum in promiſſione habuit:ut uideret illũ/
nihilq; ex uiſu eius conſequeretur utilitatis: an latet aliqđ
donum dignum deo quod beatus Simeon & meruit / &
accepit? Fimbriam ueſtimenti Ieſu mulier tetigit:& ſana/
ta eſt. Si illa ad extremam partem ueſtimenti tantum emo
lumenti habuit: quid putandum eſt de Symeone qui in
ſuas ulnas accepit infantem:& brachiis tenens lætabatur/
atq; gaudebat uidẽs paruulum a ſe geſtari qui ad uinctos
uenerat reſoluendos: ſeq; ipſum nodis corporis liberan/
dum ſciens neminem poſſe de clauſtro corporis quẽpiã
emittere cum ſpe futuræ uitæ/niſi eum quem in brachiis
continebat. Vnde ad eum loquitur. Nunc dimittis domi
ne ſeruum tuum in pace. Quãdiu enim chriſtum non te/
nebam:quãdiu illum meis brachiis nõ arctabam / clauſus

eram: & de uinculis exire non poteram. Hoc autem non ſolum de Symeone: ſed de omni humão genere ſciendũ eſt. Siquis egreditur e mundo: ſi quis e carcere uinctorum domo dimittitur: ut ad regnandum uadat: ſumat Ieſum in manibus ſuis/ & circũdet eum brachiis ſuis: totum habeat in ſinu: & tunc exultans ire poterit quo deſiderat. Cõſiderate quanta diſpenſatio præceſſerit: ut filium dei Symeon mereretur tenere. Primũ reſponſum a ſancto ſpiritu acceperat: non eum uidere mortem niſi prius uidiſſet Chriſtum domini. Deinde nõ fortuitu/ ac ſimpliciter ingreſſus eſt templum: ſed uenit in templum in ſpiritu dei. Quotquot enim ſpiritu dei aguntur: hi filii ſunt dei. Spiritus igitur ſanctus: eum duxit in templum. Tu quoq; ſi uis tenere Ieſum/ & amplexare manibus & dignus fieri exire de carcere: omni labore nitere: ut ducem habeas ſpiritum: ueniaſq; ad templum dei. Ecce nunc ſtas in templo domini Ieſu: hoc eſt in eccleſia eius: hoc eſt templum de uiuis lapidibus extructum. Stas autem in templo domini quando uita tua: & conuerſatio eccleſiæ fuerit appellatione digniſſima. Si ueneris ſpiritu ad templum: inuenies paruulum Ieſum. Leuabis illum brachiis tuis: & dices. Nunc dimittis ſeruum tuum domine in pace: ſm uerbum tuũ. Simulq; aduerte ꝙ ſolutioni & dimiſſioni pax addita ſit. Non enim ait dimitti uolo: ſed cum additamento in pace dimitti. Nam & beato Habraæ: hoc idẽ ꝓmiſſum eſt: Tu autem uades ad patres tuos in pace/ nutritus in ſenecta bona. Quis eſt qui moriatur in pace: niſi qui habet pacem dei quæ omnem ſenſum ſuperat cuſtoditq; cor poſſeſſoris ſui. Quis eſt qui de ſæculo iſto recedit in pace: niſi is qui intelligit ꝙ deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi: nihilq; inimicũ habet aduerſarium dei: ſed omnem pacem atq; concordiam bonis in ſe operibus aſſumpſit: & ſic in pace dimittitur pergere ad ſanctos patres ad quos & ſanctus Habraam ꝓfectus eſt. Quid de patribus loquar? Ad ipſum quoq; qui patriarcharum princeps & dominus eſt ire Ieſum: de quo dicitur melius eſt reſolui & eſſe cum Chriſto. Ille habet Ieſum: qui audet loqui. Viuo iam non ego: uiuit uero in me Chriſtus. Vt igitur & nos ſtantes in templo & tenentes dei filium/ amplexanteſq; eum digni remiſſione/ & profectione ad meliora ſimus: oremus omnipotẽtem deum: oremus & ipſum paruulum Ieſum quem alloqui & tenere deſideramus in brachiis: cui eſt gloria & imperium i ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Erant pater eius & mater mirantes ſuper his quæ dicebãtur de eo uſq; ad eum locum ubi ait. Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael. Hom.lia XVI.

ET erant (inquit) pater illius & mater admirantes ſuper his quæ dicebantur de eo. Cõgregemus in unum ea quæ in ortu Ieſu dicta ſcriptaq; ſunt de eo: & tunc ſcire poterimus ſingula quæq; digna eſſe miraculo. Quaobrem mirabatur & pater ſic enim appellatus eſt Ioſeph: quia nutritus fuit: mirabatur & mater ſuper omnibus quæ dicebantur de eo. Quænam ergo ſunt quæ de paruulo Ieſu fama diſperſerat. Paſtores erant in regione illa: uigilãtes & obſeruantes cuſtodias noctis ſupra gregẽ ſuum. Venit angelus ſub ipſa hora natiuitatis Ieſu: & ait ad eos. Annuncio uobis gaudium magnum. Ite: & inuenietis infantem inuolutum pannis/ & poſitum in præſepio. Necdum ãgelus uerba finierat: & ecce multitudo cœleſtis exercitus laudare cœpit & benedicere deum. Cũ hoc paſtores trepidi perſpexiſſent: & angelus receſſiſſet ab eis: dixerunt ad inuicem. Eamus bethleem: & uideamus factũ quod dominus oſtendit nobis. Venerunt: & inuenerunt paruulum. Tam illiq̃ parentes uidentes quæ facta fuerãt: admirabãtur ſuper hoc. Et de Symeone ſcribitur ꝙ rumorem auxerit miraculi: uel magna pars fuerit: tenuitq; puerũ in brachiis ſuis: & ait. Nunc dimittis domine ſeruum tuũ in pace ſm uerbum tuum: quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Faſtigium: & (ut ita dicam) culmen ſuper his quæ iactabantur de Ieſu: & pater & mater illius mirebantur: ſermo Symeonis fuit. Non enim ſufficit ei tenere paruulum & ea quæ de ſemetipſo ſcripta ſunt proloqui: ſed benedixit patri illius & matri: & de ipſo quoq; prophetauit infante dicens. Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in iſrael: & in ſignum cui contradicetur. Tuam quoq; ipſius animam pertranſibit gladius: ut reuelentur de multis cordibus cogitationes. Quid ſibi uult quod ait: ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in iſrael? Huic quid ſimile in euangelio ſm Ioannem reppeti ſcriptum. In iudicium ego in mundum iſtum ueni: ut qui non uident uideant: & qui uidẽt cæci fiant. Quomodo ergo in iudicium uenit: ut non uidentes de nationibus uiderent & qui prius uidebant de iſrael cæci fierent: ſic uenit in ruinam: & reſurrectionem multorum. In aduẽtu enim domini ſaluatoris qui prius ſteterant corruerunt: & q ceciderant ſurrexerunt. Vna hæc eſt interpretatio: de eo quod dictum eſt: ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in iſrael. Eſt autem & altius quid intelligendum aduerſus eos uel maxime qui contra conditorem latrant: & hincinde de ueteri teſtamento quæ non intelligunt teſtimonia congregantes ſimplicium corda decipiunt. Aiunt enim. Ecce deus legis & prophetarum: uidete qualis ſit. Ego (inquit) occidam/ & uiuere faciam: percutiam & ego ſanabo: & nõ eſt qui eruat de manibus meis. Audiunt occidam: & nõ audiunt uiuificabo: audiunt percutiam: & audire contemnunt: & ego ſanabo. Iſtiuſmodi occaſionibus creatorem calumniantur. Igitur anteq̃ interpreter quem ſenſum habeat: ego interficiam & uiuificabo: percutiam: & ſanabo: opponam eis teſtimonium euangelii: dicamq; aduerſum hæreticos. Innumerabiles quippe hæreſes ſunt: que euangelium ſm Lucam recipiunt. Si propterea cruentus: & in tantum ſæuus & crudelis eſt conditor quia dicit: ego interficiam: & uiuificabo: percutiam & ſanabo: manifeſtiſſime eſt & Ieſum ipſius eſſe filium eadem ſiquidem de eo ſcripta ſunt. Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael. Non reſurrectionem tãtum: ſed & in ruinam. Si malum eſt interficere: malum ſit & in ruinam uenire. Quid reſpondebunt? Vtrũne recedent a cultu eius: an quærent aliquam interpretationem: & ad tropologias confugient: ut quod in ruinam uenerit benignitatem magis q̃ auſteritatem ſonet. Et quomodo iuſtum erit quando quid in euãgelio tale reperitur/ ad allegorias & nouas intelligentias confugere: quando uero in ueteri inſtrumento ſtatim accuſare: & nullam explanationem: q̃uis probabilis ſit/ recipere. Sed & hoc quod ſequitur in

iudicium ego ueni in mundum iſtum / ut non uidentes uideant: & qui uident cæci fiant: q̄uis quærant ut ædiſſerant: implere non poterunt. Ego uero quia opto eſſe eccleſiaſticus & non ab hæreſiarchæ aliquo ſed a chriſti uocabulo nuncupari & habere nomen quod benedicitur ſuper terram: & cupio tam opere q̄ ſenſu & eſſe & dici chriſtianus: æqualem & in ueteri & in noua lege quæro rationem. Loquitur deus: ego interficiam. Libenter habeo: ut interficiat me deus. Quãdo enim uetus in me homo eſt: & uiuo adhuc quaſi homo: cupio ut occidat in me deus ueterem hominẽ: & uiuificet me ex mortuis. Primus eñi ait homo de terra terrenus: ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœleſtis. Secundum hunc ſenſum intelligitur & illud: in iudicium ego ueni in mundum iſtum: ut qui non uident uideant: & qui uident cæci fiant. Habemus in nobis omnes hoĩes: & aſpectum: & cæcitatem. Adam & uidebat: & non uidebat. Aeua quoq;: anteq̄ aperirẽtur oculi eius uidiſſe deſcribitur. Vidit (inquit) mulier lignũ: quia bonum ad comedendum: & optimum oculis ad uidendum: & tollens de fructu ligni comedit: & dedit uiro ſuo: & comederunt. Igitur non erant cæci: ſed uidebant. Deinde ſequitur: & aperti ſunt oculi eorũ. Ergo cæci fuerant: nec uidebant: quorum oculi poſtea ſunt aperti. Sed qui bene ante uiderant: poſtq̄ domini mãdatum prætergreſſi ſunt: cœperũt uidere male: & aſpectum obedientiæ ſubripiente delicto poſtea perdiderunt. Ego ſic intelligo & illud quod dicit deus. Quis fecit mutum & ſurdum: uidentem / & cæcum? Nonne ego dominus deus? Eſt oculus corporis quo terrena iſta conſpicimus: oculus ſenſuum carnis: de quo ſcriptura dicit. Fruſtra incedis inflatus ſenſu carnis. Cui habemus alium contrarium meliorem: & diuina ſapientem: qui quia cæcus in nobis erat: uenit Ieſus ut faceret eum uidere: ut qui non uidebant uiderent: qui autem uidebant cæci fierent. Iuxta hunc ergo ſenſum: & hoc quod nunc habemus in manibus eſt intelligendum. Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorũ in iſrael. Habeo aliquid in me q͏̄ male ſtat: & peccati ſupbia ſe erigit. Hoc cadat: hoc ſubruat. Quod ſi ceciderit: quod ante ruerat: ſurgẽs ſtabit. Interior homo meus quondam iacebat eliſus: & exterior ſtabat erectus. Anteq̄ crederem in Ieſum: bonum in me iacebat: malum ſtabat. Poſtq̄ ille uenit: tunc quod in me malum fuit: corruit: & expletum eſt illud: ſemper mortificationem Ieſu in corpore circũferentes: & illud mortificate membra ueſtra ſuper terram: fornicationem / immunditiam / luxuriam / idolatriam ueneficia: & cætera. Horum omnium: ut illis ruina facta eſt. Et de hac ruina dicitur. Vbicũq; fuerit cadauer illuc congregabuntur aquilæ. Cadauer quippe a caſu nomen accepit. Vna eſt hæc ruina ad quam primum uenit Ieſus: nec poteſt facere reſurrectionem / niſi ruina præceſſerit. Venit ante deſtruere quod in me malum fuit: ut illo deſtructo & mortificato conſurgat in me: & uiuificetur id quod bonum eſt: ut cõſequamur regnum cœlorum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cui eſt gloria / & imperium in ſæcula ſæculorum Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Erant pater eius & mater admirantes ſuper his quæ dicebantur de eo: & ruſum uſq; ad eum locum ubi de Anna ſcribitur. Homelia. XVII.

LVcas qui ſcripſit: ſpiritus ſanctus ueniet ſuper te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: propter hoc & quod natum fuerit ſanctũ uocabitur filius dei: & qui manifeſte nobis tradidit: quoniam uirginis filius Ieſus eſt: nec de humano conceptus eſt ſemine: iſte patrem eius Ioſeph teſtatus eſt dicens. Erãt pater illius & mater admirantes ſuper his quæ dicebantur de eo. Quæ igitur cauſa extitit: ut eum qui pater nõ fuit patrem eſſe memoraret. Qui ſimplici expoſitione contentus eſt: dicit. Honorauit eum ſpiritus ſanctus patris uocabulo: quia nutrierat ſaluatorẽ. Qui autem altius aliquid inquirit: poteſt dicere: quia generationis ordo a Dauid uſq; ad Ioſeph deducitur. Et ne uideretur fruſtra Ioſeph nominari qui pater non fuerat ſaluatoris: ut generationis ordo haberet locum / pater appellatus eſt domini. Admirabantur igitur pater illius / & mater ſuper his quæ dicebantur de eo: tam ab angelo / q̄ a multitudine cœleſtis exercitus: necnon a paſtoribus. Omnia quippe hæc audientes: uehementiſſime mirabantur. Dehinc ſcriptura ait. Benedixit eis Symeon: & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorũ in iſrael: & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius ut reuelentur ex multis cordibus cogitatiões. Quomodo ſaluator in ruinam & in reſurrectionem multorum uenerit: eſt contemplandum. Qui ſimpliciter exponit: poteſt dicere in ruinam eum ueniſſe infidelium: & in reſurrectionem credentium. Qui uero curioſus interpres eſt: dicit nequaq̄ eum cadere qui ante nõ ſteterit. Da mihi igitur qui fuerit ille qui ſteterit: & in cuius ruinam ſaluator aduenerit: necnon & eum qui conſurgat. Nam utiq; ille conſurgit: qui ante corruerat. Videndum eſt utiq;: ne forte ſaluator non aliis atq; aliis in ruinam uenerit: & in reſurrectionem multorum ſed iiſdem & in ruinam & in reſurrectionem uenerit. In iudicium (ait) ego ueni: ut qui non uidebant uideant: & qui uidebant cæci fiant. Eſt enim in nobis quod uidebat prius: & poſtea uidere deſiuit: & aliud quod non uidebat: & poſtea cœpit uidere. Verbi gratia. Volo uidere illis oculis quibus antea non uidebam / & qui mihi poſtea reſerati ſunt: quoniam poſt inobedientiam & Adam & Aeuæ oculi ſunt aperti: de quibus ſuperiori ſermone tractauimus. Nunc autem interpretandum quid ſibi uelit hoc quod ait: ecce hic poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorũ in iſrael. Me oportet primum cadere: & cum cecidero poſtea bene reſurgere: ne ſaluator cauſa fuerit malæ ruinæ. Sed ꝓpterea cadere me fecit: ut cõſurgam: & multo mihi ruina utilior fuerit: q̄ illud tempus quo uidebar ſtare. Stabam enim in peccato eo tempore quo peccato uiuebam / & quia peccato ſtabam prima mihi utilitas fuit: ut caderem: & peccato morerer. Deniq; & ſancti prophetæ quando anguſtius aliquid contemplabantur: cadebant in faciem ſuam. Propterea autem cadebant: ut peccata per ruinam plenius purgarentur. Hoc ipſum & ſaluator tibi primum concedit: ut corruas. Aethnicus eras: cadit in te Aethnicus. Diligebas ſcortum: primum in te ſcortum intereat. Peccator eras: cadat in te peccator: ut poſſis dehinc reſurgere / & dicere: ſi cõmortui ſumus / & cõuiuemus. Et ſi mortis conformes ſimul & reſurrectionis erimus. Iſte igitur in ruinam / & in

reſurrectionem

ſimul & reſurrectionis erimus. Iſte igitur in ruinam/& in reſurrectionem multorum poſitus eſt in iſrael: hoc eſt in his qui plena põt acie & rõne conſpicere. Et in ſignũ cui contradicetur. Omnibus quæ narrat hiſtoria de ſaluatore contradicitur. Virgo mater eſt: ſignum eſt cui contradicitur. Marcionitæ contradicunt huic ſigno: & aiunt penitus eum de muliere nõ eſſe generatum. Ebionitæ contradicunt ſigno: dicentes ex uiro & muliere ita natum eſſe: ut nos quoq; naſcimur. Habuit corpus humanũ: & hoc ſignum eſt cui contradicitur. Alii enim dicunt eum ueniſſe de cœlis: alii tale quale nos corpus habuiſſe: ut per ſimilitudinem corporis etiam nr̃a corpora redimeret a peccatis: & daret nobis ſpem reſurrectionis. Reſurrexit a mortuis: & hoc ſignum eſt/cui contradicitur. Quomodo reſurrexerit: utrum ipſe & talis qualis mortuus eſt: an certe in melioris ſubſtantiæ corpus reſurrexerit. Et eſt infinita contentio: aliis dicentibus fixurã clauorũ Thomæ oſtendit in manibus ſuis: aliis e regione tractãtibus: ſi idem corpus habuit: quõ clauſis ingreſſus eſt oſtiis: & ſtetit. Vides igitur quẽadmodum argumentis uariis etiam reſurrectioni eius quæſtio concitetur: & ſit ſignum cui contradicitur. Ego & hoc quod ꝓphetarum more prædictum eſt/puto ſignum eſſe cui contradicitur. Sunt enim plures hæretici: qui aſſerunt eum a prophetis penitus nõ fuiſſe prædicatum. Et quid me neceſſe eſt multa proſequi? Omnia quæ de eo narrat hiſtoria: ſignum eſt cui contradicitur. Non ꝙ contradicant hi qui credunt in eum: nos quippe omnia ſcimus uera eſſe quæ ſcripta ſũt: ſed quia apud incredulos uniuerſa quæ de eo ſcripta ſunt: ſignum ſit cui contradicitur. Deinde Symeon ait. Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius. Quis eſt iſte gladius qui non aliorũ tantum: ſed etiam Mariæ cor pertranſiit? Aperte ſcribitur ꝙ in tp̃e paſſiõis oẽs ſint apoſtoli ſcãdalizati: ipſo quoq; dño dicente. Oẽs uos ſcandalizabimini in nocte hac. Ergo ſcandalizati ſunt uniuerſi: intantum ut Petrus quoq; apoſtoloꝝ princeps tertio denegarit. Quid putamus ꝙ ſcãdalizatis apoſtolis mater dñi a ſcandalo fuerit immunis? Si ſcandalum in dñi paſſione non paſſa eſt: non eſt mortuus Ieſus pro peccatis eius. Si aũt oẽs peccauerũt & egẽt gloria dei: iuſtificati gr̃a eius & redempti: utiq; & Maria illo tp̃e ſcandalizata eſt. Et hoc eſt qđ nunc Symeon prophetat dicens. Et tuam ipſius aiam/quæ ſcis abſq; uiro peperiſſe te uirginem: quæ audiſti a gabriele. Spũs ſctũs ueniet ſuper te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: pertranſibit infidelitatis gladius: & ambiguitatis mucrone ferieris: & cogitationes tuæ te in diuerſa lacerabunt: cum uideris illum quem filium dei audieras,/& ſciebas abſq; ſemine uiri eſſe generatum crucifigi & mori: & ſuppliciis humanis eſſe ſubiectum: & ad poſtremum lachrymabiliter conquerentem/atq; dicentem. Pater ſi poſſibile eſt: pertranſeat calix iſte a me. Et tuam ergo animam pertranſibit gladius: ut reuelentur ex multorum cordibus cogitationes. Cogitationes erãt malæ in hoibus: quæ ꝓpterea reuelatæ ſunt: ut prolatæ in medium ꝑderentur: & interfectæ: atq; emortuæ eſſe deſinerent: & occideret eas ille qui ꝓ nobis mortuus eſt. Quãdiu enim abſconditæ erant cogitationes: nec prolatæ in medium impoſſibile erat eas penitus interfici. Vnde & nos ſi peccauerimus: debemus dicere. Peccatum meum notum feci tibi: & iniquitatem meam nõ abſcondi. Dixi annunciabo iniuſtitiã meam cõtra me dño. Si enim hoc fecerimus: & reuelauerimus peccata noſtra non ſolum deo: ſed & his qui põt mederi uulneribus noſtris: atq; peccatis: delebuntur pctã nr̃a ab eo qui ait. Ecce delebo ut nubem iniquitates tuas: & ſicut caliginem peccata tua. Poſt Symeonis prophetiam: quia neceſſe erat ut mulieres etiam ſaluarentur: uenit ꝓphetes mulier de qua ſcribitur. Et erat Anna propheteſſa filia Phanuel de tribu Aſer. Quã pulcher ordo. Non uenit ante uirum mulier: ſed primum uenit Symeon qui appræhendit infantem: & tenuit in brachiis ſuis: deinde mulier: cuius nõ ſũt quidem uerba digeſta: ſed dictum eſt generaliter ꝙ cõfeſſa ſit domino: & locuta de eo omnibus qui expectabãt redemptionem Iſrael. Et iuſte ſancta mulier ſpm̃ ꝓphetandi meruit accipere: quia longa caſtitate longiſq; ieiuniis ad hoc culmen aſcenderat. Videte mulieres teſtimonium Annæ & imitamini illud: ſi qñ uobis euenerit ut perdatis uiros. Conſiderate quid de ea ſcriptum ſit. Septem annis uixit a uirginitate ſua cum uiro ſuo: & reliqua: propterea ꝓphetes fuit. Neq; enim ut libet & fortuito: ſpũs ſctũs habitauit in ea. Bonum eſt & primũ: ſi qua põt uirginitatis gratiam poſſidere. Si aũt hoc non potuerit: ſed euenerit ei ut perdat uirum: uidua perſeueret. Quod quidem non ſolũ poſt mortem uiri: ſed etiam cum ille uiuit debet habere in aio: ut etiam ſi non uenerit uoluntas ipſius & ꝓpoſitum a dño/coroneẽ: & dicat. Hoc uoueo/atq; ꝓmitto: ſi mihi humanum aliquid quod non opto contigerit: nihil aliud faciam ꝗ incontaminata uiduaq; perſeuerem. Nunc uero & ſecundæ/& tertiæ/& quartæ nuptiæ: ut de pluribus taceam reperiuntur: & non ignoramus ꝙ tale coniugium eiiciet nos de regno dei. Sicut eni ab eccleſiaſticis dignitatibus non ſolũ fornicatio: ſed & nuptiæ repellunt: neq; enim ep̃s: nec preſbyter: nec diaconus: nec uidua põt eſſe digami ſic forſitan & de cœtu primitiuorum: immaculatorũq; eccleſiæ quæ nõ habet maculam neq; rugam: eiicietur digamus. Non quo in æternũ mittatᷣ incendium: ſed quo partem non habeat in regno dei. Memini cum interpretarer illud quod ad Corinthios ſcribitur: eccleſiæ dei quæ eſt Corinthi cum omnibus qui inuocant eũ: dixiſſe me diuerſitatem eccleſiæ/& eorum qui inuocant nomen domini. Puto enim monogamum: & uirginem: & eum qui in caſtimonia perſeuerat: eſſe de eccleſia dei. Eum uero qui ſit digamus licet bonam habeat conuerſationem: & cæteris uirtutibus polleat tñ non eſſe de eccleſia: & de eo numero: qui non habent rugam: aut maculam: aut aliqd iſtiuſmodi: ſed eſſe de ſecundo gradu: & de his qui inuocant nomen domini: & qui ſaluantur quidem in nomine Ieſu Chriſti: nequaꝗ tamen coronantur ab eo: Cui eſt gloria/& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

℄ De eo quod ſcriptum eſt. Puer autem creſcebat & confortabatur: uſq; ad eum locum ubi ait: An neſciebatis qa in his quæ pr̃is mei ſunt oportet me eſſe. Home. XVIII.

NAtus eſt dominus meus Ieſus: & aſcẽderunt parentes eius in Hieroſolymam: ut complerent ea quæ fuerant lege præcepta: & offerrent ꝓ eo par turturum: & duos pullos columbarum. Tenuit eum brachiis ſuis Symeon ut dudum lectum eſt: & ꝓphe

tauit de eo quæ narrat hiſtoria. Et poſtq̃ omnia in more
completa ſunt:reuertuntur parentes quo Ieſus tūc agebat
& tñ creſcebat & cōſortabatur ſapientia & gratia. Necdū
quadraginta dies purgationis impleuerat:necdum Naza-
reth uenerat: & iam totam ſapientiam reſpiciebat. Potuit
ſcriptura dicere creſcebat: & confortabatur: & accipiebat
ſpūm. Sed qui euacuauerat ſe formam ſerui accipiens:ſta-
tim ut pro mundatiōe eius ſacrificium oblatum eſt:id qđ
uacue fecerat adimpleuit. Non qđ corpus eius illico ma-
ius fuerit effectum:ſed ꝙ ſacratius quippiam demōſtrā-
te:ut ſcriptura referente. Puer aūt creſcebat & confortaba
tur & replebatur ſapientia. Quæramus ſicubi alibi de par
uulo ſcriptum ſit:creſcebat & confortabatur. ut ex colla-
tione multorum quid plus in dño nro dicatur:intelligere
ualeamus. De Ioanne. Puer aūt creſcebat: & confortabat:
& tñ non additur:& replebatur ſapientia:ſed confortaba
tur ſpiritu. Hic uero de dño:creſcebat (inquit) & confor-
tabatur:& replebatur ſapientia: & gr̄a dei erat ſuper eum.
Hæc oīa de puero:qui necdum duodecim annos imple-
uerat:dicta ſunt. Cum aūt duodecim eſſet annorum:rema
net in Hieruſalem. Parentes eius ignorantes: quærunt eū
ſollicite & non inueniunt. Quærunt inter affines: quæ-
runt in comitatu:quærūt inter notos: & in his omnibus
non reperiunt. Quærentur ergo Ieſus a parentibus ſuis: cū
patre qui nutritius & comes fuerat Aegyptum deſcendē-
tis:& tñ non ſtatim ut quæritur inuenitur. Non enim in-
ter cognatos & carnis propinquos inuenitur Ieſus: non
in his qui corporaliter ei iuncti ſunt. In multorum comi-
tatu Ieſus meus non pōt inueniri. Diſce ubi eum quæren
tes reperiantur: ut & tu quærens cum Ioſeph:Mariaq; repe-
rias. Et quærentes (inquit) inuenerunt illum in templo.
Non ubicūq; in alio loco:ſed in templo. Neq; in templo
ſimpliciter:ſed in medio doctorum:audientem:& interro
gantem eos. Et tu ergo quære Ieſum in templo dei: quæ-
re in eccleſia: quære eum apud magiſtros qui in templo
ſunt:& non egrediuntur ex eo. Si enim ita quæſieris:inue
nies eum. Porro ſi quiſpiam dicit ſe magiſtrum eſſe:& Ie-
ſum nō habet:iſte noīe tm̄ magiſter eſt:& ideo apud eum
non pōt inueniri Ieſus uerbum dei:& ſapientia. Inuentus
eſt (inquit) in medio doctorum. Quomodo in alio lo-
co de prophetis ſcriptum eſt: ſic & nunc intellige in me-
dio doctorum. Si (inquit) alteri reuelatum fuerit ſeden-
ti: primus taceat. In medio doctorum ſedentem inueniūt
eum. Et nō ſolum ſedentem ſed & ſciſcitantem:& audien
tem eos. Et nūc præſens eſt Ieſus:interrogat nos: & audit
loquentes. Et mirabantur (inquit) oēs. Super quo mira
bantur? Non ſup interrogationibus eius:licet & ipſæ mi-
rabiles erant:ſed ſuper rn̄ſionibus eius. Aliud eſt enim in-
terrogare:aliud rn̄dere. Interrogabat magiſtros. Et quia re
ſpondere non poterant. ipſe his: de quibus interrogaue-
rat rn̄debat. Quod aūt rn̄ſio non uiciſſitudinem ſermoci-
nandi ſed doctrinam in ſcripturis ſanctis ſonet:lex diuina
te doceat. Moyſes loquebatur: deus aūt rn̄debat ei uoce.
Rn̄ſio illa eorum erat:ſuper quibus ignorantem Moyſen
dn̄s inſtruebat. Interdum interrogat Ieſus:interdū reſpon
det: ſicut ſupra diximus. Quāq̃ mirabilis eius interroga-
tio ſit:tñ multo mirabilior eſt rn̄ſio. Vt igit̄ & nos audia-
mus eum:& proponat nobis quæſtiones quas ipſe diſſol
uat:obſecremus illum & cū labore nimio/& dolore quæ-
ramus:& tunc poterimus inuenire quem quærimus. Nō
enim fruſtra ſcriptum eſt. Ego & pater tuus dolētes quæ-
rebamus te. Oportet enim qui quærit Ieſum: non negli-
genter:non diſſolute:non tranſitorie quærere:ſicut quæ-
runt nōnulli: & ideo inuenire nō pñt. Nos aūt dicamus.
Dolentes quærimus te. Et cum hoc dixerimus: ad laborā
tem aiam noſtram:& cum dolore quærentem:rn̄debit:&
dicet. Neſcitis quia in his quæ ſunt patris mei me oportet
eſſe? Vbi ſunt hæretici impii:atq; ueſani qui aſſerunt non
eſſe patris Ieſu Chriſti legem & prophetas? Certe Ieſus in
templo erat quod a Salomone conſtructum eſt:& confi-
tetur templum illud patris ſui eſſe:quem nobis reuelauit:
cuius filium eſſe ſe dixit. Rn̄deant qūo alter bonus:& alter
ſit iuſtus deus? Quia igitur ſaluator creatoris eſt filius:in
cōmune patrem filiūq; laudemus:cuius lex:cuius & tem-
plū eſt:Cui eſt gloria/& iperiū in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

❡ De eo quod ſcriptum eſt. Puer aūt creſcebat:& confor
tabatur: uſq; ad eum locum ubi ait. Seniores in templo
interrogat.

Homelia. XIX.

QVia nonnulli qui ſanctæ ſcripturæ uiden-
tur credere: quaſi in gloriam omnipoten-
tis dei diuinitatem ſaluatoris negant: iuſtū
mihi uidetur:ut ipſarum ſcripturarum au-
ctoritate doceantur in humanum corpus
quiddam ueniſſe diuinum. Et non ſolum in humanum
corpus:ſed in humanam quoq; animam. Quāq̃ ſi diligē
ter ſenſum intendimus ſcripturarum plus aliquid anima
illa habuit q̃ cæteræ hoīum animæ. Omnis quippe ani-
ma hoīs anteq̃ ad uirtutes ueniat:uitiis ſordidatur. Porro
anima Ieſu: nunq̃ peccati ſorde maculata eſt. Si quidem
anteq̃ ad duodecimum ætatis peruenerit annum:ſpiritus
ſanctus de eo in Lucæ ſcribit euāgelio. Puer aūt creſcebat
& confortabatur:& replebatur ſapientia. Hoc hominum
natura non recipit:ut ante duodecim annos ſapientia cō-
pleatur. Aliud eſt partem habere ſapientiæ:aliud ſapientia
eſſe completum. Non ambigimus ergo diuinum aliquid
in carne Ieſu apparuiſſe. Et non ſolum ſuper hoīem:ſed ſu
per oēm quoq; rationalem creaturam. Et creſcebat (inqt)
humiliauerat enim ſe: formam ſerui accipiens: & eadem
uirtute qua ſe humiliauerat creſcit. Apparuerat infirmus:
quia infirmum corpus aſſumpſerat:& ob id iterum con-
fortatur. Euacuauerat ſe filius dei:& propterea rurſum cō
pletur ſapientia:& gratia dei erat ſuper eum. Non qn̄ ue-
nit ad adoleſcentiam:non qn̄ manifeſte docebat:ſed cum
adhuc eſſet paruulus habebat gratiam dei. Et qūo omnia
in illo mirabilia fuerant ita & pueritia mirabilis fuit:ut dei
ſapientia compleretur. Ibant itaq; parentes eius iuxta con
ſuetudinem in Hieruſalem:ad ſolēnem diem paſchæ. Et
cum factus fuiſſet annorum duodecim. Diligenter obſer-
ua:quia priuſq̃ duodecim eſſet annorum ſapientia dei:&
cæteris quæ de eo ſcripta ſunt complebatur. Cum ergo
(ut diximus) duodecim eſſet annorum:& iuxta morem
dies ſolēnitatis expleti eſſent: & reuerterentur parentes cū
infantulo Ieſu:remanſit puer in Hieruſalem:& neſciebāt
parentes eius. Et hic ſublimius quiddam q̃ humana natu
ra patitur intellige. Non enim ſimpliciter remanſit:& pa-
rentes eius ubi eſſet ignorabant:ſed qūo in Ioannis euan-
gelio ſcriptum eſt:qn̄ inſidiabantur ei iudæi:& elapſus eſt
de medio eorum:& non apparuit:ſic & nūc puto remanſ-
ſiſſe puerum

ſiſſe puerum in Hieruſalem: & parentes eius ubi remanſerit ignoraſſe. Nec miremur parentes uocatos: quoniã alter ob partum: alter ab obſequium patris & matris meruerũt uocabula. Sequitur. Dolentes (inquit) quærebamus te. Non puto eos iccirco doluiſſe: quia putarent erraſſe puerum uel periiſſe. Nec poterat accidere ut Maria quæ ſciebat ſe de ſpiritu ſancto concepiſſe: quæ & angelũ loquentem: & currentes paſtores: & Symeonem audierat ꝓphetantem: timeret ne puerum perderet oberrantem. Amoue hanc opinionem maxime de Ioſeph: cui ab angelo præceptum fuerat ut tolleret puerum: & in Aegyptum pergeret: qui audierat. Ne timeas tollere Mariam cõiugem tuã: quod enim in ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Nunq̃ fieri poterat ut perditum formidaret infantem: quem diuinum eſſe cognouerat. Aliud quiddam dolor & quæſtio parẽtum q̃ ſimplex lector intelligit: ſonat. Quomodo enĩ tu ſi q̃n ſcripturas legis: quæris in eis ſenſum cum dolore quodam ac tormento: nõ quo ſcripturas erraſſe: aut perperam quid habere arbitreris: ſed ꝙ ille intrinſecus habeat ueritatis ſermonem atq; rationem: & tu nequeas inuenire quod uerum eſt. Ita & illi quærebant ne forte receſſiſſet ab eis: ne relinquens eos ad alia tranſmigraſſet. Et quod magis puto ne reuertiſſet ad cœlos: cum illi placuiſſet: iterum deſcenſurus. Dolentes ergo: quærebãt filium dei. Et cum quærerent: non inuenerũt inter cognatos. Neq; enim poterat humana cognatio dei filium continere. Non inuenerunt inter cognatos: q̃a diuina maiora erant notitia: ſcientiaq; mortali. Vbi igitur inueniunt eum? In templo. Ibi enim inuenitur filius dei. Si q̃n & tu quæſieris filium dei quære primum in templo. Illuc propera: ibi Chriſtum ſermonem atq; ſapientiam (id eſt filium dei) reperies. Quoniam uero paruulus erat: inuenitur in medio præceptorũ: ſanctificans: & erudiens eos. Quia paruulus erat inuenitur in medio non eos docens: ſed interrogãs: & hoc pro ætatis officio ut nos doceret quid pueris (q̃uis ſapientes & eruditi ſint) conueniret ut audiant potius magiſtros q̃ docere deſiderent: & ſe uana oſtentatione non iactent. Interrogabat inquam magiſtros: nõ ut aliquid diſceret: ſed ut interrogans erudiret. Ex uno q̃ppe doctrinæ fonte manat & interrogare & rñdere ſapienter: & eiuſdem ſcientiæ eſt: ſcire quid interroges quidue reſpõdeas. Oportuit primum ſaluatorem eruditæ interrogationis magiſtrum fieri: ut poſtea interrogationibus rñderet iuxta rõnẽ dei atq; ſermonẽ: Cui eſt gloria & iperiũ i ſæcula ſæculorum. Amẽ.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Quid eſt ꝙ quærebatis me: uſq; ad eum locum ubi ait. Cõſeruabat Maria omnia uerba in corde ſuo.

Homelia. XX.

QVærebant Maria & Ioſeph iter affines Ieſum: & non inueniebant: in comitatu & inuenire non poterant. Quæſierunt in templo ſed apud magiſtros: & in medio præceptorum inueniunt eum. Vbicũq; magiſtri fuerint: in medio magiſtrorum inuenitur Ieſus: ſi tamen magiſter ſedeat in templo: & nunq̃ egrediatur ex eo. Profuit Ieſus magiſtris ſuis & eos quos interrogare uidebatur: docuit. In medio eorũ loquens: & quodammodo concitabat eos ad quærenda quæ uſq; ad id locorum: utrum ſcirent: an ignorarẽt, noſſe non poterant. Inuenitur Ieſus in medio magiſtrorum: & inuentus dicit quæſitoribus ſuis. Quid eſt quia quærebatis me? Neſciebatis q̃a in his quæ ſunt p̃ris mei oportet me eſſe? Primum ſimpliciter ſentientes armemur aduerſus impios hæreticos: qui dicunt non eſſe cõditorem patrem Chriſti Ieſu: neq; deum legis: ſed nec prophetarum. Ecce pater: deus templi aſſeritur. Erubeſcant Valentiniani audientes Ieſum inquientem: in his quæ ſunt patris mei oportet me eſſe. Erubeſcant omnes hæretici qui euangelium recipiunt ſm Lucam: & quæ in eo ſunt ſcripta contemnunt. Hæc ut dixi: ſint intellecta ſimplicius. Quoniã uero infertur: ipſi aũt nõ intellexerunt ſermonem: ſenſum ſcripturæ diligentius uentilemus. Sic erant ſtulti & inſipientes: ut neſcirent quid diceret: quia hoc quod ait: in his quæ ſunt patris mei me eſſe oportet: ſignificaret in templo: an aliud quiddam altius ſignificet: & q̃d magis ædificet audiẽtes. Vnuſquiſq; noſtrum ſi bonus fuerit atq; perfectus: poſſeſſio dei patris eſt: & habet in medio ſui Ieſum. Credamus quippe dicenti: quoniam in his quæ ſunt patris mei me oportet eſſe. Magis rationabile atq; uiuens: & uerum templum dei hoc eſſe ſuſpicor: q̃ illud quod typice terreno opere conſtructum eſt. Vnde illo in templo ut typice fuit: ita receſſit & typice. Egreſſus eſt enim de templo terreno dicens. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: & relinquens domum illam uenit ad poſſeſſionẽ dei patris: ad eccleſias i toto orbe diſperſas: & dicit. In his quæ ſunt patris mei me oportet eſſe. Tunc ergo non intellexerunt uerbum: quod locutus eſt eis. Simul & illud attendite ꝙ q̃diu in poſſeſſione patris ſui fuit: ſurſum erat. Et quia necdum plenã fidem Ioſeph & Maria habebant: propterea ſurſum cum eo manere non poterant: ſed dicitur deſcendiſſe cum eis. Crebro Ieſus deſcendit cum diſcipulis ſuis: nec ſemꝑ uerſatur in monte: nec abſq; fine ſublimia tenet. In monte cum Petro eſt: cum Iacobo: cum Ioãne: & rurſum in alio loco cum cæteris diſcipulis. Porro quia non ualebant hi qui uariis ægrotationibus laborabant in montem conſcendere: iccirco deſcendit & uenit ad eos qui deorſum erant. Nunc quoq; ſcribitur deſcendit cum eis: & uenit Nazareth: & ſubiiciebatur eis. Diſcamus filii ſubiecti eſſe parentibus nr̃is: maior minori ſubiicitur. Nam quia maiorem Ioſeph uidebat ætate: propterea eum parentis honore coluit: omnibus filiis exemplum tribuens: ut ſubiiciantur parentibus. Quod ſi pſes ĩis nõ fuerint: ſubiiciantur his qui patrum ætatem habẽt. Quid loquor de parentibus & filiis? Si Ieſus filius dei ſubiicit̃ Ioſeph & Mariæ: ego non ſubiiciar epiſcopo qui mihi a deo ordinatus eſt pater? Non ſubiiciar preſbytero: qui mihi domini dignatione præpoſitus eſt? Puto ꝙ intelligebat Ioſeph: quia maior ſe erat Ieſus qui ſubiiciebatur ſibi: & ſciens maiorem eſſe ſubiectum: trepidus moderabatur imperium. Videat ergo unuſquiſq; ꝙ ſæpe melioribus præpoſitus ſit inferior: & nonnunq̃ accidat ut ille qui ſubiectus eſt melior ſit eo qui ſibi uidetur eſſe præpoſitus. Quod cum intellexerit dignitate ſublimior: non eleuabitur ſuperbia ex eo ꝙ maior eſt: ſed ſciet ita ſibi meliorem eſſe ſubiectum: quo & Ieſus ſubiectus fuit Ioſeph. Deinde ſequitur. Maria aũt conſeruabat omnia uerba hæc in corde ſuo. Plus aliquid q̃ de hoie ſuſpicabat̃. Vnde & cuſtodiebat omnia uerba eius in corde ſuo: non quaſi pueri qui duodecim eſſet annorum: ſed eius qui de ſpiritu ſancto conceptus fuerat: quem uidebat proficere ſapientia &

gratia : apud deum & homines . Ieſus proficiebat ſapien/
tia. Sapientior per ſingulas uidebatur ætates. Nunquid ſa
piens non erat:ut ſapientior fieret? An quoniam euacua/
uerat ſe formam ſerui accipiens id quod amiſerat:reſume
bat:& replebat uirtutibus quas pauloante aſſumpto cor/
pore uiſus fuerat relinquere? Proficiebat ergo : non ſolũ
ſapientia:ſed ætate. Eſt ætatis profectus. Duæ in ſcripturis
feruntur ætates altera corporis : quæ non eſt in poteſtate
noſtra:ſed in lege naturæ:altera animæ:quæ ꝓprie in no/
bis ſita eſt. Iuxta quam ſi uolumus quotidie creſcimus &
ad ſummitatem uenimus : ut non ſimus ultra paruuli flu/
ctuantes : & qui circũferamur omni uento doctrinæ : ſed
eſſe paruuli deſinentes:incipiamus eſſe uiri:atq; dicamus.
Quãdo factus ſum uir:deſtruxi ea quæ erant paruuli. Hu
ius ut dixi ætatis profectus : qui incrementum habet ani/
mæ:in noſtra eſt poteſtate. Si autem non ſufficit teſtimo/
nium:etiam aliud de Paulo ſumamus exemplum. Donec
perueniamus (inquit) omnes in uirum ꝑfectum:in men
ſuram ætatis plenitudinis corporis Chriſti. In nobis ergo
eſt:ut ad menſuram ꝑueniamus ætatis:& corporis Chri/
ſti. Et ſi in nobis eſt:omni labore nitamur deponere par/
uulum:& deſtruere illum : & ad ætates reliquas peruerni/
re:ut nos quoq; audire poſſimus : tu autem ibis ad patres
tuos cum pace : nutritus in ſenecta bona : utiq; ſpiritali.
Quæ eſt uere ſenectus bona? Caneſcens & ad finẽ uſq;
perueniens in Chriſto Ieſu:Cui eſt gloria & honor & im
perium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Quintodecimo anno impe/
rii Tyberii Cæſaris:uſq; ad eum locum ubi ait:Rectas faci
te ſemitas eius. Homelia. XXI.

QVando ad iudæos tantum ſermo prophe/
ticus mittebatur:iudaici reges ponebantur
in titulo . Verbi gr̃a . Viſio quã uidit Eſaias
filius Amos aduerſus Iudæam : & aduer/
ſus Hieruſalem in regno Oziæ/& Ioathan
& Achaz/& Ezechiæ:nec alium queq̃ exceptis Iudeæ re/
gibus Eſaiæ uideo tempore deſignatum . In quibuſdam
prophetis : & Iſrael reges legimus : ſicut ibi . Et in diebus
(inquit) Hieroboam filii Ioas regis Iſrael. Quando uero
ſacramentum euãgelii prædicandum erat:& in toto orbe
euangelium diſſeminandum : cuius princeps Ioannes in
heremo fuit: & orbem Romanum Tyberii regebat impe/
rium:tunc in quintodecimo anno uerbum domini ad Io
annem factum eſſe deſcribitur. Et ſi tantum his qui de na
tionibus credituri erant annuncianda ſalus fuiſſet : & pe/
nitus excludendus Iſrael:ſuffecerat dicens. In quintodeci/
mo anno Tyberii Cæſaris:præſide iudeæ pontio Pilato.
Quia uero & de Iudæa & de Galilæa multi credituri erãt
icciroo & hæc regna ponuntur in titulo : diciturq; tetrar/
cha Galileæ Herode : & Philippo fratre eius tetrarcha/&
traconitidis regiõis:& liſania tetrarcha Abilinæ:ſub prin/
cipibus ſacerdotum Anna & Caypha:factum eſt uerbum
domini ad Ioannem filium Zachariæ in deſerto . Olim
uerbum dei fiebat ad Hieremiam filium Elchiæ in Ana/
thoth in diebus illius regis Iudæ : nunc ſermo dei fit ad
Ioannem filium Zachariæ:qui nunq̃ factus eſt ad ꝓphe/
tas in deſerto . Sed quia plures filii credituri erant deſertæ
magis q̃ eius quæ habet uirum . Icciroo factum eſt uerbũ
dei ad Ioannem filium Zachariæ in deſerto. Simulq; cõ
ſidera ꝙ magis rationem habeat : ſi myſtice intelligatur
deſertum:& nõ ſm̃ ſimplicem literam . Qui enim in de/
ſerto prædicat:ſuperflue facit ibi uociferari ubi ſe loquen/
tem nullus exaudiat. Præcurſor ergo Chriſti : & uox cla/
mantis in deſerto:prædicat in deſerto animæ quæ nõ ha
bebat pacem. Non ſolum autem tũc:ſed etiam in præſen/
ti primum lucerna ardens/& lucẽs uenit : & prædicat ba/
ptiſma pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum : deinde
lux uera ſubſequitur:quando lucerna ipſa loquitur. Illum
oportet creſcere:me autem minui. Fit uerbum in deſerto:
& uenit ad oẽm circa regionem Iordanis. Quæ enim alia
loca debuit circuire Baptiſta niſi uicina Iordanis:ut qcũq;
uoluiſſet agere pœnitentiam : præſto eſſent ad lauacrum
aquæ? Porro Iordanis deſcendens interpretatur. Deſcen
dens autem & largo impetu currens fluuius dei ſaluator
noſter dn̄s eſt : in quo baptizamur. Quam ueram aquam
ſalutarem : in remiſſionem quoq; peccatorũ in baptiſma
prædicatur:uenite cathecumini:agite pœnitentiam : ut in
remiſſionem peccatorum:baptiſma conſequamini. In re/
miſſionem peccatorum ille accipit baptiſma : qui peccare
deſiſtit. Si quis enim peccans ad lauacrum uenit : ei nõ fit
remiſſio peccatorum. Propterea obſecro uos ne abſq; cau
tela & diligenti circũſpectiõe ueniatis ad baptiſmum : ſed
oſtendatis primum fructus dignos pœnitentiæ. Facite ali
quid tẽporis in conuerſatione bona mundos uos a cun/
ctis ſordibus uitiiſq; ſeruate:& tunc uobis remiſſio pecca/
torum fiet:qñ cœperitis & ipſi propria peccata cõtemne/
re. Dimittite delicta ueſtra:& dimittent̃ uobis. Hoc autem
ipſum qd̃ nunc de ueteri inſtrumento ponitur : in Eſaia
propheta ſcriptum legimus. Ibi enim dicitur:Vox clamã/
tis in deſerto. Parate uiã domini: rectas facite ſemitas eius.
Vult dominus in uobis reperire uiam : ut poſſit in ueſtras
animas ingredi:& iter ſuum facere. Præparate ei ſemitam:
de qua dicitur . Rectas facite ſemitas eius . Vox clamantis
in deſerto. Vox clamat. Præparate uiam. Primo enim uox
ad aures peruenit:deinde poſt uocem imo cum uoce:au/
ditum ſermo penetrat. Iuxta hunc ſenſum a Ioanne annũ
ciatus eſt Chriſtus. Videamus ergo : qd uox de uerbo an/
nunciet. Præparate (inquit) uiam domino. Quam uiam
domino præparemus? Nunquid corpoream? Aut põt
ſermo dei tali itenere pergere? An intrinſecus præparan/
da eſt domino : & in corde noſtro recta & æqualis ſemita
componenda? Hæc eſt uia per quam ingreſſus eſt ſermo
dei : qui in humani corporis capacitate cõſiſtit. Magnum
eſt cor hominis:& ſpacioſum:& capax:ſi tñ mũdum fue/
rit. Vis eius magnitudinem latitudinẽq; cognoſcere? Vi/
de quantam diuinorum ſenſuum magnitudinem capiat.
Ipſe ait. Dedit mihi eorum quæ ſunt notitiam : rationem
mundi ſcire:& opera elementorum:principium & finem
& medietatem ſæculorum:temporum uarietates:& trãſla
tionem menſium : annorum circulos : & ſyderum ſedes:
naturas animalium : & furores beſtiarum ſpirituum uio/
lentias:& cogitationes hominum : diuerſitates arborum:
& uim radicum. Vides non paruum eſſe cor hominis:qđ
tanta capiat? Neq; in corporis quantitate:ſed in fortitudi
ne eius intellige:quæ tantam ſcientiam capiat ueritatis. Vt
aũt & ſimplices quoſq; quotidianis exemplis ad creden/
dum adducã ꝙ grande ſit cor hoĩs:uideamus. Quaſcũq;
urbes tranſiuimus:habemus illas in animo : & qualitates

& ſitus platearum:murorūq;:& ædificiorum in corde noſtro uerſantur. Viam quam ingreſſi ſumus in memoria picturæ:ac deſcriptiōe retinemus:mare quod nauigauimus tacita cogitatione amplectimur. Non eſt paruum (ut dixi) cor hominis:quod poteſt tanta capere. Si autem non eſt paruum tanta capiens: conſequenter in illo uia domini præparatur:& recta fit ſemita: ut ambulet in illa ſermo dei:atq; ſapientia. Præpara uiam domino per cōuerſationem bonā:& egregiis operibus tene ſemitam:abſq; offenſa ulla deambulet ī te uerbum dei:& donet tibi myſteriorum ſuorum aduentuſq; notitiam: Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Omnis uallis implebit̄: uſq; ad eum locum ubi ait. Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Habrææ. Homelia. XXII.

Videamus quæ in Chriſti prædicentur aduētu: inter quæ primum de Ioanne ſcribitur. Vox clamantis in deſerto. Parate uiam domini: rectas facite ſemitas eius. Et quod ſequit̄ proprie de domino ſaluatore eſt. Neq; enim a Ioanne omnis uallis impleta eſt:ſed a domino ſaluatore. Seipſum unuſquiſq; cōſideret quis erat anteq̄ crederet:tūc animaduertet uallem humilem: uallem ſe fuiſſe præcipitem:& in ima demerſam. Quando uero uenit dominus Ieſus:& miſit ſpiritum ſanctum uicarium ſuum: uallis omnis expleta eſt. Expleta eſt autem operibus bonis & fructibus ſpiritus ſancti. Charitas non ſinit permanere te uallem. Quod ſi pacem habueris:& ſapientiam: & bonitatem. nō ſolum uallis eſſe deſiſtes:ſed etiam mons eſſe incipies dei. Quod tamen de gētibus quotidie magis fieri uidemus atq; compleri: omnis uallis implebitur: q̄ de populo Iſrael:qui de excelſo depoſitus eſt. Omnis (inqt) mons & collis humiliabitur. Mons erat quondam ille populus:& collis:qui depoſitus eſt atq; deſtructus. Illorum delicto ſalus gētibus data eſt:ad æmulandum eos. Quod & ſi contrarias fortitudines:quæ aduerſus mortales erigebantur:dixeris montes & colles eſſe depoſitos:non peccabis. Vt enim impleantūr huiuſcemodi ualles: humiliādæ ſunt. Sed & hoc quod in aduentu Chriſti prophetatum eſt:utrum expletum ſit contemplemur. Sequitur enim. Et omnia praua erūt indirecta. Vnuſquiſq; noſtrum prauus erat: ſi tñ non & uſq; hodie perſeuerat: & per aduentum Chriſti qui factus eſt ad animam noſtram: praua quoq; directa ſunt. Quid enim tibi prodeſt ſi Chriſtus quondā uenit in carnem:niſi quoq; ad tuam animā uenerit? Oremus ut illius quotidie nobis aduentus fiat: & poſſimus dicere. Viuo autem iam non ego:uiuit autem in me Chriſtus. Si enim Chriſtus uiuit in Paulo:non uiuit in me:qd mihi ꝓderit? Cum autem & ad me uenerit:& fruitus illo fuero:ſicut fruitus eſt Paulus:tunc & ego Paulo ſimiliter loquar. Viuo iam non ego:uiuit uero in me Chriſtus. Cōſideremus ergo cætera:quæ in Chriſti prædicentur aduētu. Nihil te aſperius erat. Vide priſtinos motus tuos: uide iram: & cætera uitia ſi tamen ceſſauerunt eſſe quæ fuerāt: & intelligis nihil te aſperius: & ut ſignificantius loquar: nihil fuiſſe inæqualius. Conuerſatio tua inæqualis erat:& ſermo:& opera inæqualia. Venit ergo dominus meus Ieſus:& exæquauit aſperitates tuas. Incōpoſita quæq; uertit in uias planas:ut fieret in te iter ſine offenſiōe:& leue atq; puriſſimum:graderetur q; in te deus pater:& Chriſtus dominus manſionem apud te faceret:diceretq;. Ego & pater meus ueniemus & manſionem apud eum faciemus. Sequitur. Et uidebit omnis caro:ſalutare dei. Tu quondam caro eras: imo ut mirabilius loquar: cum adhuc in carne ſis uides ſalutare dei. Quid autem ſibi uelit quod dicitur omnis caro:eo ꝙ nulla excipiatur:quæ non uideat ſalutare dei: relinquo intelligendum his qui ſciunt ſcripturarū myſteria. Quænam egredientibus ad baptiſmum Ioānes loquitur attendendum. Si quis uult baptizari:egrediatur. Manens enim in priſtino ſtatu:& mores ſuos:& conſuetudinem non relinquens:nequaq̄ rite ad baptiſmum uenit. Vt autem intelligas quid ſit egredi ad baptiſmum:accipe teſtimonium: & auſculta uerba quibus deus loquitur ad Habraam. Egredere de terra tua:& reliqua. Egredientibus itaq; ad lauacrum turbis:nō egreſſis:ſed tantum egredientibus: Ioannes loquitur quæ ſequuntur. Si enim iam egreſſi fuiſſent:nunq̄ ad eos diceret generatio uiperarum. Quæcūq; igitur ad illos loquitur:ad uos o cathecumini: & cathecuminæ loquitur. Qui diſponitis uenire ad baptiſmum:conſiderate ne forſitan uobis dici poſſit: generatio uiperarum. Sed & illud quod ſequitur:niſi prauitatem:uenenaq; ſerpentum de corde ueſtro expulentis:dicetur ad uos. Quis oſtendit uobis fugere ab ira uentura? Magna huic ſæculo impendet ira: omnis iram dei paſſurus eſt mundus. Tantam uaſtitatem coeli: & latitudinem terræ:& ſtellarum choros:ſplendorem ſolis, & lunæ nocturnæ ſolatia:dei ira ſubuertet. Hæc enim omnia propter hominum peccata tranſibunt. Et olim quidem ſuper omnia tantum in terra uenit ira dei:quia omnis caro reliquerat uiam ſuam ſuper terram:nunc autem & ſuper coelum & ſuper terram uentura eſt ira dei. Coeli pertranſibunt:tu autem permanebis (ad deum dicitur) & omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent. Videte qualis & quāta ira ſit quæ mundum omnem cōſumptura ſit:& puniet eos qui poena digni ſunt:inuenietq; materiā in qua ſe exerceat. Vnuſquiſq; noſtrum ex eo quod geſſit:iræ materiam præparauit. Scđm duritiam enim tuam & impoenitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelatiōis iuſti iudicii dei: dicitur ad Romanos. Deinde ſeqtur. Quis oſtēdit uobis fugere ab ira uentura? Facite ergo fructus dignos poenitentiæ. Et uobis qui uenitis ad baptiſmum dicitur: Facite fructus dignos poenitentiæ. Vultis ſcire qui ſunt fructus poenitentiæ? Charitas fructus eſt ſpiritus: gaudium fructus eſt ſpiritus: pax/patientia/benignitas/bonitas/fides/manſuetudo/continentia:& reliqua huiuſcemodi. Si hæc omnia habuerimus:fecimus fructus dignos poenitentiæ. Rurſum dicitur ad eos qui ad Ioannis baptiſmum ueniebant. Et ne incipiatis dicere intra uoſmetipſos:patrem habemus Habraam. Dico enim uobis: quia poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Habrææ. Prophetat Ioannes nouiſſimus prophetarum expulſionem prioris populi:& uocationem gētium. Illis enim qui de Habraam gloriabantur dicit. Et ne incipiatis dicere in uobiſmetipſis:patrem habemus Habraam. Et de gentibus rurſum loquit̄. Dico enim uobis:quia poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Habrææ. De quibus lapidibus? Non utiq; lapides irrationabiles:corporeoſq; monſtrabat: ſed homines inſenſibiles & quondam duros, Qui quia lapides: & li

gna adorabant: impletum eſt illud quod in pſalmo cantabatur: ſimiles illis fiunt qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Vere qui faciunt idola: & confidunt in eis: ſimiles ſunt diis ſuis: abſq; ſenſu: ſine ulla ratione in lapides: lignaq; conuerſi ſunt. Cum enim tãtum uideant creaturarum ordinem: decorem: officium: tantam mundi pulchritudinem: nolunt de creaturis intelligere creatorē: neq; conſiderant tantæ diſpenſationis aliquam ꝓuidentiam: aliquem eſſe rectorem: ſed ſunt cæci his tantũ oculis mundum uidentes: quibus irrationabilia iumenta/& beſtiæ uident. Non enim animaduertunt in his quæ uident: ratione regali aliquam ineſſe rationem. Hæc propterea: quia Ioannes dixerat. Poteſt deus de lapidibꝰ iſtis ſuſcitare filios Habraæ. Et nos igitur obſecremus deum ut ſi quãdo fuimus lapides uertamur in filios Habraæ pro his filiis qui eiecti ſunt: & repromiſſionem: adoptionēq; ſuo uitio perdiderunt. Vnum teſtimonium adhuc de lapidibus ponã. Siquidem in cantico Exodi ſcribitur. Vertantur in lapides donec pertranſeat populus tuus domine: donec tranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti. Rogatur itaq; deus ut paulisper conuertantur in lapides: hoc enim græcus ſermo ſignificãtius ſonat. ανα λιθοοντυσαν: donec pertranſeat populus Iudæorum. Haud dubium quin poſtq̃ illi tranſierunt: gentes lapideæ eſſe ceſſabunt: & pro duro corde recipient humanum in Chriſto: rationabilēq; naturam: Cui eſt gloria & imperiũ in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt: uſq; ad eum locum ubi ait. Venerunt autē & publicani ut baptizarentur ab eo. Homelia. XXIII.

IOannes illo iam tempore loquebatur. Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Et ſi quidem iam ingrueret conſumatio & temporum finis inſtaret: nulla mihi quæſtio naſceretur. Dicerem enim hoc quod ait. Ecce ſecuris ad radices arboris poſita eſt: & illud. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum præcidetur: & in ignem mittetur: propter ea prophetatum: quia in illo tempore cõplebatur. Cum autem tanta poſt ſæcula fluxerint: & tam innumerabiles anni ab illo tempore uſq; ad præſentem diem tranſierint: quõ ſpiritus ſanctus in propheta dicat. Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt: debemus inquirere. Ego puto iſraelitico populo prophetari: ꝙ præciſio eius uicina ſit. His enim qui egrediebantur ad eum ut baptizarentur: inter cætera loquebatur. Facite fructus dignos pœnitentiæ: & quaſi Iudæis dicebat: ne incipiatis dicere in uobiſmetipſis patrem habemus Habraam. Dico enim uobis quia poteſt deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Habraæ. Hoc ergo quod ait. Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Iudæis loquitur. Cui ſenſui & apoſtolicum illud congruit fractos eſſe ab hac ſecuri infidelitatis ramos: atq; ſucciſos: ut amputaret ex arbore non radicem ſed ea quæ de radice pullularunt: ut in radice priſtinæ arboris: rami poſſint oleaſtri inſeri. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum præcidetur: & in ignem mittetur. Hunc enim finem habet: ut incendio concremetur. Deinde tres ordines inducuntur ſciſcitantium Ioannem ſuper ſalute ſua: unus quem ſcriptura appellauit populos exeuntes ad baptiſma: alius quem publicanos nominat: tertius qui militum appellatione cenſetur. Interrogabant enim turbæ: dicentes. Quid faciemus? Qui reſpondens: ait eis. Qui habet duas tunicas: det ei qui nõ habet. Et qui habet cibos: ſimiliter faciat. Quod quidem: neſcio ſi turbæ conueniat præcipi. Magis enim apoſtolis q̃ uulgo cõgruit: ut qui duas tunicas habet unã tribuat non habenti. Et ut ſcias magis hoc apoſtolis q̃ populis conuenire: audi quid a ſaluatore dicatur ad eos. Neq; duas tunicas tollatis in uia. Duplex itaq; ueſtimentum quo unuſquiſq; ueſtitur: & præcipitur ut alterum tribuat non habenti aliam intelligentiam ſonat. Vult enim nos ſaluator: quõ non habemus duobus ſeruire dñis: ſic nec duas hře tunicas: nec duplici ueſte circũdari: ne ſit unum indumentum ueteris hominis: & alterum noui. E contrario autem cupit ut expoliemus nos ueterem hominem: & induamus nouum. Hucuſq; facilis expoſitio eſt. Porro quæritur: quõ iuxta hanc interpretationē iubeatur nobis: nõ habenti tribuere ueſtimentum. Quiſnam eſt ille qui ne unum quidem indumentum ſuper carnem ſuam habet: qui nudus eſt: qui omnino nulla ueſte coopertus? Neq; uero hoc dico: quo non præcipiatur liberalitas & in pauperes miſericordia. Hyperbolica clementia: ut etiam nudos: altera tunica protegamus. Sed hoc aio ꝙ & profundiorem locus iſte reſpiciat intellectum: & oporteat ei dare tunicã qui omnino non habebat. Quis eſt ergo iſte: qui tunicam non habet? Nempe ille qui penitus deum non habet. Debemus igiť exuere nos: & ei dare qui nudus eſt. Alius habet deũ: alius oĩno non habet: cõtraria uidelicet fortitudo. Et quõ ſcriptum eſt: ut in profundo maris præcipitemus delicta noſtra: ſic proiici oportet a nobis uitia: atq; peccata: & iacere ſuper eum qui eorum nobis cauſa extitit. Et qui habet (inquit) cibum: ſimiliter faciat. Qui habet cibos tribuat non habenti: ut non ſolum ei ueſtimentum: ſed etiã id quod poſſit comedere largiatur. Venerunt autem & publicani baptizari ab eo. Hoc & iuxta ſimplicem intelligentiam docet publicanos nihil amplius quærere: q̃ in lege præceptum eſt. Qui enim plus exegerint: nõ Ioannis mãdatum præuaricant: ſed ſpiritus ſancti qui locutus eſt in Ioanne. Neſcio autem utrum ut ſm αναγωγην: aliud quiddam excellentius ſermo ſignificet: & an debeamus in tali auditorio res tam myſticas prodere: maxime inter eos qui ſcripturarum medullas non introſpiciunt: ſed tantum ſuperficie delectantur. Periculoſum quidem eſt: ſed tamen ſtrictim: breuiterq; tangendum. Cum exierimus a ſæculo: & hæc uita noſtra fuerit cõmutata: erunt quidam in finibus mundi ſedentes: uelut publicanorum officio diligentiſſime præſcrutantes ne quid ſui in nobis inueniant. Videtur mihi princeps ſæculi huius quaſi publicanus eſſe: unde ſcriptum eſt de eo. Venit princeps mundi iſtius: & in me habet nihil. Illud quoq; quod i Apoſtolo legimus. Reddite omnibus debita: cui tributum/tributũ: cui uectigal uectigal: cui honorem honorē: nemini quid debeatis niſi ut inuicem diligatis: ſacrate intelligẽdum eſt. Quãobrem conſideremus ne forte cum nõ habuerimus quod pro uectigali queamus reddere ipſi trahamur ob debitum/ut ſolet apud ſæculi quoq; fieri uectigales: quãdo quis pro debito: ipſe reipublicæ ſeruiturus includitur. Cõplures e nobis: ab iſtiuſmodi publicanis tenendi ſunt. Quos Iacob ille uir ſanctus nõ magnopere formidabat: nec uerebatur: ut de publicanorum uectigalibus in eo aliquid reperiretur.

quid reperiretur. Vnde & audacter ad publicanum illum
loquebatur Laban. Cognoſce ſi quid tuarum rerum eſt
apud me. Super quod: agit teſtimonium ſcriptura dicēs.
Et non cognouit Laban apud Iacob quicq̃. Docet igitur
ſaluator noſter: & ſpiritus ſanctus q loquutus eſt in ꝓphe
tis non ſolum homines: ſed etiam angelos & uirtutes in/
uiſibiles. Quid loquar de Saluatore? Prophetæ quoq; ip/
ſi & apoſtoli: omne quod reſonant: non ſolum homini/
bus: ſed & angelis ꝑdicant. Quod ut ſcias uerum: attende
(inquit) cœlum & loquar. Et in conſpectu angelorum
pſalam tibi. Et laudate dñm cœli cœlorum: & aquæ quæ
ſuper cœlos ſunt laudent nomen dñi. Et laudent eum an
geli: & in oī loco poteſtatis eī⁹ benedic anima mea dño. In
uenies in plurimis locis/& maxime in pſalmis: & ad ange
los ſermonē fieri/data homini poteſtate: ei tamen qui ſpi/
ritum ſanctum habebat & angelos alloquatur. E quibus
unum exemplum ponamus: ut ſciamus angelos quoq; hu/
manis uocibus erudiri. Scriptum eſt in Apocalipſi Ioan/
nis. Angelo Epheſiorum eccleſiæ ſcribere. Habeo aliquid
contra te. Et rurſum. Angelo eccleſie pergami ſcribere. Ha
beo quippiam contra te. Certe homo eſt qui ſcribit ange/
lis & aliquid præcipit. Ego nō ambigo & in cœtu noſtro
adeſſe angelos: nō ſolum generaliter oī eccleſie: ſed etiam
ſingillatim. De quibus ſaluator ait. Angeli eorum: ſemper
uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Duplex hic adeſt
eccleſia: una hominū altera angeloꝝ. Si quid iuxta ratio/
nem: & iuxta ſcripturarum dicimus uoluntatem: lætanſ
angeli: & orant nobiſcum. Et qa præſentes angeli ſunt in
eccleſia: in illa dumtaxat quæ meretur: & Chriſti eſt: ꝓpte
rea orantibus fœminis præcipitur ut habeāt uelamen ſup
caput ꝓpter angelos: uti ꝗ illos qui aſſiſtunt ſanctis: & læ/
tantur in eccleſia. Quos quidem nos quia peccatoꝝ ſordi
bus oculi noſtri oblimiti ſunt non uidemus: ſed uidēt apo
ſtoli Ieſu ad quos loqtur. Amen amen dico uobis: Vide/
bitis cœlum apertum: & angelos dei aſcendentes: & deſcē
dentes ſuper filium hominis. Quod ſi haberem hanc gra
tiam quomodo apoſtoli ſic uiderem: & ſicut Paulus aſpe
xit intuerer: cernerem nunc angeloꝝ multitudinem: quos
uidebat Heliſæus: & Giezi qui cum eo ſteterat non uide/
bat. In metu erat Giezi ne ab hoſtibus caperetur: ſolus He
liſæus uidens. Sed Heliſæus ut prophetes dñi: deprecatur:
& dicit. O dñe aperi oculos pueri iſtus: & uideat: quoniā
multo plures nobiſcum ſunt q̃ cum illis. Et ſtatim ad p̄ce/
ces ſancti uiri: angelos quos prius Giezi nō uidebat ītui/
tus eſt. Hæc idcirco diximus: ut oſtenderemus & publica/
nos doceri a Ioanne: & non ſolum eos qui reipublicæ ue
ctigalibus ſeruiunt: ſed etiam illos qui ueniebant ad pœni
tentiam. Et alii erant a corporalibus publicani: ſicut & alii
milites: qui egrediebantur ad baptiſmum pœnitentiæ. Ve
nit enim non Ioannes & propheta tantum: ſed etiam ipſe
ſaluator: & hoīb⁹ & angelis: & uirtutibus cæteris ſalutarē
pœnitentiam prædicaret: ut in nomine Ieſu omne genu
flectant: cœleſtium/& terreſtrium/& infernorum: & om/
nis lingua confiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus in
gloria eſt dei patris: cui eſt gloria & imperium in ſæcula
ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Ego quidem baptizo uos
aqua: uſq; ad eum locum: ubi ait. Ipſe uos baptizabit ſpiri
tu ſancto & igne. Homelia. XXIIII.

IOannem qui minor erat Chriſto ſuſcepit
populus reputans & cogitās ne forte ipſe
eſſet Chriſtus: eum uero qui maior illo ue/
nerat non ſuſcepit. Vis cauſam ſcire? Co/
gnoſce. Ioannis baptiſma uidebatur: chri/
ſti baptiſmus inuiſibilis erat. Ego enim (inquit) baptizo
uos in aqua: qui autē poſt me uenit maior me eſt: ipſe uos
baptizabit ſpiritu ſancto & igni. Quando baptizat Ieſus
ſpiritu ſancto: & rurſum quando igne baptizat? Nunqđ
uno atq; eodem tempore ſpiritu & igni baptizat: an uario
atq; diuerſo? Vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto: nō
poſt multos hos dies. Baptizati ſunt apoſtoli poſt aſcen/
ſionem eius ad cœlos ſpiritu ſancto. Quod autem igne
fuerint baptizati: ſcriptura non memorat. Sed quomodo
Ioannes iuxta Iordanem fluuium uenientes ad baptiſmū
præſtolabatur: & alios abigebat dicens: generatio uipera/
rum: & reliqua: Porro eos qui cōfitebantur uitia atq; pec/
cata ſuſcipiebat: ſic ſtabit in igneo flumie dominus Ieſus:
iuxta flammeam rumpheam: ut quicunq; poſt exitum ui/
tæ huius qui ad paradiſum tranſire deſiderat: & purgatio/
ne indiget: hoc eum amne baptizet: & ad cupita tranſmit/
tat: eum uero qui non habet ſignum priorum baptiſma/
tum: lauacro igneo non baptizet. Oportet enim prius ali/
quem baptizari aqua & ſpiritu: ut cum ad igneum fluuiū
uenerit: oſtendat ſe & aquæ & ſpiritus lauacra ſeruaſſe: &
tunc mereatur etiam ignis accipere baptiſmum in Chriſto
Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculoꝝ. Amen

¶ De ſuſpitione quam habebat populus de Ioanne: ne
forte ipſe eſſet Chriſtus. Homelia. XXV.

HAbet periculum & dilectio ſi modum tran
ſeat. Debet enim qui aliquem diligit natu/
ras & cauſas conſiderare dilecti: & nō eum
plus diligere q̃ meretur. Nam ſi menſuram
charitatis: modūq; tranſcenderit: & qui dili
git: & qui diligitur in peccato erunt. Quod ut manifeſtius
fiat: ponamus exemplum. Ioannem populus mirabatur:
& diligebat eū. Et reuera erat dignus miraculo: ut plus ei
q̃ cæteris hominibus deferreſ: quia aliter q̃ cuncti morta/
les uixerat. Non omnes ſumus ſimplici contenti cibo: ſed
uarietate delectamur eſcarum. Vnum nobis ad potandū
uinum non ſufficit: uarii guſtus uina mercamur. Ioannes
uero ſemper locuſtis: ſemper ueſcebatur melle ſilueſtri: &
contentus erat ſimplici & tenui cibo: ne corpus illius craſ
ſioribus pulmētis pingueſceret: & exquiſitis dapibus gra
uareſ. Huiuſcemodi quippe naturæ corpora noſtra ſunt:
ut eſcis ſuperfluis aggrauētur: & cum corpus fuerit aggra
uatum: anima quoq; oneretur: quæ per totum diffuſa/
corpus paſſionibus illius ſubiacet. Quāobrem recte præ/
cipitur eis qui obſeruare poſſunt. Bonum eſt nō mandu/
care carnem: neq; bibere uinum: neq; in quo frater tuus
ſcandalizetur. Erat igitur Ioannes uitæ mirabilis: & mul/
tum ab aliorum hominum conuerſatione diuerſus. Non
hēbat ſacculū: nō famulū: non ſaltē uile tuguriū. Morabaſ
in deſerto nō ſolū uſq; ad diē oſtēſionis ſuæ ad iſrael: uerꝫ
eo tp̄e quo pœnitentiam pp̄lo ꝑdicabat erat in ſolitudine
Iudeæ: & aqua ſimplici irrigabaſ: ut & ī potu eēt diuerſus
a cæteris. Nos q uerſamur ī urbibus: q ī medio pp̄loꝝ ſu/
mus: & ueſtes q̃rimus lautiores: & cibos: & habilia. Ille ue
ro q ī heremo morabaſ. Videte quali ueſtimēto īdu⁹ fue/

rit. De pilis camelorum ſibi tunicam fecerat: & zona pelli/
cea cingebatur. Omnia ergo in illo nouerant: & propter
diſſimilitudinem uitæ uniuerſi qui uidebant admirabant
eum: & mirantes ſtudioſiſſime colebant: ſuper omnia ꝙ
pœnitentes in remiſſionem peccatorum baptizat. Quas
ob cauſas diligebant quidem eum iuſtiſſime: ſed non ſer/
uabant in charitate modum. Cogitabāt enim ne forte ipſe
eſſet Chriſtus. Quam inordinatam & irratiōabilem chari
tatem cauens apoſtolus Paulus: de ſemetipſo loquebať.
Timeo autem ne quis de me cogitet ſuper id quod uidet
in me: aut audit ex me: & ne magnitudo reuelationum ex/
tollat me: & cætera. Quod metuens ne etiam ipſe incurrat
nolebat omnia de ſe iudicare quæ norat: ne qs de eo plus
arbitretur eſſe ꝗ cerneret: & menſuram honoris excedēs: di
ceret quod dictū fuerat de Ioanne: quia ipſe eſſet Chriſtus.
Quod quidem nōnulli etiam de Doſitheo ſamaritaꝝ hæ
reſiarcha dixerūt: alii uero de Iuda galilæo. Deniq; in tātā
quidam dilectionis audaciam proruperūt: ut noua quæ/
dam: & inaudita ſuper Paulo monſtra confingerent. Alii
enim aiūt hoc quod ſcriptū eſt ſedere a dextris ſaluatoris:
& ſiniſtris de Paulo: & de Marcione dici: ꝙ Paulus ſedeat
a dextris: Marcio ſedeat a ſiniſtris. Porro alii legētes: mittā
uobis aduocatum ſpiritum ueritatis: nolunt intelligere ter
tiam perſonam a patre & filio: & diuinam ſublimemq; na
turam: ſed apoſtolum Paulum. Nōne tibi omnes uident
plus amaſſe ꝗ expedit: & dum uirtutem uniuſcuiuſq; mirā
tur: dilectionis perdidiſſe menſuram? Quod quidem in
eccleſia patimur. Pleriq; enim dū plus nos diligunt ꝗ me/
remur: hæc iactant & loquuntur ſermones noſtros: doctri
namq; laudantes: quæ cōſcientia noſtra non recipit. Alii
uero tractatus noſtros calumniantes: ea ſentire nos crimi/
nātur: quæ nunquam ſenſiſſe nos nouimus. Sed neq; hi
qui plus diligunt neq; illi qui oderunt: ueritatis regulam
tenent: & alii per dilectionem: alii per odium mentiuntur.
Vnde oportet charitati fræna imponere: & tantū ei uagādi
permittere libertatem: quantum in prærupta non corruat.
Scriptum eſt in eccleſiaſte: Neſcis iuſtus multum: neq; am
pliora cogites: ne forte obſtupeſcas: Quod exemplum ſe/
quēs: poſſum ſimile qd dicere. Ne diligas hominē ex to/
ta aīa tua: & ex tota: uirtute tua. Ne ames āgelū de toto cor
de: de tota aīa: de tota uirtute: ſed ꝓceptū iuxta eloquum ſal
uatoris ſoli ſerua deo. Diliges enim (inquit) dominū deū
tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota uir
tute tua. Reſpondeat mihi aliquis: & dicat. Saluator præ/
cipit diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: &
ex tota anima tua: & ex tota uirtute tua: & proximum tuū
tanꝗ teipſum. Volo diligere chriſtū. Doce ergo me quo/
modo eum diligam. Si enim dilexero eum ex toto corde
meo: & ex tota anima mea: & ex tota uirtute: contra præ/
ceptum facio: ut alterum abſq; uno deo ſic diligam. Sin/
autem minus eum dilexero: ꝗ omnipotentem patrem/ti/
meo ne in primogenitum uniuerſæ creaturæ impius &
prophanus inueniar. Doce me & oſtēde rationem: quo/
modo inter utrūq; medius icedens: diligere debeam chri/
ſtum. Vis ſcire qua charitate chriſtus diligendus ſit? Bre/
uiter auſculta. Diliges dominum deum tuum in chriſto.
Putes diuerſam habere poſſe in patre & filio charitatem?
Simul dilige dominum chriſtum. Dilige patrem in filio:
filium in patre: ex toto corde: & ex tota anima: & ex tota
uirtute. Quod ſi aliquis ſciſcitatur: & dicit: hoc quod aſſe/
ris de ſcripturis proba: audiat apoſtolum Paulum qui ha
bebat rationabilem charitatem loquentem. Certus enim
ſum: quia neq; mors: neq; uita: neq; angeli: neq; poteſta/
tes: nec præſentia: nec futura: nec fortitudo: nec altitudo:
nec ꝓfundum: nec alia creatura poterit nos ſeparare a cha/
ritate dei: quæ eſt i chriſto Ieſu domino ſaluatore noſtro:
Cui eſt gloria & imperium: in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Cuius uentilabrum in ma/
nu eius: & mundabit aream ſuam: uſq; ad eum locum ubi
ait: Et congregabit triticum in horreum. Home. XXVI.

CHriſtus eſt deus: & qui adorant eum in
ſpiritu & ueritate oportet adorař. Deus
quoq; noſter: ignis conſumens eſt. Du
pliciter appellatur deus: & ſpiritus: &
ignis. Iuſtis ſpiritus: ignis peccatorib⁹.
Sed dum & angeli ſpiritus ignisq; di/
cuntur: qui facit (inquit) angelos ſuos ſpiritus: & mini/
ſtros ſuos ignem urentem: angeli ſancti quibuſq; ſunt ſpi
ritus: his uero qui merentur: ad dicunt ignem & feruorem
ſubminiſtrant. Iuxta quem ſenſum: & deus noſter: atq; ſal
uator cum ſit ſpiritus: ignem uenit mittere ſuper terram.
Spiritus: ſcḋm illud quod ſcribitur. Cum autem conuerſus
fueris ad dominum: auferetur uelamen. Et dominus ſpiri/
tus eſt. Ignem autem uenit mittere non ſuper cœlum: ſed
ſuper terram: ut ipſe demonſtrat dicens. Ignem ueni mitte
re ſuper terram: & quid uolo niſi ut iam ardeat? Si enim
conuerſus fueris ad dominum qui eſt ſpiritus: chriſtus ti/
bi ſpiritus erit: & non uenit ignem mittere ſuper terram.
Quod ſi non conuerteris ad eum: ſed habes terram & fru
ctum eius: ignem uenit mittere ſuper terram tuam. Huic
quid ſimile: etiam de deo ſcriptum eſt. Ignis accenſus eſt
furoris eius: non uſq; ad cœlum ſurſum: ſed uſq; ad infer/
num deorſum: & deuorabit nō cœlum: ſed terram & ger
mina eius. Quorſum iſta memoraui? Quia & baptiſmus
quo baptizat Ieſus: in ſpiritu ſancto eſt: & igni. Memini
eorum quæ nuper locutus ſum: nec præterit explanatio
ſuperior: ſed uolo & nouum aliqd inferre. Si ſanctus fue/
ris ſpiritu ſancto baptizaberis: ſi peccator in ignē mergeris
& unum atq; idem baptiſma indignis: & peccatoribus in
condemnationem ignēq; uertetur: his uero qui ſancti ſūt
& tota fide ad dominum cōuertuntur: ſpiritus ſancti gra
tia ſaluſq; tribuenda eſt. Is ergo qui ſpiritu ſancto & igne
dicitur baptizare: habet uentilabrum in manu ſua: & mun
dabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in hor/
reum: paleas autem cōburet igni inextinguibili. Volo inue
nire rationem: quare dominus noſter habeat uentilabrū.
Et ꝙ blando uento leues paleæ huc illucq; rapiantur: gra/
ue uero triticum in unum deferatur locū. Neq; enim abſq;
uento poſſunt triticum & paleæ ſeparari. Aeſtimo tempta
tiones pro uento intelligi: quæ conſuſo credentium acer/
uo: alios paleas: alios triticum eſſe demonſtrat. Cum enim
anima tua fuerit aliqua temptatione ſuperata: non tempta
tio te uertit in paleas: ſed cum eſſes palea/leuis uidelicet &
incredulus oſtendit te eſſe temptatio quod latebas. econ/
trario autem cum fortiter temptamenta toleras: non te
facit fidelem temptatio atq; patientem: ſed uirtutem quæ
in te erat patientiæ: & fortitudinis: & latebat: profert
in medium. Putas enim ait dominus aliter me tibi locu/
tum fuiſſe

tum fuiſſe q̃ ut pareres iuſtus? Et alibi. Afflixi te: & affeci pœnuria: ut manifeſta fierent quæ erant in corde tuo. In hunc modum & tempeſtas non facit ſuper harenam ædificium conſiſtere: ſed ſuper terram. Quæ cum fuerit exorta: id quod ſuper terram fundatum eſt, non euertet. Quod uero ſuper harenam fluctuat: probat illico non bene fuiſſe fundatum. Quapropter anteq̃ oriatur tempeſtas anteq̃ uentorum flabra conſurgant: priuſq̃ intumeſcant flumina: dum adhuc ſilent uniuerſa: omne ſtudium noſtrum ad ædificiorum fundamenta uertamus. Aedificemus domũ noſtram uariis firmiſq; lapidibus præceptorum dei: ut cum perſecutio ſæuierit aduerſus chriſtianos: diruſq; turbo ſurrexerit: oſtendamus nos habere ædificium ſuper petram chriſtum Ieſum. Si quis autem (quod procul abſit a nobis) negauerit: iſte ſciat non ſe illo tempore quo negaſſe uiſus eſt: chriſtum negaſſe: ſed ſemina & radices habuiſſe negandi iam ueteres: tũc uero fuiſſe agnitum quod habebat: & in medium eſſe productum. Oremus igitur dominum ut ſimus ædificium quod tempeſtas nulla ſubuertet: fundatum ſupra petram: per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Cui eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Multa quidem & alia exhortans annũciabat: uſq; ad eum locum: ubi ait. Spiritus ſanctus deſcendit ſuper eum. Homelia.XXVII.

QVi euangelii ſermonem docet: nõ unam tantum nunciat: ſed plurimas. Hoc quippe ſcriptura ſignificat dicẽs. Multa quidem & alia exhortans annũciabat. Itaq; etiam alia quæ ſcripta non ſunt: Ioannes populo prædicabat. Quæ autem ſcripta ſunt conſiderate quanta fuerint quæ annũciauit chriſtum. Monſtrauit enim baptiſmum ſpiritus ſancti: prædicauit publicanis ſalutem: docuit milites diſciplinã: aream purgari: ſuccidi arbores: & cætera quæ euangelii narrat hiſtoria. Exceptis ergo his quæ ſcripta ſunt: etiam illa quæ ſcripta non ſunt annunciaſſe monſtrat: in eo q̃d dicitur. Multa quidem & alia exhortans: annunciabat populo. Et quomodo in euangelio ſm̃ Ioãnem de Chriſto refertur: quia multa & alia locutus eſt: quæ non ſunt ſcripta in libro iſto: quæ ſi ſcriberentur neq; ipſum puta mundum capere potuiſſe libros qui ſcribendi erant: ſic & in præſenti loco intellige: ꝙ forſitan Lucas quoniam maiora quædam a Ioanne annunciabãtur: q̃ ut deberet litteris credi: noluerit ea nominatim dicere: ſed tantum ſignificauerit ꝙ dicta ſint: & idcirco dixiſſe: multa quidem & alia exhortans annunciabat populo. Miremur quidem Ioannem ex his quæ ſequuntur: maxime ꝙ inter natos mulierum maior Ioanne baptiſta nemo fuerit: & in tantam opinionem merito uirtutis aſcenderit: ut a pleriſq; chriſtus putaretur: ſed illud multo mirabilius. Herodes tetrarcha habebat regiam poteſtatem: & poterat eum cum uoluiſſet occidere. Et cum rem feciſſet iniuſtam: & contra lege Moyſi ut uxorem fratris ſui acciperet quæ habebat filiam de priori uiro non eum timuit: non accepit perſonam: nõ cogitauit (ut dixi) regiam poteſtatem non formidauit interitum: ſciebat enim etiam ſi propheta nõ eſſet ꝙ laceſſitus eum poſſet occidere. Hæc igitur uniuerſa cũ noſſet: libertate prophetica corripuit hærodem: & inceſtas nuptias arguit: & ob id clauſus in carcere: non de morte ſollicitus: non de incerto iudicii: ſed in uinculis de Chriſto quem annunciauerat, cogitabat. Et quia ipſe ad eum ire nõ poterat: mittit diſcipulos ſuos ſciſcitantes. Tu es qui uenturus es: an aliũ expectamus? Animaduertis: ꝙ & in carcere docuerit. Vnde enim & in illo loco diſcipulos haberet: & quam ob cauſam ibidem per ſe erudiebat. Inter quæ etiam cum de Ieſu orta eſſet quæſtio: mittit ex diſcipulis & interrogat. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Reuertuntur diſcipuli: & nunciant magiſtro: quæ ſaluator iuſſerat nunciari: cuius uerbis Ioãnes armatus ad prœlium confidenter emoritur: & libenter capite truncatur: ipſa uox domini uoce firmatus uerum eſſe dei filium quem credebat. Hæc de Ioanne & libertate eius: & herodis inſania: qui ſuper multa ſcelera etiam hoc addidit ut Ioannem primum carcere clauderet: & poſtea decollaret. Quia uero dominus baptizatus eſt: & cœli aperti ſunt: & ſpiritus ſanctus deſcendit ſuper eum: uoxq; de cœlis intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui: dicendum eſt in baptiſmo Ieſu: cœlum eſſe reſeratum: & ad diſpenſationem, remiſſionẽq; peccatorum: non illius qui peccatum non fecerat: neq; inuentus eſt dolus in ore eius: ſed totius mundi apertos eſſe cœlos: & ſpiritum ſanctum deſcendiſſe ut poſtq̃ dominus aſcendiſſet in excelſum: & captiuam duxiſſet captiuitatem: tribueret nobis ſpiritum qui ad ſe uenerat: quẽ quidem dederat & reſurrectiõis tempore dicens. Accipite ſpiritum ſanctum. Si cui dimiſeritis peccata dimittentur eis: ſi cui tenueritis: tenebũtur. Deſcendit autem ſpiritus ſanctus ſuper ſaluatorem in ſpecie columbæ: auis manſuetæ, innocentis, & ſimplicis. Vnde & nobis præcipitur: ut imitemur innocentiam columbarum. Talis eſt ſpiritus ſanctus: mundus & uolucris, & ſublime conſurgens. Quãobrem orantes dicimus. Quis dabit mihi pennas ut columbæ & requieſcam? id eſt: quis dabit mihi pennas ſpiritus ſancti? Et in alio loco ſermo propheticus pollicetur. Si dormieritis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora dorſi eius in uirore auri. Si enim inter medios cleros ueteris & noui teſtamenti requieuerimus: dabuntur nobis pennæ columbæ deargentatæ: id eſt ſermones dei: & poſteriora eius auri fulgore & uirore radiantia: ut ſenſus noſter ſpiritus ſancti ſenſibus compleatur: id eſt ſermo & mens illius compleatur aduentu: & nec loquamur aliquid nec itelligamus: niſi quod ille ſuggeſſerit: ſed omnis ſanctificatio tam in corde q̃ in uerbis: & in opere: a ſancto ſpiritu ueniat in Chriſto Ieſu: Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De genealogia ſaluatoris: eo ꝙ in Matthæo & in Luca diuerſi eius referantur auctores. Homelia.XXVIII.

DOminus noſter atq; ſaluator: qui multorũ ſaluator cuius generationem ſcriptura non docuit: quæ melior fuit: nunc ſm̃ patrum ordinem natus eſſe deſcribitur. Et cum diuinitas eius non ſubiaceat exordio: propter te qui ortus in carne es naſci uoluit: & tamen non æque ab euangeliſtis natiuitatis eius ordo narratur. Quæ res non nullos plurimũ cõturbauit. Matthæus enim icipiẽs natiuitatis illius ſeriem texere ab Habraam uſq; ad id peruenit ut diceret xp̃i autẽ Ieſu generatio ſic erat: & deſcribit non cum

qui baptizatus eſt: ſed qui uenit in mundum. Lucas uero exponens natiuitatem eius: non a ſuperioribus ad inferiora deducit: ſed cum baptizatũ ante dixiſſet: uſq; ad ipſum peruenit deum. Nec eædem perſonæ ſunt in generatione eius: quando deſcendere dicitur & quando conſcendere. Qui enim fecit eum cœlis tibi deſcendẽtẽ: mulieres non quaſlibet: ſed peccatrices: & quas ſcriptura repræhenderat introducit: qui uero baptizatum narrat: nullius facit mulieris mẽtionem. In Matthæo ergo ut diximus nominatur Thamar: quæ cum ſocero fraude cõcubuit: & Ruth moabitis nec de genere iſrael: & Raab: quæ unde ſumpta ſit ſcire nequeo: & coniunx Vriæ quæ uiolauit mariti thorum. Quia enim dominus noſter atq; ſaluator ad hoc uenerat: ut hominum peccata ſuſciperet & eum qui non fecerat peccatum: pro nobis peccatum fecit deus: ꝑpterea deſcendens in mundum aſſumpſit peccatorum hominum: uitioſorũq; perſonam: & naſci uoluit de ſtirpe Salomonis: cuius pctã cõſcripta: & Roboã cuius delicta feruntᷣ: & de cæteris e qbus multi fecerũt malũ in cõſpectu dei. Quãdo uero de lauacro cõſcẽdit: & ſcd̃s ordo eſſe deſcribitᷣ: nõ ꝑ Salomonẽ: ſed ꝑ Natham naſcitur: q eius arguit patrẽ ſup Vriæ morte ortuq; Salomonis. Sed in Matthæo ſemper generationis nomen adiungitur: hic uero penitus ſiletur. Scriptum eſt enim ibi: Habraam genuit Iſaac: Iſaac genuit Iacob: Iacob genuit Iudam/ & fratres eius: Iudas genuit Phares: & Zaram de thamar: & uſq; ad finem genuit ſemper apponitur. In Luca uero ubi de lauacro conſcendit Ieſus filius dicitur: ſicut putabatur filius Ioſeph: & in tam multa ſerie nominum: excepto ꝙ putabatur filius Ioſeph generationis nomen aſcriptum non eſt. In Matthæo non eſt ſcriptum incipiebat: hic uero quia de baptiſmate conſcenſurus erat: incipiebat legitur: ſcripta referente. Et ipſe erat Ieſus incipiens. Quando enim baptizatus eſt: & myſterium ſecũdæ generationis aſſumpſit: ut tu quoq; priorem natiuitatem deſtruas: & in ſecunda regeneratione naſcaris: tunc dicitur incœpiſſe. Et quõ populus iudæorum quando erat in ægypto non habebat initium menſium: quãdo uero regreſſus eſt ex ægypto tunc dicitur ad eum: menſis iſte initium menſium primus erit uobis de menſibus anni: ſic qui necdum eſt baptizatus: nec cœpiſſe narratur. Nec enim fruſtra additum putemus: ad id quod dicitur ipſe erat Ieſus: quod ſequitur incipiens. Sed & qd̃ ait quaſi annorum triginta. Conſiderandum: Ioſeph triginta annorum erat quando dimiſſus e uinculis: & interpretatus ſomnium Pharaonis ægypti effectus eſt princeps: ubertatiſq; tempore triticum congregauit: ut famis tempore haberet quid diſtribueret. Ego puto ꝙ triginta anni Ioſeph: in typo triginta annorum præceſſerint ſaluatoris. Iſte enim Ioſeph non tale triticum congregauit, quale in ægypto ille Ioſeph: ſed triticum uerũ: atq; cœleſte: ut tempore ubertatis tritico congregato haberet quod diſtribueret: cum fames eſſet miſſa in ægyptum: non fames panis: neq; ſitis aquæ: ſed fames audiendi ſermonem dei. Congregat de prophetis: de lege: de apoſtolis: uerba abundantiæ: unde quando iam non ſcribuntur libri: nec nouum aliquod conficitur inſtrumentum: nec mittuntur ab apoſtolis ea quæ ab Ieſu in horrea apoſtolorum fuerant comportata: hoc eſt in animas eorum: omniũq; ſanctorum: tunc diſtribuat & nutriat ægyptum famæ periclitantem: maximeq; fratres: de quibus ſcribitur. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ cantabo te. Habẽt & alii homines uerba patientiæ: uerbaq; iudicii: & reliquarũ uerba uirtutum: hoc eſt triticum: quod Ioſeph ægyptiis diſtribuit. Sed aliud eſt frumentum quod fratribus id eſt diſcipulis ſuis diſtribuit de Ieſſen terra de ea quæ ad orientẽ reſpicit: triticum euangelicum: triticum apoſtolicum. De hoc tritico debemus panes facere: ita tamen ut non commiſceatur ueteri fermento: habeamuſq; panem nouum de ſcripturarum tritico: farinãq; comolitam in Chriſto Ieſu: Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptũ eſt. Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto reuerſus eſt: & de temptatiõe eius prima. Ho. XXIX.

QVando legis in euangelio: Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto reuerſus eſt: & in actibus apoſtolorum ubi dicitur ꝙ repleti fuerint ſpiritu ſctõ. uide ne æquales putes eſſe apoſtolos ſaluatori: ſed & Ieſum: & apoſtolos: & alium quẽlibet ſanctorũ plenos ſpiritu ſancto cognoſce: ſm menſuram uaſculi ſui: & quomodo (uerbi gratia) ſi uolueris dicere hæc uaſa plena ſunt uino uel oleo: non ſtatim iudicas ꝙ æquali menſura pleni ſint: ſiqdem aliud ſextarium capere poteſt: aliud urnam: aliud amphoram: eodem modo & Ieſus & Paulus pleni erant ſpiritu ſancto: ſed multo uas Pauli minus erat uaſe Ieſu: & tamẽ erat ſm menſuram ſuam utrũq; completum. Accepto itaq; baptiſmo: ſaluator plenus ſpiritu ſancto qui ſuper eum in ſpecie columbæ de cœlis uenerat: ducebatᷣ a ſpiritu. Quia enim quotquot ſpiritu dei ducuntur: hi filii ſunt dei: iſte autem extra omnes proprie filius dei erat: ideo & ipſum oportebat ſpiritu ſancto duci. Siquidem ſcriptum eſt. Ducebatur autem in deſertum a ſpiritu. Quadraginta diebus temptatur Ieſus: & quæ fuerint temptamenta neſcimus. Quæ ideo forſitan prætermiſſa ſunt: quia maiora erant q̃ ut litteris crederentur. Et ſi ſic oportet dicere ſicut mũdus capere non poterat omnes libros ſi ſcripta fuiſſent quæ fecit & docuit Ieſus: ſic quadraginta dierum temptationes quibus temptatus eſt dominus a diabolo mundus ferre non poterat ſi ſcriptura docuiſſet. Sufficit nobis hoc tñ ſcire ꝙ quadraginta diebus in deſerto fuerit & temptabatur a diabolo: & nõ comederit quicq̃ in diebus illis. Mortificabat enim ſenſum carnis iugi continuoq; ieiunio. Et cum completi fuiſſent dies eſuriit. Dixit autem ei diabolus. Si filius dei es: dic lapidi huic ut panis fiat. Dic (inqt) lapidi huic. Cui lapidi? utiq; monſtrabat diabolus quem uult panem fieri. Quænã eſt iſta temptatio ut rogato patre a filio panem: nec lapidem (quod ne ipſe quidem aduerſarius uoluit uerſipellis) fallax det lapidem pro pane: hoc eſt enim quod diabolus uoluit ut lapis panis fieret: & non potius ut non in panem lapidem: ſed hominem in lapidem uerteret: quem diabolus pro pane monſtrauerat? Ego puto ꝙ uſq; hodie lapidem diabolus oſtendat: & hortetur ſingulos ad loquendum. Dic ut lapis iſte panis fiat. Omni tẽptatiõe qua tẽptandi erant hoies: primus ſm aſſumptionẽ carnis tẽptatus eſt dñs. Tẽptatᷣ aũt ob id ut nos quoq; illo uincẽte uincamus. Obſcurũ fit forte qd̃ dico: niſi manifeſtius exemplo fiat. Si uideris hæreticos dogmatum

dogmatum ſuorũ mendacium pro pane comedere: ſcito lapidem eorum eſſe ſermonem: quem mõſtrat diabolus. Neq; uero æſtimes unum eum habere lapidem: habet plures lapides: de quibus a Matthæo introducitur loquens. Dic ut lapides iſti panes fiant. Dixit & Marcion: & lapis diaboli ei factus eſt panis. Dixit Valentinus: & alius lapis ei eſt uerſus in panem. Habuit & Baſilides eiuſmodi: & cæteri hæretici. Vnde ſollicite prouidendum: ne forte diaboli lapidem comedẽtes: putemus pane ueſci dei. Alioquin quæ erat temptatio de lapide panem fieri: & a ſaluatore comedi? Fingamus enim quod diabolo ꝓponẽte dominus lapidem in panem uerterit: & id qđ uirtute ſua ipſe fecerat comederit: & ſatiarit eſuriem. Quænam eſſet iſta temptatio: quæ uictoria diaboli ſi hæc ſimpliciter ſcriberent: q̃ ut diximus ratione perſpecta: & temptationem oſtendunt fuiſſe ſi fierent: & uictoriam quod contempta ſunt fieri? Simulq; monſtratur iſtum panem qui de lapide fiat nõ eſſe uerbum dei quod paſcit hominem: de quo ſcriptum eſt: non in pane ſolo uiuit homo: ſed in omni uerbo quod egreditur per os dei uiuet homo. Reſpõdeo tibi o uerſipellis: & neq̃ qui me temptare nõ metuis. Alius eſt panis: ſermo dei qui uiuificat hominem. Simulq; uideamus ꝙ hæc loquatur non filius dei ſed homo quem filius dei dignatus eſt aſſumere. Quaſi de homine enim reſpondet: & dicit. Scriptum eſt. Non in pane ſolo uiuit homo. Ex quo manifeſtum: non deum: ſed hominem fuiſſe temptatum. Scripturæ ſenſum diligenter euentilans: reor inuenire me cauſam quare Ioannes temptationem dñi nõ deſcripſerit: ſed tantũ Matthæus/Lucas/& Marcus: Ioannes enim qui a deo exordium fecerat dicens: in principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum: nec poterat diuinæ generationis ordinem texere: ſed tantummodo qđ ex deo: & cum deo eſſet expreſſerat: adiecit: & uerbum caro factum eſt. Porro quia deus temptari non poteſt (de quo ei erat ſermo) ideo temptari illum a diabolo non introducit. Quia uero liber generationis Ieſu Chriſti de eo in Matthæi euãgelio narratur: & in Luca generatio eius deſcribitur: & in Marco homo eſt qui temptatur: propterea eius fertur ſimile reſponſum non in pane ſolo uiuit homo. Si igitur filius dei deus: pro te homo factus eſt & temptatur qui natura homo es nõ debes indignari ſi forte tempteris. Quod ſi temptatus illum imitatus qui pro te temptatus eſt: & omne uiceris temptamentum: habebis ſpem cum eo qui tunc homo fuit: nunc autem homo eſſe ceſſauit. Nam ſi qui quõdam homo erat: poſtq̃ temptatus eſt: & receſſit ab eo diabolus uſq; ad tempus mortis: a mortuis reſurgens ultra non morietur: omnis autem homo morti ſubiacet: iſte ergo qui nequaq̃ moriturus iam nõ eſt homo: ſed deus eſt. Si autem deus eſt qui quõdam homo fuit: & oportet te ſimilem fieri: quando ſimiles eius fuerimus: & uiderimus eũ ſicuti eſt: te quoq; neceſſe erit deum fieri in Chriſto Ieſu: Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorũ. Amen

Temptatio ſaluatoris ſecunda. Homelia. XXX.

Tam filio dei: q̃ antichriſto regnãdi ſtudium eſt. Sed antichriſtus regnare deſiderat. ut occidat quod ſibi ſubiecerit: chriſtus ad hoc regnat ut ſaluet. Et unuſquiſq; noſtrum ſi fœlix eſt/regnat a xp̃o: ſermone: ſapia: iuſtitia: ueritate. Si aũt amatores uoluptatis ſumus magis q̃ amatores dei: regnamur a peccato: de quo Apoſtolus loquitur. Non ergo regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore. Duo igitur reges: certatim regnare feſtinant. Peccati rex peccatoribus diabolus: iuſtitiæ rex iuſtis chriſtus. Sciensq; diabolus ad hoc ueniſſe chriſtum ut regnum illius tolleret: & hi qui ſub eo erant: inciperent eſſe ſub chriſto: oſtendit ei oĩa regna mũdi: & hoium hui9 ſæculi: quomodo alii regnentur a fornicatione: alii ab auaritia illi populari capiantur cura: hi formæ capiantur illecebris. Neq; uero arbitrandum eſt ꝙ regna ei mundi oſtendens: perſarum (uerbi gratia) regnumq; indorum monſtrauerit: ſed oſtendit ei omnia regna mundi: id eſt regnum ſuum quomodo regnaret in mundo: ut cohortans eum facere qđ uolebat inciperet etiã chriſtum habere ſubiectum. Vis (inquit) in hominibus his regnare? Oſtẽdit innumerabiles hoium multitudines: q̃ ſuo tenebantur imperio. Et reuera ſi miſeriam & infœlicitatem noſtram ſimpliciter uolumus confiteri: pene totius mundi rex diabolus eſt. Vnde & prīceps iſtius ſæculi a ſaluatore uocatur. Quod ergo dicit. Vides hos homines qui ſub meo regno ſunt: & oſtendit ei in puncto tẽporis: hoc eſt in præſenti temporũ curſu qui ad comparationẽ æternitatis puncti inſtar obtinet. Neq; enim neceſſariũ habuit ſaluator: ut ei dignitates ſæculi iſtius & negocia mõſtrarentur. Statim ut aciem luminum ſuorum ad cõtemplandum uertit: & peccata regnãtia: & eos qui regnarent a uitiis conſpexit: & ipſum principem ſæculi diabolum ſuꝑuenientem: atq; gaudentem in propriam perniciẽ: ergo tantos ſub ſuo habebat imperio. Dicit ergo ad dominũ diabolus. Ideo uenisti ut aduerſus me dimices: & tollas de imperio meo quos nunc ſubiectos habeo. Nolo contẽdas: nolo nitaris: ne habeas ullam in certando moleſtiam. Vnum eſt quod precor. Procidens adora me: & accipe regnum omne quod teneo. Verum dñs noſter atq; ſaluator uult quidem regnare: & oẽs gentes ſubiectas eſſe: ut ſeruiant iuſtitiæ: ueritati: cæteriſq; uirtutibus. Sed uult regnare quaſi iuſtitia/ut abſq; labore regnet: ut nihil faciat indecorũ & non uult abſq; labore ſubiectos diabolo coronari: nec ſic regnare cæteris: ut ipſe regnetur a diabolo. Vnde loquitur ad eum Ieſus. Scriptum eſt. Dominũ deum tuũ adorabis: & ipſi ſoli ſeruies. Hos (inquit) omnes propterea uolo mihi eſſe ſubiectos: ut dominum deum adorẽt: et ipſi ſoli ſeruiant. Hæc eſt cupido regni mei. Tu autem a me uis incipere peccata quæ diſſoluturus ueni: quæ etiam a cæteris auferre deſidero. Scito atq; cognoſce me in hoc manere quod dixi ut adoretur dominus deus ſolus: & hos omnes ſub meam faciam poteſtatẽ: meoq; regno ſubiciam cui gaudeamus nos quoq; eſſe ſubiectos: & deprecemur dominum ut regnans peccatum in corpore noſtro mortificet: & regnet nobis ſolus Chriſtus Ieſus: Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De tertia temptatione ſaluatoris. Homelia. XXXI.

Scrutamini ſcripturas: ut & in his quæ putãtur eſſe ſimplicia: reperiatis non minima ſacramenta. Scrutemur principium euangelicæ lectionis: quotquot hodie audiuimus & id quod latebat: ꝓcedit ĩ mediũ. Adduxit aũt diabolus Ieſum ĩ hieruſalẽ. Hoc ĩcredibile ẽ: ut diabolus duceret filiũ dei: & ille ſequeret. Seq̃baẽ plane q̃ſi athleta ad tẽptationẽ ſpõte pro

ſiciſcens. Nõ formidabat temptantem: neq; inſidias calliddiſſimi pertimeſcebat inimici: & quodãmodo loquebať. Duc quo uis: tempta ut placet. Ad temptandum ſponte me tribuo: ſuſtineo q̃ ſuggeſſeris. Præbeo me: in qbuſcunq; temptaueris: inuenies me in omnibus fortiorem. Adduxit ergo eum in Hieruſalem: & poſuit ſupra pinnã templi: & dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorſum. Adduxit eum in culmen ad ſummitatem templi: & hortatur ut ſe inde præcipitet. Quod cum ille fraudolenter proponeret: & ſub obſtentatione gloriæ niteretur dicebat ſaluator. Scriptum eſt: non temptabis dominum deum tuum. Simulq; cõſidera: quomodo temptet diabolus. Non aliunde temptare audet: niſi de diuinis libris: & de pſalmis ſumens teſtimonium ait. Si filius dei es: mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: quia angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollẽt te: ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Vnde tibi diabole hoc ſcire ꝙ iſta ſcripta ſunt? Nunquid legiſti prophetas: uel diuina eloquia cognouiſti? Licet tu taceas: ego pro te reſpondebo. Legiſti non ut ipſe ex lectione ſanctorũ melior fieres: ſed ut ſimplicitate eos qui amici ſunt literæ interficias. Scis quia ſi de aliis ei uoluminibꝰ loqui uolueris non decipies: neq; habere poterunt auctoritatem aſſertiones tuæ. Sic legit ſcripturas Marcion ut diabolus: ſic Baſilides: ſic Valentinus: ut cum diabolo dicerẽt ſaluatori. Scriptum eſt: quia angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Si quando teſtimonia de ſcriptura audieris: uide ne ſtatim loquenti acquieſcas: ſed cõſidera illum cuiꝰ ſit ac cuius ſententiæ: cuius ſit uoluntatis: ne forte ſimulet ſanctum ſe eſſe quod non eſt: & ueneris infectꝰ hæreſos: ſub uis pelle lupus latitet: ne forte loquatur in eo diabolus de ſcripturis. Quomodo aũt diabolus per occaſionẽ temporum de ſcripturis loquitur: ſic econtrario Paulus pro utilitate eorum qui audiunt: nõ ſolum de ſcripturis: ſed etiam de ſæcularibus libris aſſumit teſtimonium: & ait. Cretenſes ſemper mendaces: malæ beſtiæ: uentres pigri. Et rurſum de alio. Ipſius enim & genus ſumus. Necnon & de comico. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Sed neq; diabolus ſi de ſcripturis loquutus fuerit: poterit me hac occaſione decipere: neq; Paulus ſi de gentilibus litteris aliquod exemplum ſumpſerit: quoquo modo me eloquio deterrebit. Ideo enim aſſumpſit Paulus uerba ẽt de his quæ foris ſunt: ut ſanctificet ea. Videamus ergo qđ de ſcripturis diabolus loquatur ad dominum. Scriptum eſt enim. Angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vide quomodo & in ipſis teſtimoniis uerſipellis eſt. Vult enim ĩminuere gloriam ſaluatoris: quaſi angelorum indigeat auxilio: offenſurus pedem: niſi eorum manibus ſubleuetur. Aſſumit teſtimonium & interpretatur illud de chriſto quod non de Chriſto ſed de ſanctis generaliter ſcriptum eſt. Libere quippe & tota confidentia contradico diabolo ſuper Chriſti perſona hoc non poſſe intelligi. Neq; enim indiget angelorum auxilio: qui maior angelis: & melius ipſis hæreditatem conſecutus: & nomen. Nulli unq̃ angelorũ dixit deus filius meus es tu: ego hodie genui te. Ad nullum eorum quaſi ad filium loquutus: qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem urentem: ſed ad filium proprie ſuum de quo innumerabilia loquitur in prophetis. Nõ indiget inquam angelorum auxilio filiuſ dei. Quin potius diſce diabole: ꝙ niſi Ieſus adiuuerit angelos: offendẽt pedem ſuum. Et ſi quis angelorum uiſuſ eſt offendere: de quibus dudum lectum eſt: quia angelos iudicabimus: ideo offendit: quia non extendit manũ ſuã ad Ieſum: ut appræhenſus ab eo non offenderet. Quando enim in propria uirtute confidens non inuocas præſidium Ieſu, offendis: & credere in Ieſum Chriſtum filium dei noluiſti. Vt autem ſcias ꝙ male interpretatus eſt: & nõ de Chriſto: ſed de ſanctis intelligi quæ ſequantur: auſculta. A ruina & dæmonio meridiano non Ieſum Chriſtum liberat deus: ſed ſanctos. Lege nonageſimum pſalmum: cuius principium eſt: Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione dei cœli cõmorabitur: & inuenies hæc magis iuſto uiro q̃ dei filio conuenire: cadent a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit: uerumtamen oculis tuis uidebis: & retributionem aſpicies peccatorum: & reliqua: ſuper perſonam iuſti interpretans. Sed & ſic quoq; peruerſe afferens diabolus teſtimonia: ut aſſereret ſuper ſaluatore intelligi: ſilet & tranſit uerſiculos: qui contra ſe ſcripti ſunt. Cum enim dixiſſet angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ tacuit illud quod ſequitur. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonẽ: & draconẽ. Quare diabole ſiles: niſi ꝙ tu es baſiliſcus: tu es oium ſerpentiũ regulus: nocẽtiora hñs uenena q̃ cæteri? Qui ſtatim ut uideris aliquẽ interficis: & aliam fortitudinem cõtrariam ſociam tui aſſumis quæ aſpis appellatur: & uiro iuſto ſubiecta eſt: & iccirco omnia taces. Tu es draco: tu es leo: de qbus ſcribitur. Super aſpidem & baſiliſcum calcabis: & conculcabis leonem & draconem. Sed licet tu taceas: nos qui ſcripturas rectius legimus: ſcimus habere nos poteſtatem conculcandi te: & datam nobis hanc ditionem: non ſolum in ueteri teſtamento ſicut nunc cantatur in pſalmo: ſed etiam in nouo: ſaluatore dicente. Ecce do uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiões & omnem uirtutem inimici: & nihil uobis nocebunt. Sumamus arma tanta poteſtate firmatis & uniuerſa faciamus: ut per cõuerſationem noſtram leonem conculcemus: & draconem. Porro ut ſcias quomodo conculcetur leo: & conteratur draco Pauli epiſtolam lege: in qua aſſerit conculcari peccatores filio dei. Sicut ergo qui peccator eſt conculcatur filio dei: ſic ecõtrario qui iuſtus eſt conculcat leonem & draconem: & omnem uirtutem inimici cõculcat in nomine Ieſu Chriſti: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Reuerſus eſt Ieſus in uirtute ſpiritus: uſq; ad eum locum ubi ait. Et omnium oculi erãt in ſynagoga intendentes in eum. Homelia. XXXII.

PRimum qdem Ieſus plenus ſpiritu ſancto reuerſus eſt a Iordane: & agebatur in ſpiritu in deſerto diebus quadraginta. Cũ temptaretur a diabulo: quia adhuc ui certaturus erat aduerſus eum: & ſemel & bis: non cũ additamento aliquo ſpũs poniť. Quãdo uero tres tẽptationes quas ſcriptura cõmemorat pugnando ſuparuit: qđ de ſpiritu ſignanter: cauteq; ponať ait. Et reuerſus ẽ Ieſus ĩ uirtute ſpũs. Virtus addita ẽ: qa cõculcauerat draconẽ & tẽptatorẽ cõminus uicerat. Reuerſus eſt ergo Ieſus in

uirtute

uirtute ſpiritus in galilæá terrá:et fama exiit p oém regio/
nem de eo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorum:& glorifi
cabatur ab omnibus. Caue ne beatos illos tantú iudices:
& te arbitreris priuatum eſſe doctrina. Si uera ſunt/quæ
ſcripta ſunt:non ſolum tunc in congregationibus iudeo/
rum:ſed & hodie in hac congregatiõe dñs loquit. Et nó
ſolum in hac:ſed etiam in alio coetu:& in toto orbe do/
cet Ieſus: quærens organa per quæ doceat: Orate:ut me
quoq; compoſitum ad canédum aptumq; repperiat. Si/
cut enim quærit omnipotens deus pphetas eo tempore
quo prophetia mortales indigent:& inuenit (uerbi grá)
Eſaiam/Hieremiam/Ezechielé / Danielé:ſic quærit Ieſus
organa p quæ doceat ſermonem ſuum:uel erudiat popu
los i ſynagogis eorum:& glorificetur ab omnibus. Núc
magis glorificatur ab omnibus Ieſus: q̃ illo tpe quo tñ
in una prouincia cognoſcebatur. Deide uenit Nazareth:
ubi nutritus fuerat:& ingreſſus iuxta moré in ſynagogá
die ſabbatorũ ſurrexit legere: & datus eſt ei liber pphetæ
Eſaiæ. Et reuoluens librum: inuenit locú ubi erat ſcriptú.
Spiritus dñi ſuper me:propter qd unxit me. Nõ fortuitu
reuoluit librum:& apud ſe uaticinãs reperit lectiones ſed
& hoc prouidentiæ dei fuit. Sicut enim ſcriptum eſt: in la
queum non cadit paſſer ſine uoluntate patris:et quia ca/
pilli capitis apoſtolorum omnes numerati ſunt:ſic forſi/
tan & hoc q Eſaiæ potiſſimum liber inuentus eſt: & le/
ctio non alia:ſed hæc quæ Chriſti myſterium loquebatur
ſpiritus domini ſuper me:propter qd unxit me. Chriſtus
eſt enim qui iſta commemorat. Non ut libet & caſu eue/
niſſe arbitrandum eſt:ſed prouidentia & diſpenſatione
dei. Quæ ſunt igitur quæ in propheta loquebatur.& po
ſtea de ſe ipſe in ſynagoga perſonet:contemplemur. Euan
gelizare (ait) pauperibus miſit me. Puperes: nationes
ſignificant. Illi enim erant pauperes:nihil omnino poſſi/
dentes. Non deum: non legem: non prophetas: non
iuſtitiam:reliquaſq; uirtutes. Ob quam cauſam miſit eum
deus:ut pauberibus nunciaret prædicare captiuis remiſſio
nem. Captiui nos fuimus:quos tantis annis uixerat ſa/
thanas:habés captiuos ſibiq; ſubiectos. Venit Ieſus prædi
care captiuis remiſſionem:& cæcis:ut uiderent. Sermone
quippe/& prædicatione doctrinæ eius:cæci uident. Præ/
dicatio ergo intelligatur non ſolum ſup
captiuis:ſed etiam ſuper cæcis. Emittere confractos in li/
bertatem. Quid ita fractum: atq; conſiliú fuit: ut homo
qui a Ieſu dimiſſus eſt;& ſanatus. Prædicare annum dñi
acceptú. Iuxta ſimplicem intelligentiam aiunt uno áno
ſaluatorem i Iudæa euágelium prædicaſſe:& hoc eſſe qd
dicitur:prædicare annum domini acceptum:& diem retri
butionis:niſi forte quidam ſacramenti in pdicatione áni
domini diuinus ſermo ſignificat. Futuri ſunt eni alii dies:
non tales quales nunc in mundo cernimus:& méſes alii:
& chalédarum ordo diuerſus. Sicut igitur iſta alia ſic an/
nus domini futurus eſt placens. Iſta autem omnia prædi
cta ſunt: ut poſt uiſionem ex cæcitate:poſt libertatem ex
uinculis:poſt ſanitaté a diuerſis ulneribus ueniamus ad
annum dñi acceptú. Cum enim hæc legiſſet Ieſus inuol
uens librum:reddidit miniſtro & ſedit:& omnium oculi
erát in ſynagoga attendentes in eú. Et núc ſi uultis in hac
ſynagoga:coetu q; poſſunt oculi ueſtri attendere ſaluatoré
Cú enim principalem cordis tui dextris aciem ad ſapiétiá
& uirtutem/deiq; unigenitum contemplandum:oculi tui
intuentur Ieſum. Beata congregatio:de qua ſcriptura teſta
tur:quod omnium oculi erant attédentes in eum. Quam
uellem iſtum coetum ſimile habere teſtimonium: ut om/
nium oculi:& cathecuminorum/& fidelium:& mulierú:
& uirorum:& infantium non corporis oculi:ſed animæ:
aſpicerent Ieſum. Cum enim reſpexeritis ad eum de lumi
ne eius:& intuitu clariores ueſtri uultus erút: & dicere po
teritis:ſignatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine:
cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Vtiq; dicitis mihi parabolam
iſtam & cætera uſq; ad eum locum ubi ait:Sed nullus eo/
rum mũdatus eſt:niſi Naaman ſyrus. Home. XXXIII.

IN capharnaum quantum ad lucem hiſto/
riæ pertinet necdum moratus eſt Ieſus:nec
aliquod in ea ſignum feciſſe deſcribitur:
quippe in qua non fuit. Porro anteq̃ ueni/
ret in capharnaum:in patria ſua (hæc eſt in
nazareth) fuiſſe ſignat. Vtiq; dicitis mihi parabolam iſtá.
Medice cura teipſum. Quæcúq; audiuimus facta in ca/
pharnaum: fac & hic in patria tua. Vnde puto aliquid in
ſermone præſenti latitare myſterii:& nazareth in typo iu/
dæorum:capharnaú in typo præceſſiſſe gentium. Sciens
itaq; Ieſus q non haberet in patria ſua honorem: nec ipſe:
nec pphetæ:nec apoſtoli:noluit ibi prædicare:ſed prædi/
cauit in gentibus:ne ſibi a patriæ ſuæ hominibus dicere/
tur. Vtiq; dicitis mihi parabolam iſtam. Medice cura teip/
ſum. Erit enim tempus: quando dicturus ſit populus iu/
dæorũ. Quæcúq; audiui facta in capharnaum apud gen/
tes ſigna atq; portenta:fac & apud nos in patria tua. Quæ
oſtendiſti uniuerſo orbi:oſtéde & nobis. Prædica ſermo/
nem tuum populo iſrael/ut ſaltem cum ſubintrauerit ple
nitudo gentium: tunc omnis iſrael ſaluus fiat. Quaobré:
mihi uidetur cõſequenti ordine nazarenis interrogátibus
reſpondiſſe ſaluator. Nemo propheta acceptus eſt in pa/
tria ſua. Et puto plus iuxta ſacramentum q̃ iuxta litteram
uerum eſſe quod dicitur:licet Hieremias in anathoth pña
ſua nõ fuerit acceptus:& Eſaias quæcúq; fuit patria illius:
& reliqui prophetæ: ſed magis mihi uidetur ſic intelligi:
ut dicamus patriam fuiſſe omnium prophetarum popu/
lum circúciſionis:& hanc non recepiſſe prophetas:& eo/
rum uaticinia: porro nationes quæ longe fuerant a pro/
phetis & eorum notitiam non habebant ſuſcepiſſe uatici/
nium Ieſu Chriſti. Nemo eſt ergo ppheta acceptus in pa/
tria ſua:hoc eſt in populo iudæorum. Nos autem qui era
mus alieni a teſtamento:& peregrini a promiſſionibus to
to prophetas corde ſuſcepimus:magiſq; habemus Moy/
ſen & prophetas de Chriſto prædicantes q̃ illi: qui ex eo
quod non ſuſceperunt Ieſum:nec illos ſuſceperút qui de
illo annúciauerant. Vnde ad id quod dixerat nemo pro/
pheta acceptus eſt in patria ſua:& aliud adiungit:in ueri ta
te enim dico uobis:quia multæ uiduæ erát in diebus He/
lyæ in Iſrael:quando clauſum eſt coelum annis tribus/&
menſibus ſex. Quod dicit:tale eſt Helias propheta erat:ſed
erat in populo iudæorum. Sed quando mirabile quid fa
cturus erat cum eſſent plures uiduæ in Iſrael/reliquit eas:
& uenit ad uiduam in ſareptam ſidoniæ ad genalem mu
lierculam:figuram futuræ rei explicans:quia occupáte fa/
me non panis/neq; ſitum aquæ:ſed fame audiendi ſermo/

nē dei/uenit ad uiduam:de qua & propheta teſtatur di/
cens. Multi filii deſertæ:magis ꝗ eius quæ habet uirum.
Et cum ueniſſet:panem illius & alimenta multiplicat. Tu
eras uidua ī ſarepta ſidoniæ:e cuius finibus cananea mu
lier egreditur & cupit ſanari filiam ſuam:& propter fidē
meruit accipere qđ petebat. Multæ ergo uiduæ erāt in po
pulo iſrael:ſed ad nullam earum miſſus eſt Helias niſi ī ſa/
reptis ad mulierem uiduam. Sed & aliud ad eundem ſen
ſum pertinens loquitur. Multi erāt leproſi in iſrael in die/
bus Eliſæi prophetæ:& nemo eorum mundatus eſt/niſi
Naaman ſyrus qui utiq; nō erat ex iſrael. Conſidera uſq;
ad præſentem diem multos leproſos in iſrael ſm car/
nem:uide econtrario lepræ ſqualore perfuſos abſq; ſpi/
ritali heliſeo dn̄o noſtro & ſaluatore:te aūt purgari baptiſ
mi ſacramēto:& dici ad te. Surge/& uade ī iordanē/& la
uare:& reſtituet tibi caro tua. Surrexit Naamā & abiit:&
lotus īpleuit myſteriū baptiſmi:& facta eſt caro eius quaſi
caro pueri:q ī lauacro regeneratiōis ortus fuerit ī xp̄o Ieſu
cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

℄ De eo qđ ſcriptum eſt. Magiſter qd boni faciens uitā
æternam poſſidebo. uſq; ad eum locum ubi ait. Vade &
tu fac ſimiliter. Homelia. XXXIIII.

CVm multa in lege p̄cepta ſint:hæc tm̄
ſaluator in euangelio poſuit quæ quo/
dam compendio ad æterna obedientes
ducerent. Ad id eni reſpici qđ legis do/
ctor interogauerat/cū dicēs. Magiſter qd
faciens uitam æternā poſſidebo? Quæ
lectio ſm Lucā hodie uobis recitata eſt. Reſpondit. In le/
ge quid ſcriptum eſt. Quomodo legis? Diliges dominū
deū tuū ex toto corde tuo:& ex tota uirtute tua:& ex tota
mente tua:& proximum tuum tanꝗ teipſum. Ac deinde:
bene (ait) reſpondiſti. Hoc fac: & uiues. Haud dubium
quin ſempiternam uitam hoc faciendo accepturus ſis:de
qua & legis doctor interrogauerat. Simulq; perſpicue do
cemur in legis præcepto:ut diligamus deum. In deutero/
nomio ſcriptum eſt. Audi (inquit) iſrael:dominus deus
tuus/deus unus eſt. Et diliges dominum deum tuum ex
tota mente tua: & reliqua: & proximum quaſi teipſum.
Et ſaluator ſuper his teſtatus eſt:dicens. In his duobus mā
datis tota lex pendet & prophetæ. Volente autem docto/
re legis iuſtificare ſemetipſum & oſtendere ꝙ nemo ſibi
eſſet proximus atq; dicente:quis eſt proximus meus:intu
lit dominus parabolam cuius exordium eſt. Homo qui/
dam deſcendebat de hieruſalem in hierico: & reliqua: &
docet nullius fuiſſe proximum deſcendentem: niſi illius
qui uoluerit cuſtodire præcepta:& præparare ſe:ut ſit ꝓ/
ximus omni homini qui auxilio idiget. Hoc enim eſt qđ
poſt parabolam in fine ponitur. Quis de his tribus uide/
tur tibi proximus eſſe eius qui in latrones incidit. Nec eni
ſacerdos:nec leuites/ꝓximi eius fuerunt: ſed ut ipſe quoq;
legis doctor reſpondit:ille qui fecit miſericordiam proxi/
mus eius fuit. Vnde & a ſaluatore dicitur. Vade: & tu fac
ſimiliter. Aiebat quidam de præſbyteris uolens parabolā
interpretari:hominem qui deſcendit eſſe Adam: hieruſa/
lem/paradiſum:hierico/mundum:latrones cōtrarias for/
titudines:ſacerdotem/legem:leuitem/prophetas: ſamari/
ten/chriſtum. Vulnera uero inobedientiam: animal cor/
pus domini:pandochium:id eſt ſtabulum:quod uniuer/
ſos uolentes introire ſuſcipiat:eccleſiam interpretari. Por/
ro duos denarios:patrem & filium intelligi. Stabularium
eccleſiæ præſidem cui diſpenſatio credita ſit. De eo uero
ꝙ ſamarites reuerſurum ſe eſſe promittit:ſm ſaluatoris fi/
gurabat aduentum. Hæc cum rationabiliter pulchreq; di/
cantur:non eſt tamen æſtimandum ꝙ ad omnem homi/
nem ꝑtineant. Neq; enim omnis homo deſcendit de hie/
ruſalem in hierico:nec uniuerſi propterea in præſenti ſæ/
culo cōmorantur:licet ille qui miſſus eſt:propter perditas
oues uenerit domus iſrael. Homo igitur qui de hieruſalē
deſcendit in hierico:quia uoluit ipſe deſcendere: ꝓpterea
in latrones incidit. Latrones autem nulli ſunt alii: niſi de
quibus ſaluator ait. Omnes qui ante me uenerunt fures
fuerunt: & latrones. Verūtamen non incidit in fures: ſed
in multo furibus nequiores latrones: qui deſcendentem
eum de hieruſalem cum incidiſſet in illos ſpoliauerunt/&
impoſuerunt ei plagas. Quæ ſunt plagæ? quæ uulnera
quibus uulneratus eſt homo? Vitia atq; peccata. Deinde
quia latrones qui nudauerant eum/& uulnerauerant non
aſſident nudo: ſed plagis rurſus impoſitis relinquūt eū:
iccirco ſcriptum eſt ſpoliantes eum: & uulnera apponen/
tes abierunt eo non mortuo:ſed ſeminece. Factum eſt au/
tem ut in eadē uia primus ſacerdos:deinde leuites deſcen
derent: qui forſitan aliis hominibus bona quædam fe/
cerant: non tamen huic: qui deſcenderat ab Hieruſalem
in hierico. Hunc enim uidit ſacerdos: puto lex uidit:
leuites ut reor: ſermo propheticus. Et cum uidiſſent re/
liquerunt:& tranſierunt. Seruabat quippe ſeminecē pro/
uidentia ei qui fortior erat lege & prophetis: ſamaritano
uidelicet qui interpretatur cuſtos. Iſte eſt qui non dormi/
tat neq; dormit cuſtodiens iſrael ꝓpter ſeminecem pro/
fectus eſt iſte ſamaritanus non de hieruſalem in hierico:ſi/
cut ſacerdos & leuita deſcendens:Aut ſi deſcendit:iccirco
deſcendit ut ſaluaret:cuſtodiretq; moriturum. Ad quem
locuti ſunt iudæi? ſamaritanus es tu & demonium ha/
bes. Qui cum negaſſet ſe habere dæmonium: ſamaritem
negare ſe nolit. Sciebat enim ſe cuſtodem. Itaq; cum ue/
niſſet ad ſeminecem:& uidiſſet eum in ſuo ſanguine uo/
lutari? miſertus acceſſit ad eum ut fieret eius proximus.
Ligauit uulnera: infudit oleum uino mixtum: neq; dixit
quod in propheta legitur non eſt malagma imponere?
neq; oleum? neq; alligaturas. Iſte eſt ſamaritanus: cuius
cura & auxilio omnes qui male habent indigent. Huius
uel maxime ſamaritani indigebat auxilio qui de hieruſa/
lem deſcendens inciderat in latrones? & uulneratus ab
eis/ſemianimis fuerat derelictus. Vt aūt ſcias ꝙ iuxta pro/
uidentiam dei ſamarites iſte deſcenderit ut curaret eū qui
inciderat in latrones: manifeſto doceberis ex eo ꝙ ſecum
habebat alligaturas:ſecum oleum: ſecum uinum. Quem
quidem ego puto nō propter iſtum unum ſeminecem:
ſed propter alios quoq; qui ob uarias cauſas fuerant uul/
nerati & indigebant alligaturis/& oleo/& uino:ſecū por/
taſſe ſamaritem:habebat oleum de quo ſcriptum eſt. ut exi
laret faciam in oleo. Haud dubium quin eius qui curatus
fuerat: oleo etiam tumores uulnerum ſedarentur. Sed &
uino mundat uulnera/aſperitatis aliquid admiſcens:eūq;
qui fuerat uulneratus impoſuit iumento: id eſt proprio
corpori: iuxta id ꝙ eſt hominem dignatus aſſumere. Iſte
ſamaritanus peccata noſtra portat:& ꝓ nobis dolet. Por/
tat ſeminecem:

tat ſeminecem:inducit in pandochium:id eſt in eccleſiam quæ omnes ſuſcipit:& nulli auxilium ſuum denegat: ad quam cunctos prouocat Ieſus dicens. Venite ad me omnes qui laboratis/& onerati eſtis: & ego reficiam uos. Et poſtq̃ induxit eum non ſtatim recedit: ſed uno die in ſtabulo cum ſeminece perſeuerat:& curat ulnera non ſolum in die:uerum etiam in nocte:reliquam ſollicitudinẽ ſuam & induſtriam tribuens. Cumq; uellet mane proficiſci:de ꝓbato argento ſuo/de probata pecunia ſua tollit duos denarios & onerat ſtabularium:haud dubium quin angelũ eccleſiæ cui præcipitur ut diligenter curet eum:& ad ſanitatem uſq; perducat: quem pro anguſtia temporis etiã ipſe curauerat. Duo denarii notitia mihi uidetur eſſe patris: & filii:& ſcientia ſacramẽti:quõ pater in filio/& filius in patre ſit:qui uelut mercedes donãtur angelo: ut diligentius curet/ſibi hominemq; cõmendatum & promittitur ei q̃cq̃d de ſuo in medelam ſeminecis expenderit illico eſſe reddendum. Vere legis & prophetiæ cuſtos animarum iſte uicinior qui fecit miſericordiam ei qui inciderat in latrones: & proximus eius apparuit non tam ſermone q̃ opere. Quia ergo poſſibile eſt iuxta illud quod ſequitur/imitari nos chriſtum:& miſereri eorum qui inciderant in latrones:accedere ad eos:ligare uulnera:infundere oleum & uinum/imponere ſuper proprium iumentum:& ferre onera ipſorum. Propterea ad talia nos cohortans filius dei: non tam doctori legis q̃ nobis quoq; omnibus loquit̃. Vade & tu fac ſimiliter. Quæ ſi ſimiliter fecerimus:uitam conſequemur æternã in Chriſto Ieſu:cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Quando uadis cum aduerſario tuo & cætera:uſq; ad eum locum ubi ait:Et nouiſſimum minutum reddes. Homelia. XXXV.

Niſi eſſet nobis natura inſitũ id quod iuſtum eſt iudicandi: nunq̃ ſaluator diceret. Quare aũt & a uobiſmetipſis non quod iuſtum eſt iudicatis. Verũ ne ad probationem huius ſententiæ lõgius euagemur: maxime cum multa difficiliora huic capitulo ſubnexa ſint:tantum ſuperbos ſignificaſſe ſufficiet. Quin potius animarum nſarum ad deum uela pandamus:deprecemurq; aduentum ſermonis eius: ut interpretetur parabolam de qua ſcribitur. Quando uadis cum aduerſario tuo ad principem:in uia da operam:ut liberes te ab eo:ne forte tradat te iudici: & iudex tradat te exactori: & in carcerem mittaris. Amen dico tibi:nõ inde exies:donec nouiſſimum minutum reddas. Quattuor perſonas poni uideo: aduerſarii:principis:iudicis:exactoris. Et quia uidetur euangeliſta Matthæus ſimile quid locutus in eo quod ait: eſto beniuolus aduerſario tuo/dum es in uia cum eo: quæro utrũ idem ſenſus ſit:an aliqua ſit uicinia:ſi quidem apud Matthæum una perſona prætermiſſa ſit:& alia imutata. Prætermiſſus eſt priceps: & ꝓ exactore miniſter inſertus. Aduerſarius uero:& iudex ſimiliter ab utroq; ſũt poſiti. Imus itaq; cum aduerſario noſtro ad principem:& oportet nos dum adhuc in uia ſumus fortiter laborare: ut liberemur ab eo. Quoniam ambiguum quippe uerbum eſt: & poteſt tam ad principem q̃ ad aduerſarium referri: ne forte tradat te:ſiue aduerſarius:ſiue princeps iudici:& iudex tradat te exactori:& non inde exies: donec nouiſſimum minutum reddas:pro quo Matthæus ait. Donec reddas nouiſſimum quadrantem:uerbum uero nouiſſimum uterq; ſcribit:diſcrepare autem ſunt uiſi: ꝙ hic quadrantem: ille minutum poſuit: quædam mihi ſunt ſecretiora tangenda:ut intelligamus alium eſſe aduerſarium:alias tres perſonas:id eſt principem/iudicem/exactorem. Legimus (ſi tamen cui placet huiuſcemodi ſcripturam recipere) iuſtitiæ & iniquitatis angelos ſuper Habraæ ſalute/& interitu diſceptantes:dum utræq; turmæ ſuo eum uolunt coetui uẽdicare. Quod ſi cui diſplicet: tranſeat ad uolumen quod titulo paſtoris ſcribitur: & inueniet cunctis hoĩbus duos adeſſe angelos. Malum qui ad peruerſa exhortatur:& bonum qui ad optima quæq; perſuadet. Scribitur alibi: ꝙ aſſiſtant homini ſiue in bonam/ſiue in malam partem duplices angeli. De bonis etiam ſaluator meminit:dicẽs. Angeli eorum ſemper uident faciem patris mei qui in coelis eſt. Simul quære utrum paruulorum in eccleſia ſemper uideant angeli faciem patris:& aliorum angeli non habeant libertatem uultum patris attendere. Neq; enim ſperandũ eſt:omnium angelos uidere faciem patris qui in coelis eſt. Si fuero de eccleſia:q̃uis minimus ſim:habet libertatẽ angelus meus & fiduciam/ſemper uidere faciem patris qui in coelis eſt. Si autem forinſecus: nec de illa eccleſia quæ non habet maculam/aut rugam/aut quid iſtiuſmodi & ipſa reprobor alienus eſſe a tali congregatione:non habet fiduciam angelus meus reſpiciendi uultum patris qui in coelis eſt. Quã ob cauſam angeli pro bonis ſolliciti ſunt: ſcientes ꝙ ſi nos bene gubernauerint/& ad ſalutem uſq; perduxerint:habeant etiam ipſi fiduciam uidendi faciem patris. Quomodo enim ſi per curam eorum:& induſtriã ſalus hominibus comparatur faciem patris ſemper attendunt:ſic ſi per negligentiam eorum: homo corruerit:etiã ſui periculum/rem eſſe non neſciunt. Et ſicut bonus epiſcopus:& optimus eccleſiæ diſpenſator ſcit ſui meriti eſſe atq; uirtutis:ſi oues gregis ſibi crediti fuerit cuſtoditæ: ita intellige & de angelis. Ignominia angelo eſt ſi homo iuſtus creditus fuerit:ſi peccauerit:ut ecõtrario gloria eſt angelo ſi creditus ſibi:ſaltem minimus in eccleſia fuerit. Videbunt enim non aliquando:ſed ſemper/faciem patris qui eſt in coelis:cum alii ſemper non uideant. Secundum meritum enim eorum quorum angeli ſunt: aut ſemper aut nunq̃/uel parum: uel plus: faciem dei angeli contemplabuntur. Cuius rei ad liquidum notitiam deus nouerit:& ſi quis (licet raro) fuerit inuentus: quem chriſtus illuxerit. Videamus ergo primum quis ſit aduerſarius cum quo iter faciamus. Semper nobiſcum eſt aduerſarius. Infoelices nos:atq; miſerabiles. Quotienſcũq; peccauerimus/aduerſarius noſter exultat:ſciens quoniam habet facultatem apud principem ſæculi huius qui ſe miſerat exultandi & gloriandi eo ꝙ aduerſarius: uerbi gratia huius/uel illius: eum fecerit principi ſæculi huius eſſe ſubiectum: per talia totq; peccata:per hoc illudq; delictũ. Euenit autem interdum:ut ſi quis fuerit præparatus armatura dei: & ex omni parte ſe texerit:conetur quidem aduerſarius uulnus inferre:ſed facultatem non habeat percutiendi. Semper nobiſcũ aduerſarius graditur:nunq̃ nos deſerit:quærit occaſionem inſidiarum ſi quomodo nos ſubuertere queat:ut in principali cordis noſtri malam ſubiiciat cogitationem.

Quando uadis ad principem. Quiſnam iſte princeps eſt. Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos nationum ſm numerum angelorum dei: & facta eſt portio domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Iſrael. Igitur principibus id eſt angelis: ab exordio terra diuiſa ē. Daniel quippe manifeſtius quos Moyſes angelos nominarat: principes eſſe teſtatur: dicens. Princeps regni perſarum: & princeps regni græcorum: & Michael princeps gentium. Et unuſquiſq; noſtrum ſecum habet aduerſarium coherētem: cuius opus eſt ducere nos ad principem: & dicere. O princeps: uerbi gratia regni perſarum: iſte qui ſubter erat tibi: eum ut opus fuerat cuſtodiui. Nullus eũ de reliquis principibus ad ſe potuit tranſducere: ne ille quidem: qui ad hoc ſe ueniſſe iactabat: ut de cunctis hæreditatibus perſarum: ſiue græcorum: omniũq; nationum raperet homines: & hæreditati dei faceret eſſe ſubiectos. Chriſtus dominus noſter omnes principes uicit: & terminos eorum tranſiens captiuos populos ad ſe tranſtulit in ſalutem. Et tu de parte alicuius principis eras: uenit Ieſus & rapuit te de poteſtate peruerſa: & deo patri obtulit. Aduerſarius ergo noſter ambulat: ducens nos ad principem ſuum. Vnde ergo credens omnia ſcripturarum: uerba habere rationem: nō puto fruſtra iudicem apud græcos cum articulo poſitum qui ſingularitatis ſignificator eſt: principem uero ſine articulo ſcriptum eſſe ſimpliciter. Quando uadis cum aduerſario tuo. Signanter (ait) tuo. Neq; enim omnes omniũ ſunt aduerſarii: ſed ſinguli ſingulos habent: qui ubiq; eos ſequantur: & ſint comites. Quando uadis cum aduerſario tuo ad principem. Non cum articulo principem poſuit: ne certum uideretur oſtendere: ſed ſine articulo: ut e pluribus unum eſſe monſtraret: quod apud græcos magis intelligitur. Vnuſquiſq; enim noſtrum nō habet proprium principem. Qui ſyrus eſt: ſub ſyrorum principe eſt: & unuſquiſq; ſub ſuo pricipe gentis eſt: ſi tamen hucuſq; proceſſiſſe me ſufficit: & ab hac diſputatione ad aliam trāſire maiorem: ut cæteras quoq; gentes etiam cōmemorē. Vnde dicitur. Videte iſrael ſm carnem. Prudenti cœpiſſe: dixiſſe eſt. Licet & hoc i populo cœpiſſe ſermonem. Qui te uult (inquit) ducere ad principem ſuũ & ab alio principe conducere: quando uadis cũ aduerſario tuo ad principem: in uia da operam: ut libereris ab eo. Niſi omni ſtudio laboraueris: ut dum adhuc uiam carpis: anteq̄ ingrediaris ad principem, priuſq̄ priceps tradat te iudici ab aduerſario: præparatum: poſtea fruſtra conaberis. Da ergo operam: ut libereris ab eo: ſiue a principe ad quem te trahit aduerſarius. Da operam: ut habeas ſapientiam, iuſtitiā, fortitudinē, atq; temperantiam: & tunc complebitur. Ecce homo: opera eius ante faciem ſuam. Niſi dederis operam non poteris aduerſarii pactũ infringere: cuius amicitia eſt in deum. Quando uadis cum aduerſario tuo ad principem: in uia da operam. Latitat in hoc loco neſcio quid: & ſecretum eſt: in uia da operam. Saluator ait. Ego ſum uia ueritas: & uita. Si dederis operam: ut libereris ab aduerſario: eſto in uia. Et cum ſteteris in eo qui dicit ego ſum uia: ſtetiſſe non ſufficit: ſed da operam ut libereris ab aduerſario. Niſi enim dederis operam: ut ab aduerſario libereris: quæ te ſequantur auſculta. Trahit te ad iudicem aduerſarius: ſiue princeps cum te ſuſceperit ab aduerſario trahit te ad iudicem Quam elegãtis ſermo trahit: ut oſtendat quodāmodo retractantes & nolentes ad cōdēnationem trahi & ire compelli. Quis enim homicida concito gradu pergit ad iudicem: quis gaudens ad cōdēnationem ſuam: ire feſtinat: & non inuitus trahitur, ac repugnans? Scit enim ſe ad hoc ire: ut ſentētiam mortis accipiat. Ne forte trahat te ad iudicem. Quis putas iſte iudex eſt? Ego neſcio alium iudicem niſi dominum meum Ieſum Chriſtum: de quo alibi dicitur. Et ſtatuet oues a dextris: hœdos autem a ſiniſtris. Et iterum. Qui confeſſus fuerit me: cōfitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Qui autem negauerit me coram hominibus: negabo eum corā patre meo qui in cœlis eſt. Trahat te ad iudicē: & iudex tradat te exactori. Vnuſquiſq; noſtrum per ſingula peccata damnum ſuſtinet: & iuxta qualitatem rationēq; delicti: damni magnitudo reputatᷣ. Debeo aliquod de ſcripturis afferre teſtimonium ſuper damno: mulctaq; pecuniæ. Alius damnum ſuſtinet quingentorum denariorum, & debet eos: alius quinquaginta denariis condēnatur. Quæ ſumma ambobus a creditore conceditur. Porro alius ſicut ſcriptura dicit: oblatus eſt ei unus qui debebat decem milia talenta: decem milibus talentorum condēnatur. Et quid me neceſſe eſt plura perſequi? Vnuſquiſq; pro qualitate & quātitate peccati: diuerſam mulctæ ſentētiam expendit. Si parum eſt quod peccas: ferieris damno minuti: ut Lucas ſcripſit: ut uero Matthæus quadrantis. Verũtamen etiam neceſſe eſt hoc ipſum qd̄ extitiſti debitor, ſoluere. Non enim inde exies niſi & minima quæq; perſolueris: Qui uero fidelis eſt: nullo damno percutitur: ſed quotidie ditatur. Totus enim mundus diuitiarum eius eſt. Infidelis autē nec obolum habet. Alius damnatur denario: alius mnæ: alius talento. Eſt quæſitor huius negociiq; menſuras uniuerſorum nouerit peccatorum. Hoc delictum, talento cōdēnatur illud peccatum: mulctam iſthuſmódi meretur. Scriptum eſt enim. Cum autem cœpiſſet facere rationem. Supputanda eſt omnibus nobis gratia. Nō eſt aliud tempus faciendæ rationis niſi tempus iudicii: quando liquido cognoſcetur quid nobis creditũ eſt: & quid lucri, quidue detrimenti fecerimus. Quis noſtrum acceperit mnam: quis unum talentum: quis duo: quis q̄nq;. Neceſſe nō eſt plura indicare: cum hoc in cōmune dixiſſe ſufficiat: reddituros nos eſſe rationem: & ſi debitores inuenti fuerimus trahi ad iudicem: & a iudice exactori tradi. Singuli exactores proprios habemus. Omnis uero multitudo: pluribus traditur: ſm id quod in Eſaia ſcriptum eſt. Populus meus exactores ueſtri ſpoliant uos: & qui potentes ſunt dominantᷣ ueſtri. Dñantᷣ exactores: ſi debuerimꝰ aliqd. Si aũt habuerimus fiduciā: & frōte libera uixerimus: ſeruabo præceptum libens: reddite omnibus debita: cui tributum tributum: cui timorem timorem: cui uectigal uectigal: cui honorem honorem. Si omnibus uniuerſa reddidero: uenio ad exactorem: & intrepida mēte reſpondeo: nihil tibi debeo. Venit exactor ad depoſcendum: reſiſto ei. Scio enim ꝙ ſi nihil debuero: in me non habet poteſtatem. Quod ſi debitor fuero: mittet me exactor meus in carcerē: illo ordine qui prædictus eſt. Aduerſarius enim me ducit ad principem: princeps ad iudicem: & iudex tradet me exactori: & exactor mittet in carcerem. Quæ eſt lex carceris iſtius? Non egredior ex eo: neq; me exactor patitur exire: niſi de/

bitum

bitum omne perſoluero. Non habet exactor poteſtatem: ut mihi ſaltem quadrantem:uel minimam portionem ualeat concedere. Vnus eſt: qui debitoribus non habentibus unde perſoluant: poteſt concedere. Acceſſit (inquit) ad eum unus qui debebat quingẽtos denarios, & alius quinquaginta. Et cum non haberent unde redderent: ambobus donauit. Qui donauit: dominus eſt. Iſte uero qui exactor eſt non eſt dominus: ſed a domino ad exigenda debita præpoſitus. Non fuiſti dignus: ut tibi quingenti ſiue quinquaginta denarii donarentur: nec audire meruiſti dimiſſa ſunt tibi delicta tua: ſed mitteris in carcerem: & ibi exigeris, per laborem & opera: ſiue per pœnas atq; ſupplicia: & non inde exies niſi reddideris quadrantem: uel nouiſſimum minutum: quod græce tenue dici poteſt. Peccata autem noſtra: pinguia ſũt. Scribitur enim. Incraſſatum eſt enim cor populi huius. Aut comparatione maiori: tenue atq; ſubtile. Beatus eſt igitur: primum qui non peccat: ſecundo ut in collatione aliquis ſaltem tenue peccatũ habeat. Et inter ipſa quoq; tenuia atq; ſubtilia: eſt diuerſitas peccatorum. Niſi eſſet pecunia ſubtilis: nunq̃ diceret: non exies inde: donec reddas nouiſſimum quadrantem. Quomodo ſine pecunia diceret nouiſſimum minutum, quod eſt denarius: ſiue nũmus, ſiue obolus: uel ſtatera. Quod ſi magnam pecuniam debuerimus: ſicut ille qui ſcribitur decem milia talenta debuiſſe: quanto tempore claudamur in carcere donec reddamus debitum: nõ poſſum manifeſte pronunciare. Si enim qui parum debet: nõ egreditur niſi exſoluat minutum quadrantem, utiq; qui tanto debito fuerit obnoxius: infinita ei ad reddendum debitum ſæcula numerabuntur. Quapropter demus operam: ut liberemur ab aduerſario dum ſumus in uia: & iungamur domino Ieſu: cui eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt. Qui uoluerit animam ſuam ſaluare perdet eam: uſq; ad eum locum ubi ait. Regnũ dei intra uos eſt. Homelia. XXXVI.

QVi quæſierit (inquit) animam ſuam ſaluare: perdet eam. Et qui perdiderit eam: ſaluabit eam. Martyres quærunt ſaluare animã ſuam. Propterea perdunt: ut ſaluent eam. Qui uero uolunt ſaluare animam ſuam: ut non perdant eam: hi & corpus, & animam perdunt pariter in gehennam. Quãobrem nolite timere eos (ait) qui poſſunt corpus occidere: ſed timete magis eum qui põt animam & corpus perdere in gehennam. Hoc ad propoſitum: iuxta uires ingenii noſtri breuiter diximus. Animalis autem non recipit ea quæ ſunt ſpiritus: & iccirco ſaluari non poteſt. Seminatur corpus animale: ſurgit corpus ſpiritale. Porro qui adhæret domino: ſpiritus unus efficitur. Si ergo qui domino copulatur cũ animalis eſſet per id ĩ ſpiritalem uertitur & unus eſt ſpiritus. Nos quoq; perdamus animam noſtram: ut adhærentes domino in unum ſpiritum transformemur. Sed & de regno dei interrogatus: reſpondit ſaluator phariſæis. Quando ueniet (inquit) non uenit regnum dei cum obſeruatione: neq; dicunt ecce hic: aut ecce ibi. Regnum eñi dei intra uos eſt. Non omnibus ſaluator dicit regnum dei intra uos eſt: ſiquidem in peccatoribus regnum peccati eſt: & abſq; ulla ambiguitate, aut regnum dei in corde noſtro imperat. Vnde ſiue quæ facimus: ſiue quæ loquimur: ſiue quæ cogitamus contemplemur attentius: & tũc uidebimus utrum dei imperium regnet in nobis: an imperium delictorum. Quam diuerſitatem ſciens eſſe Apoſtolus: quoſdam cõmonet dicens. Nõ regnet peccatum in mortali ueſtro corpore. Si quis noſtrum deſiderat regnum dei: regnatur ab eo. Si quis auaritiæ ardore cruciatur: regnatᷣ auaritia. Porro qui iniuſtitiam reginam habet: regnatur ab ea. Qui uanæ gloriæ ambitione ſuſtollitur: regnat ei aura popularis. Qui mœret: qui aliquid reformidat: qui amat: qui deſiderat: imperant ei ſingula: pro perturbationibus uariis poſſidetur. Quæ omnia cognoſcentes: & q̃ multa ſint genera regnorum, ſurgamus, precemurq; deum: ut auferat a nobis regnum inimici: & poſſimus ſub regno eſſe dei omnipotentis: id eſt ſub regno ſapientiæ: pacis: iuſtitiæ: ueritatis: quæ cuncta in unigenito dei filio intelliguntur: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod a diſcipulis pullus aſinæ ſolutus eſt. Homelia. XXXVII.

LEctum eſt in euãgelio ſm Lucam quomodo cum ueniſſet ſaluator bethphage: & bethaniam iuxta montẽ oliueti miſerit duos e diſcipulis ſuis: ut ſoluerẽt pullum aſinæ qui uinctus erat: & ſuper quem nullus hominum aliquãdo ſederat. Quod quidem mihi uidetur magis ad altiorem intelligentiam: q̃ ad ſimplicem hiſtoriam pertinere. Aſinus uinctus erat. Vbinam? Contra bethphage: & bethaniam. E quibus bethania interpretatur domus obedientiæ: bethphage uero domus maxillarum: ſacerdotalis quidam locus. Maxillæ enim ſacerdotibus dabantur: ſicut in lege præcipitur. Illuc ergo ubi obedientia: ubi locus ſacerdotibus mancipatus, mittit ſaluator diſcipulos ſuos: ut ſoluant pullum aſinæ ſuper quem nullus hominum aliquando ſederat. Porro quid aliud ſuper aſinum ſedere poteſt abſq; homine? Volo paulisper exemplum ſumere: ut quod dicturus ſum: poſſit intelligi. Scriptum eſt in Eſaia. Viſio quadrupedum in tribulatione & anguſtia: & reliqua uſq; ad eum locum ubi ait. Non proderunt eis diuitiæ aſpidum. Vnuſquiſq; noſtrum conſideret quantas opes aſpidum ante portauerit: quantas diuitias beſtiarum: & quomodo nunq̃ rationabilis homo ſederit ſuper aſinum nſm: non ſermo Moyſi non Eſaiæ: nõ Hieremiæ: nec reliquorum omnium prophetarum: & uidebit tũc ſediſſe ſuper nos ſermonem dei: atq; rationem: quando uenit dominus Ieſus: & præcepit diſcipulis ſuis: ut eũtes ſoluerent pullum aſinæ qui prius uinctus fuerat, ut liber incederet. Solutus itaq; pullus aſinæ adducitur ad Ieſum: ad cuius ſolutionem mittens diſcipulos dixerat. Si quis uos interrogauerit quare ſoluitis pullum: dicite ei quia dominus neceſſarium illum habet. Multi erant domini huius pulli: anteq̃ ſaluator eum haberet neceſſarium. Poſtq̃ uero ille cœpit eſſe dominus: plures domini eſſe ceſſauerunt. Nemo enim poteſt deo ſeruire & mãmonæ. Quando malitiæ ſeruiebamus: multis ſumus paſſionibus, uitiiſq; ſubiecti. Soluitur ergo pullus: quia dominus neceſſarium eũ habet. Vos eſtis pullus aſinæ. Quid ueſtri filius dei neceſſarium habet? quid a uobis expetit? Salute ueſtra opus habet: cupit uos ſolui uinculis peccatorũ. Deinde mittunt diſcipuli ueſtes ſuas ſup

per aſinum:& ſedere faciunt ſaluatorem. Aſſumũt ſermonem dei:& imponunt eum ſuper animas auditorum. Veſtibus exuuntur ſubſternunt eas in uia. Super nos ſunt ueſtimenta apoſtolorum. Opera eorum bona:ornaméta noſtra ſunt. Volunt apoſtoli indumenta ſua calcari a nobis: Et reuera ſolutus a diſpulis aſinus:& portans Ieſum incedit ſuper ueſtimenta apoſtolorum: quando doctrinam eorum imitamur:& uitam. Quis noſtrum ita beatus eſt: ut ſedeat ſuper illum Ieſus. Qui quãdiu in monte fuit cũ ſuis apoſtolis morabatur: quãdo uero cœpit uicinus eſſe deſcenſui: tunc occurrit ei turba populorum. Si non ueniſſet ad deſcenſum:non ei poterat occurrere multitudo. Deſcendit/ſeditq; ſuper pullum aſinæ:& omnis populus uoce conſona laudabat deum. Quod phariſæi uidentes dicebant domino. Increpa eos. Quibus ille reſpondit. Si iſti tacuerint:lapides clamabunt. Quando nos loquimur lapides ſilent:quando nos tacemus:lapides clamant. Poteſt enim dominus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Habrææ! Quo tempore nos tacebimus. Quando refrixerit charitas multorum: quando illud quod a ſaluatore prædicatum eſt fuerit impletum. Putas ueniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram. Propterea domini miſericordiam depræcemur ne nobis tacentibus lapides clamitent:ſed loquamur/& laudemus deum: in patre:& filio:& ſpiritu ſancto:cui eſt gloria/& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

❡ De eo quod ſcriptum eſt. Cũ autem appropinquaſſet uidit ciuitatem: & fleuit ſuper eam: uſq; ad eum locũ ubi ait. Eiecit oẽs uendentes colũbas. Homelia. XXXVIII.

CVm appropinquaſſet hieruſalem dominus noſter uidens eam fleuit & dixit. Si cognoſceres & tu in die iſta quæ ad pacem ſunt tibi nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis:quoniam uenient dies ſuper te: & circũdabunt te inimici tui uallo. Sacramenta ſunt quæ dicuntur:& ſperamus pãdente deo aperiri poſſe quod latitat. Primum ergo:de fletu eius uideamus. Omnes beatitudines quas locutus eſt in euãgelio Ieſu ſuo firmat exemplo:& quod docuit pro teſtimonio probat. Beati (inquit) mites. Huic ſimile de ſemetipſo. Diſcite a me:quoniam mitis ſum. Beati pacifici. Et quis alius ita pacificus:ut dominus meus Ieſus? qui eſt pax noſtra qui ſoluit inimicitiam: & in ſua eam carne deſtruxit. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Nemo ſic perſecutionem paſſus eſt ꝑpter iuſtitiam: ut dominus Ieſus:qui pro peccatis noſtris crucifixus eſt. Omnes igitur beatitudines in ſemetipſo dominus oſtendit. Ad quam ſimilitudinem etiam illud qđ dixerat beati flentes ipſe fleuit:ut huius quoq; beatitudinis iãceret fundamenta. Fleuit autem ſuper hieruſalem dicens. Si cognouiſſes & tu in die iſta quæ ad pacem ſunt tibi:nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis:& reliqua:uſq; ad eum locũ ubi ait:eo ꝙ non cognoueris tempus uiſitationis tuæ. Dicat aliquis auditorum. Manifeſta ſunt quæ dicuntur: & opere completa de hieruſalem. Circundedit enim eam romanus exercitus:& ad internitionem uſq; uaſtauit:tempuſq; ueniet quando lapis ſuper lapidem non relinquetur ſuper eam. Nõ nego & illam quidem hieruſalem propter habitatorum ſcelera fuiſſe deſtructam: ſed quæro ſi & ad hanc noſtram hieruſalem fletus iſte pertineat. Nos enim ſumus hieruſalem quæ deflet: qui nobis uidemur intuitum habere maiorem. Quod ſi poſt myſteria ueritatis:poſt ſermonem euãgelii:poſt doctrinam eccleſiæ:poſt uiſionem ſacramentorum dei aliquis e nobis peccauerit: plangitur:atq; fletur. Nemo enim gẽtilis fletur:ſed ille qui fuit de hieruſalem: ꝙ poſt peccata circũdent eam inimici: contrariæ uidelicet fortitudines:ſpiritus nequam:& immittant in circuitu eius uallum:& obſideant eam:& lapidem ſuper lapidem non relinquant:maxime ſi poſt multã continentiam:poſt aliquot annos caſtitatis uictus quis fuerit: blandimentiſq; carnis illectus:patientiam pudicitiãq; amiſerit. Si fueris fornicatus:lapidem ſuper lapidem non relinquent ſuper te. Ait enim in alio loco. Non recordabor priorum iuſtitiarũ eius. In peccato ſuo in quo depræhenſus fuerit: in ipſo iudicabo eum. Hæc eſt ergo quæ defletur hieruſalem. Poſtꝗ̃ dicitur:ingreſſus eſt templũ. Quod cum fuiſſet ingreſſus eiecit eos qui uendebant columbas. Non eiecit ementes. Qui enim emunt: & quod emerint poſſident. Illos eiecit de templo patris Ieſus qui uendunt: & abiiciunt quod habuerunt in ſimilitudinem illius luxurioſi filii qui ſubſtantiam ſuam accepit a patre: & uniuerſa perdidit nimie potãdo. Si quis ergo uendit eiicitur:præcipue ſi uendebat columbas. Quare alias aues non poſuit niſi columbas? Hoc animal ſimplex eſt:& decorum. Vereor:ne & in nobis uitium iſtiuſmodi depræhẽdat. Si enĩ ea quæ mihi a ſancto ſpiritu reuelata ſunt:& credita: ut in uulgus efferrem·pretio uendidero/& abſq; mercede non docuero:quid aliud facio niſi columbas:id eſt ſpiritũ ſanctum uendo? Quem cum uendidero: eiicior de templo dei. Quapropter rogemus dominũ: ut omnes emamus potius ꝗ̃ uendamus. Si enim non uendiderimus: cognoſcimus:& intelligimus ſalutem noſtram:alioquin inimici circũdabũt urbem noſtram. Quod ſi ſemel nos exercitus hoſtilis cinxerit:lachrymas dei nõ merebimur. Surgamus ergo diluculo:& obſecremus dominum: ut ſaltem micas quæ de menſa eius cadunt comedere poſſimus. Miratur ſcriptura reginam ſabba ueniſſe ab extremo terræ: audire ſapientiam Salomonis. Quæ cum uidiſſet prandium & ſupellectilẽ:& miniſteria domus eius obſtupuit:& tota in miraculo fuit. Nos ſi tantas domini noſtri opes: tantã ſermonis ſupellectilem & abundantiam doctrinarum nõ libenter amplectimur:ſi non comedimus panem uitæ: ſi non carnibus Chriſti ueſcimur & cruore potamur:ſi contẽnimus dapes ſaluatoris noſtri: ſcire debemus ꝙ habeat deus:& benignitatem:& ſeueritatem. E quibus benignitatem eius magis orare debemus: in Chriſto Ieſu domino noſtro:cui eſt gloria & imperiũ ĩ ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

❡ De quæſtiones ſaduceorum quam propoſuerant domino:mulieris eius quæ ſeptẽ uiros habuit. Et rurſus de denario quẽ ſibi ſaluator iuſſit oñdi. Home. XXXIX.

ESt hæreſis in iudæis quæ dicitur ſaduceorum. Hæc reſurrectionem mortuorum negat:& putat animam interire cum corpore: nec poſt mortem ultra reſpirare. Igitur quæſtionem domino ꝓponentes: compoſuerunt fabulam mulieris ſeptem uirorum quæ poſt primũ uirum ad reſuſcitandum ſemen prioris alterum duxerit. Quo mortuo/tertium quoq;: & rurſum quartũ: atq; in

hunc modum

hunc modum ad ſeptimum uſq; peruenerat. Quæritur ergo in reſurrectione mortuorum quis eam ſibi e ſeptem fratribus ſit uendicaturus uxorem Hoc autem problema inſidiantes uerbis ſaluatoris eo tĕpore propoſuerũt: quo eum uiderant de reſurrectione docere diſcipulos. Quibus reſpondens ſaluator ait. Erratis neſcientes ſcripturas: neq; uirtutem dei. In reſurrectione enim mortuorum, neq; nubent neq; nubentur: ſed erunt ſicut angeli in cœlis. Qui erunt ſicut angeli: utiq; angeli erunt. Simulq; diſcẽdũ: ꝙ angeli connubia non habeāt. Hic uero ubi mors: & nuptiæ: & liberi neceſſarii ſunt. Vbi immortales: nec coniugio opus eſt: nec filiis. Proponam mihi quæſtionem ualde moleſtam: & quæ non facile ſoluitur ex perſona eorũ qui ſtudioſiſſimi ſcripturarum ſunt: & die ac nocte meditātur i lege dñi. Vbi inquiunt ſcriptum eſt quia neq; nubēt neq; nubent. Tam uetus ꝗ nouum teſtamentum memoria: ac mente perluſtrans: nuſꝗ memini tale quid relatum. Quod ſi forte me fallit: qui plus nouit doceat. Libēter diſco: qd́ neſcio. Sed quantum ego æſtimo: nec in ueteri: nec in nouo inſtrumento quicꝗ tale reperiet. Omnis ergo eorum error, de prophetica quam non intelligunt: lectione ſurrexit. E quibus illud eſt in Eſaia. Lecti mei non habebunt liberos in maledictionem. Et in deuteronomio in benedictionibus. Benedicti filii uteri tui. Et putant hæc futura in reſurrectione: non intelligentes ſpiritales benedictiones eſſe prædictas. Paulus enim uas electionis omnes has benedictiones quæ ponuntur in lege ſpiritaliter interpretans, & ſciens non eſſe carnales: ad epheſios loquitur. Benedictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti: q benedixit nos in omni benedictione ſpiritali: cum a mortuis reſurgentes æternam beatitudinem conſequemur. Sed & in pſalmis ſimile quid reperientes: eodē labuntur errore. Vxor (inquit) tua ſicut uitis abundans in lateribus domus tuæ: filii tui ſicut nouellæ oliuarum i circuitu menſæ tuæ: uſq; ad eum locum ubi ait: benedicat te dñs ex ſyon: & uideas quæ bona ſũt hieruſalem. Ergo cũ inſtructa fuerit hieruſalem & inſtaurata in antiquũ ſtatũ: tunc uiſurus eſt bona quæ ſcriptura commemorat. Qui ſpiritaliter intelligunt hieruſalem: & de ea dici ſciunt quæ cœleſtis eſt: quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra: uidebũt bona illius de quibus ſæpe diximus: & id qđ nunc de pſalmo poſuimus: uxor tua ſicut uitis abundans in lateribus domus tuæ: filii tui ſicut nouelle oliuarũ in circuitu menſæ tuæ. Quæ omnia corporaliter intelligentibus ſaduceis qui erāt portio iudæorum: dicit ſaluator. Neſcitis ſcripturas: neq; uirtutem dei. Hæc de quæſtione quam ſaducei dominos propoſuerunt: breuiter dicta ſint. Porro quia adiectum eſt de imagine Cæſaris: etiam ſuper hoc debemus pauca perſtringere. Putant quidam a ſaluatore dictũ eſſe ſimpliciter: reddite quæ ſunt cæſaris cæſari: ideſt tributum reddite quod debetis. Quis enim noſtrum de tributis reddendis cæſari contradicit? Habet igitur locus: qddā myſtici: atq; ſecreti. Duæ ſũt imagines hominis: una quā accepit a deo factus in principio: ſicut in geneſi ſcriptũ eſt iuxta imaginem & ſimilitudinē dei: altera choici. i. terreni poſtea ꝗ propter inobedientiam atq; peccatum eiectus de paradiſo aſſumpſit: eam principis ſæculi huius ſuaſus illecebris. Sicut enim nũmus atq; denarius habet imaginem imperatorum mundi: ſic qui facit opera rectoris tenebrarum iſtarum: portat imaginem eius cuius habet opera. Quam præcepit Ieſus eſſe reddendam: & proiiciendam de uultu noſtro: aſſumēdamq; eam imaginem iuxta quā a principio ad ſimilitudinem dei conditi ſumus. Atq; ita fit: ut quæ Cæſaris ſũt Cæſari: & quæ dei: reddamus deo. Oſtēdite (inquit) mihi nũmum. Pro quo: in Matthæo ſcribitur denarius. Quem cũ accepiſſet: ait. Cuius ſcriptionem habet? Qui reſpõdentes: dixerunt. Cæſaris. Ad quos rurſum. Reddite ergo (inquit) quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt dei deo. Quorum conſequentiam & Paulus loquutus eſt dicens. Sicut portauimus imaginem choici: portemus & imaginem cœleſtis. Quod ergo ait reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: hoc dicit. Deponite perſonam choici: abiicite imaginem terrenam: ut poſſitis: uobis perſonam cœleſtis imponentes: reddere quæ ſunt dei deo. Repetit nos deus. Quidnam repetit? Lege Moyſem. Et nunc quid dominus repetit a te? Et reliqua quæ ſequuntur. Poſtulat igitur a nobis deus & deprecatur: non quia neceſſariũ habet aliqd ut ei tribuamus. Poſtulat: ut poſtꝗ ei dederimus: idipſum tribuat in ſalutem. Quod ut manifeſtius fiat: ponam parabolam mnarum. Qui unam acceperat mnam & fecerat decem: & obtulit domino a quo ſibi credita mna fuerat: accepit & aliam quam antea non habebat. Illius enim mnam qui non multiplicauerat qđ accepit iubet dominus auferri: & dari ei qui alias habet. Tollite (inquit) mnam: & date ei qui habet decem mnas. Atq; in hunc modum quæ dederimus deo: nobis ea ipſa reſtituet: cum his quæ ante non habuerimus. Exigit & poſtulat a nobis deus: ut habeat occaſionem donādi: ut ipſi tribuat qui erogauit. Ipſius enī gratia duplicata eſt mna: & dignis quibuſq; plus datum eſt ꝗ ſperabāt. Quapropter ſurgētes oremus deum ut digni ſimus offerre ei munera quæ nobis reſtituat: & pro terrenis cœleſtia largiatur in Chriſto Ieſu. Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

℄ Explicit egregia interpretatio euangelii Lucæ: authore Adamantio Origene: quam æmuli uariis erroribus prophanare auſi ſunt.

℄ Incipit prologus Ruffini præſbyteri in explanationē Origenis ſuper pſalmos trigeſimumſextum: trigeſimum ſeptimum: & trigeſimumoctauum.

QVoniam trigeſimiſexti: & trigeſimiſeptimi: & trigeſimioctaui pſalmi expoſitio tota moralis eſt inſtituta quædam uitæ emendatioris oſtendens: & nunc conuerſionis ac pœnitentiæ nũc purgationis & profectuum ſemitam docet: acer co ubi eam Aproniane fili chariſſime in nouem oratiũculas: quas græci homelias uocant: uelut in uno corpore digeſtam in latinum tranſtuli: ut intra unum codicem collectam haberes dictionem: quæ ad emendationem uel perfectionem morũ tota reſpiceret. Hoc ſane beneficiũ præſtabit hæc lectio: ꝙ abſq; labore lectoris intelligentia eius in ꝓpatulo habeatur: quo ſcilicet uitæ ſimplicitas ſenſu lucido: & ſimplici ſermone docetur. Ex quo prophetia peruenire non ſolum ad uiros: uerum etiam ad religioſas fœminas poſſit: & excolere ſimplices mentes: ne forte religioſa filia mea: ſoror in Chriſto tua: ingrata ſit operi noſ

ſtro: ſi id ſemper laborioſum intellectui ſuo pro aſperitate ſentiat quæſtionum: quia nec corpus humanum ex ſolis potuiſſet neruis: oſſibuſq; conſtare: niſi eis diuina prudētia uel molliciē carnis itexuiſſet: uł blādimēta piguedis.

¶ Explicit præfatio.

¶ Incipit explanatio pſalmi trigeſimiſexti ſm Origenē

¶ Homelia Prima.

MVltifarie/multiſq; modis deus locutus eſt pr̄ibus in prophetis: aliquando quidem ieffabilia ſacramēta nos edocet in his quæ loquitur: aliquādo autē de ſaluatore: & de eius aduentu nos inſtruit. Interdum uero mores noſtros corrigit & emendat: propter qđ nos temptabimus p loca ſingula ſcripturæ diuinæ huiuſcemodi differentias aſſignare: & diſcernere ubi prophetiæ ſunt: & de futuris dicat: ubi autem miſtica aliqua indicantur: ubi uero moralis eſt locus. Incipietēs igitur explanationem trigeſimiſexti pſalmi inuenimus quod totus pſalmus iſte moralis eſt: & uelut cura quædam: ac medicina humanæ animæ datus: cū peccata noſtra arguit: & edocet nos ſecundum legem uiuere. Sed uideamus iam quale nobis principium dat primus uerſiculus Noli (inquit) æmulari inter malignātes: neq; æmulatus fueris facientes iniquitatem: quoniam ſicut fœnum cito areſcēt: & ſicut holera hærbarum cito decident. Duo ſunt quidem quæ nos docet in his uerbis facere non debere. Primo quidem ne æmulemur inter malignantes: ſecundo ne æmulemur eos qui faciunt iniquitatem: quoniam ſequitur eum qui inter maligantes æmulatur ut areſcat ſicut fœnum: & hoc eum non tarde ſed cito eſſe paſſurum. Eum uero qui æmulatur facientes iniquitatem: ſequitur ut ſicut holera hærbarum cito decidat. Et ſecundum ſimplicem quidem literæ intellectum: nō æmulari inter malignantes hoc uidet indicari: ne inter malos & peſſimos hoīes æmulator qs maliciæ: id eſt dux & author exiſtat: & uelut formam flagitii cæteris præbēs. Aemulari uero eos qui faciunt iniquitatem: illud eſt: ſi imitet qs: & diſcat agere inique. Et hoc eſt in utroq; quod dicitur: ut neq; exemplum malitiæ cæteris præbeas: neq; ipſe aliorum malorum ſequeris exempla. Verum ut plenius quid etiam intrinſecus ſermo iſte contineat agnoſcamus: conueniens puto adhibere de ſcripturis diuinis ſicubi hunc ſermonē inuenimus ſcriptum: & ſpiritalibus ſpiritalia comparantes ut quid per hæc indicetur euidentius pateat. Scriptum eſt in deuteronomio. Ipſi in zelum me cōcitauerunt in non deo: ad iram me concitauerunt in idolis ſuis: & ego in zelum adducam eos in non gentem. Hoc ubi latine dicitur in zelum adduxerūt me: & ego in zelum adducam: i græco idem ipſe ſermo eſt qui & in pſalmi initio eſt dict' (id eſt) æmulati ſunt me: & ego æmulabor eos. Quamuis ſermo ipſe græcus id ē ϵζηλωσαν ſignificātius i latino exprimi uidetur: ſi dicamus irritauerunt me: idem tamen ipſe eſt ſermo. Sed & in Apoſtolo ſcriptum eſt: An æmulamur dominum? Nunqd fortiores illo ſum'? Et ubi habet æmulamur dn̄m: in qbuſdā exēplaribus (irritamus dn̄m) ſcriptum eſt. Ex quibus omnibus teſtimoniis indicatur q æmulari aliquem irritare eū eſt & prouocare: ut uerbi cauſa: ſi tali utamur exemplo. Sunt quædam mulieres impudicæ: & nequā: quæ ſi forte uiros in amoris furtiui illecebris ceperint: proceſſu temporis occultis non contentæ flagitiis: uolunt etiam pudicis coniugibus innoteſcere: q ab earum uiris amentur: ut ex hoc in zelum excitent & irritent: ac perturbent alienas domos. Si intellexiſti exēpli uirtutem: quomodo pellex zelum concitet uxori: & hoc debes auertere quid ſit æmulari inter aliquos: id eſt cū eis malitiæ alicuius incitamenta præbentur. Deniq; quia ſermo ille deuteronomii in quo ait ipſi in zelum adduxerūt me in non deo: id eſt παρεζηλωσαν hoc ſignificet: ex hoc manifeſtius claret: quod alibi ſcriptum eſt: quia deus noſter deus zelans dicitur. Zelans autem maritus dici ſolet de coniuge ſua cum ei pudicitiam ſolicitus: & cautius curat: nec polluti patitur coniugis caſtitatem. Vnde conſequenter qui peccat: deum qui zelans dicitur in zelum incitat: & irritat. Verum hæc omnia abuſiue audienda ſunt de deo: ſicut & ea quæ de furore dei dicuntur: uel de ſomnos uel de triſtitia: per quæ illud intelligitur quid unuſquiſq; noſtrum pro actibus ſuis de deo mereatur. Deniq; ſic dixit in deuteronomio. Quia ipſi in zelum aduxerunt me in non deo: & exacerbauerūt me in idolis ſuis. id eſt colentes idola in zelum concitauerunt me. Sed quid ſequitur? Et ego in zelum adducā eos in nō gentem: in gentem inſipientem irritabo eos. Vnde etiam nunc iudæi non mouentur aduerſus gentiles: aduerſum eos qui idola colunt: & deum blaſphemant: & illos non oderunt: nec indignātur aduerſum eos. aduerſū chriſtianos uero iſatiabili odio feruntur: qui utiq; relictis idolis ad deū conuerſi ſunt. Cū ergo uideris iudæos odio habentes chriſtianum: & inſidiantes ei intellige: quia completur prophetia illa quæ dicit. Et ego concitabo eos in non gentem. Nos enim ſumus non gens qui pauci ex iſta ciuitate credimus: & alii ex alia: & nuſq̄ gens integra ab initio credulitatis uidetur aſſumpta. Non enim ſicut iudæorum gens erat: uel ægyptiorū gens: ita etiam chriſtianorum genus gens eſt una: uel integra: ſed ſparſim ex ſingulis gentibus congregantur. Dicit ergo: quia ego in zelum eos inducam in non gentem: in gentem inſipientem irritabo eos. Et ideo irritantur in nos & odio nos habent uelut gentem inſipientem: dicentes ſe eſſe ſapientes. Quoniam quidem primis ipſis cōmiſſa ſunt eloquia dei: & meditantes a puero uſq; ad ſenectutē legem dei: in legem dei non peruenerūt: ſed ideo quæ ſtulta ſunt elegit deus huius mundi ut confundat ſapientes: & ſic impletur quod ſcriptum eſt in gentem inſipientem irritabo eos. Sed & quod dicit Apoſtolus an æmulamur dominum: nūquid fortiores ſumus illo: uideamus quid idicet. In eo loco hæc dixit: ubi de ſacrificiis: & de his quæ idolis imolantur disputat. An æmulamur (ait) dominū: hoc eſt zelo concitamus: edentes ea quæ idolis imolata ſunt: ſicut iudæi zelum eius cōmouerunt in idolis ſuis. Nunquid etiam nos ſimili modo facere uolumus? ideo ergo ait. An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo ſumus: hoc eſt quod dicit. Si quidem concitemus zelum alicui qui inferior eſt uiribus noſtris: poſſimus facile contēnere. Si uero fortem concitemus in zelum nunquid non in propriam molimur iſta perniciem? Si ergo ueſcimur idolis imolatis: & aduerſum nos zelum domini cōcitamus: fortiorem iram contra nos: id eſt ad ꝓprium interitum prouocamus. Si quādo ergo uideris hominē neq;

obſcuras

obſerua: & caue ne zelum eius concites aduerſum te: ne quid incaute facias unde nequitia concitetur. Verbi cauſa ut per exemplum planius fiat: qđ dicitur: beatus David Saul malignantem concitauit in zelum: quando proceſſit ante exercitũ: & occidit Goliam: & ꝓtulerunt chori puellarum: & mulierum dicentes. Percuſſit Saul in milibus: & Dauid in decem milibus. Quod utiq; ſi ſtudio ſuo egiſſet Dauid: æmulatus fuiſſet in malignitate Saul. Sed nũc nõ ſuo ſtudio factũ eſt ut exirent chori puellarũ & huiuſcemodi hymnum dicerent: quia Dauid percuſſit in decem milibus: & Saul in milibus. Hoc eſt ergo quod nos edocet pſalmus: ut quoniam genus hominum ꝓcliue eſt ad zelotypiam: & perfacile ad uicium iſtud inclinatur: obſerua ne id agas: quod malos homines in æmulationem tui irritet: & ad inſidiandum tibi concitet: uel ad odium tui excitet. Et eſt hoc totum quod ſignificatur in his omnibus: ut neq; ipſe prouoces mali æmulationem aduerſum te: neq; tu nequitiam æmuleris alienam. Quomodo ergo homo nequitiam æmulatur alterius? Sine dubio cũ eadem agit. Quod autem dico: tale eſt. Si quis ſit per iniquitatem diues factus ex paupere: ſi ſit uicinus eius egens: & uideat illum qui de terra ſurrexit: & ad diuitiarum culmen aſcendit: & incipiat æmulari ut ſimiliter etiam ipſe ex iniquitate diteſcat: hoc eſt æmulari faciẽtes iniquitatem. Sed & ſi quis eum qui uel furtiuis ſtupris: uel illicitis conatibus ultra locum & menſuram ſuam inuadit nuptias: domos: diuitias æmulari uelit: æmulatus eſt facientes iniquitatem. Iam uero eos qui per diuerſa flagitia: uel indignas atq; illicitas ambitiones ad imerita honorũ culmina peruenerunt/ & iniquis factionibus: uel cruentis manibus honores non ſibi debitos occuparunt: hos ſi quis uidens ad ſimilem inflãmetur inſaniam: æmulatus eſt facientes iniquitatem. Propterea ergo mãdato domini illuminamur: ut cum æmulationis illicitæ cor noſtrum flamma: menteq; pulſauerit: nos uerbis edocti dicamus. Si æmulari uoluero inter malignantes: aut æmulatus fuero facientes iniquitatem: uide quid ſequatur. Sicut fœnum (inquit) cito areſcent: & ſicut holera hærbarum cito decident. Vis etiã alterius prophetæ de talibus monitis auctoritate muniri. Audi quid etiam Eſaias de omni gloria carnali pronunciet. Omnis (inquit) caro fœnum: & omnis gloria eius ut flos fœni. Vis etiam per ſingula uidere quomodo flos fœni ſit carnis gloria. Vide quis imperauit ante hos triginta annos: quomodo imperium eius efflоruit: continuo aũt ſicut flos fœni emarcuit. Tũc deĩde alius poſt ipm: deinde alius atq; alius: q deinde duces: q pricipes: & ois eorũ gloria: & honor non ſolum tanq̃ flos emarcuit: uerum ẽt tanq̃ puluis aridus: & a uento diſperſus ne ueſtigium quidem ſui reliquit. Alii etiam diuitiis elati: & honoribus tumidi ſtudentes: uel laudabiles haberi per ſimulatam bonitatem: uel execrabiles per indomitam crudelitatẽ. Quorũ ſi quis uana ſtudia æſtimat æmulanda: eat nunc ad cadauerum eorum reliquias: ſi tamen uel ipſe inueniri queant: aliquantis enim ne hoc quidem cõceſſum eſt: & tunc inueniet quomodo omnis caro fœnum eſt: & omnis gloria eius ut flos fœni. Exaruit fœnum: & flos eius decidit. Qui autem non diligit floſculos carnis: neq; carnaliter uiuit: ſed diligit uerbum dei: & in ipſo proficit: audi quid ſperet. Verbum (inquit) domini manet in æternum. Sed & hoc ipſum quod ait: quia ſicut fœnũ cito areſcent (malignantes ſcilicet) non arbitror ocioſum cur fœno eos cõparauerit: cum utiq; & alia poſſit eſſe materia: cui compararentur hi qui malicioſe egerunt. Fœnum mutorũ & irrationabilium animalium cibus eſt. Fortaſſis ergo pro eo ꝙ omnes ſtulti & imperiti: & qui contra rationem & ſapientiam dei uiuunt: ſequuntur eos qui in malitia principes ſunt: & ex illorum uita uel actibus ueſci dicuntur: quibus & obediunt: iccirco eos fœno comparauit. Nemo enim prudens ab illis ſumit exemplum. Nam ſicut uir prudens qui audit uerba domini & facit ea: iſte eſt q manducat panem illum qui de cœlo deſcendit: & Ieſus eſt cibus ei pro eo ꝙ ex uerbis eius paſcitur: & in mandatis eius uiuit ſimiliter & hi qui in malitia eminentes: ſicut fœnũ efficiuntur iis qui ſibi obtemperant: uel æmulationem ſui ad nequitiam gerũt. Similia autem etiam de holeribus hærbarum intelligenda ſunt quibus comparãtur hi qui faciunt iniquitatem: pro eo ꝙ uelociter tranſeant. Inuenimus tamen in ſcripturis diuinis interdum & laudabilia holera: quæ per præceptum apoſtoli manducare iubentur infirmi. Alia autem ſunt illa: & his contraria: de quibus dicitur ꝙ flumina ægypti aqua ſit deorſum deſcendens: & rigãs ſicut ortum holerum: quó uidelicet ægyptius non arbor dicatur: ſed ne uitis quidem nominetur: ſed holera quæ cito deficiunt. Et uis uidere q̃ cito ægyptius decidat? Vide qđ dicaƚ de eis ĩ exodo. Aegiptii aũt ſeſtiauerũt (inqt) dei colligauerũt axes ſuos: & cito fugierũt ſub aqua. Sicut holera ergo hærbarũ cito decident. Deniq; & Achab ille iniquus: qm̃ talia holera parabat plãtare ĩ uinea naboth Iezrahelitæ: ꝑꝑ qđ nabutheus magis mori elegit q̃ ꝑmittere ut exciſa uinea iſraelitica: holera plãtarenƚ. Fecit ergo hoc tãq̃ iuſtus: ut nõ ꝑmitteret excidi uineã iuſtitiæ: cuius fructus lætificat cor hoĩs: cum in ſapientiæ cratere miſceretur: et plantari holera iniquitatis: uelociter uiridantia: ſed uelocius areſcẽtia. Puto ergo ꝙ etiam in noſtris cordibus qui credimus ſaluatori: ſit aliqua uinea plantata ſicut dicit. Vinea facta eſt dilecto in cornu: in loco uberi. Sed & ad illos dictum eſt: quibus ſermo dei factus eſt primum: quia ego plantaui te uineam totam ueracem. Eſt ergo in nobis uinea quædam ex qua fructum ſcientiæ qui lætificat cor hominis per donum ſapientiæ præmimus in torcularibus ſcripturarum: cum perfectius: & latius diuinæ legis myſteria contuemur. Sed proficientibus nobis in his ſtudiis: & iſraelitico oculo ad oculum ſpiritalem tendentibus. Venit Achab iniquus & impius: Achab inimicus uineæ noſtræ & aduerſum optima ſtudia hæc ſapientiæ inuidiam concitat: tumultum cõmouet: dolos & factiones per Iezabel: hoc eſt per carnalem ſapientiam inſtruit: & uult excidi uineam iſtam ſpiritualis intelligentiæ: & plantari holera: id eſt ut quæ legimus: carnaliter intelligamus. Sicut holera enim omnis gloria carnis eſt: ut impleatur: in nobis illud quod culpat Apoſtolus dicens ad galathas. Sic inſenſati eſtis: ut cũ ſpiritu cœperitis nunc carne ꝑficiamini. Quod autem in anima ſancta ſint uineæ: & agri a domino benedicti: audi etiam Iſaac ad filium ſuum Iacob dicentẽ. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Melius ergo eſt uineam nos colere in anima noſtra: & torcular ſodere ſcripturarũ: & uindemiare botros: & premere uinum de uinea ſoreph: ut & nos dicamus ad

dñm: quia poculum tuum inebrians q̄ præclarum eſt. Poſteaq̄ dixit ſicut holera hærbarum cito decidere facientes iniquitatem: & ꝓhibuit æmulari inter malignãtes: & imitari facientes iniquitatem: tunc dicit quid facere debemus. Spera (inquit) in dño: & fac bonitatem. Contemptis ſcilicet illis omnibus quæ ſuperius culpata ſũt honoribus: diuitiis: & omni gloria carnali: atq; omnibus ſæculi bonis: in dño (inquit) ſpera. Sperans autem in dño non ſis ocioſus: ſed bonitatem faciẽs: ſpera in eo. Quæ eſt aũt iſta bonitas? uideamus. Vnus eſt ex illis fontibus quos ſancti ſpiritus fructus eſſe enumerat Apoſtolus. Fructus autẽ ſpiritus eſt charitas: gaudium: pax: patientia: bonitas: & iuſtitia. Fac ergo bonitatẽ uelut ſi diceret ad agrum loquẽs: fac illum fructum uel illum. Ita nunc tibi auditori diuinarum ſcripturarũ: tanq̄ agro: loquitur ſermo diuinus. Fac bonitatem: & inhabita terram/& paſceris in diuitiis eius. Noli eſſe ſicut fœnum areſcens: noli fieri ſicut holera hærbarum: quæ cito deficiunt: ſed ſpera in domino & fac bonitatem: & inhabita terram. Quam terram inhabitare nos iubet ſi bonitatem fecerimus? Vtiq; ſi de iſta loqueretur terra quam habitamus: & qui faciunt bonitatem: & qui non faciunt habitant hanc terram. Superfluum ergo uidetur eſſe mandatum ſi intelligatur hæc terra. Sed uideamus ne forte illam dicat terram de qua ſcriptum eſt: quia ſemen aliud cecidit ſuper terram bonam: quæ attulit fructum: in qua nunc terra cor auditoris ſignificari uidetur. Hanc ergo iubemur inhabitare: hoc eſt non longius euagari: non ultra citraq; diſcurrere: ſed habitare/& conſiſtere intra animæ noſtræ terminos: & conſiderare eam diligentius: atq; effici eius agricola ſicut fuit Noe & plantare in ea uineam: & excolere terram: quæ intra nos eſt: noſtræ animæ innouare noualia: & nõ ſeminare ſuper ſpinas: uidelicet cum animam noſtram purgamus a uitiis: & incultos atq; aſperos mores ad manſuetudinem chriſti imitationis excolimus: & ita demum ex uirtutum diuitiis paſcimur. Neq; enim putandum eſt præcipi nobis terrenas diuitias quærere: quas contẽnere iubemur: & ſpernere. Ait ergo. Inhabita terrã: hoc eſt agro animæ tuæ ſemper aſſiſte: ibi ſemper permane: & excole terram tuam: ut cum abundare cœperis iuſtitiæ fructibus: tunc paſcaris in diuitiis eius. Quid eſt autem paſci in diuitiis eius? Quia quodcũq; ſeminauerit homo: hoc & metet. Et qui ſeminat in carne: de carne metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet uitam æternam. Si autem habites terram tuam: & ipſam in ſpiritu & nõ in carne ſeminaueris: paſceris in diuitiis eius? Sicut oues illæ quæ in loco uiridi paſci dicuntur: de quibus dicit ſermo diuinus. In loco uiridi ibi me collocauit. Vnde conſtat ꝙ unuſquiſq; noſtrum ipſe ſibi præparat intra ſe locũ uiridem: in quo paſcitur a domino: cum agros animæ ſuæ excolit: & in ſpiritu ſeminans ſemper ad lætitiam ſpiritalis culturę adducit. Delectare in dño: & dabit tibi petitiões cordis tui. Moris eſt ſcripturæ diuinæ duos homines introducere ομωνυμως: id eſt ſimilitudine alterius alterum ex altero nominare: hoc eſt ea quæ exterioris ſunt hominis: compellere etiam in interiorem. Quod autem dico tale eſt. Exterior homo corporalis ueſcit̃ cibis corruptibilibus: & ſibi aptis. Eſt autem & cibus quidam interioris hominis de quo dicitur: quia in omni uerbo dei uiuit homo. Eſt poculum exterioris hominis: eſt aliud interioris. Bibimus enim de ſpiritali ſequenti petra: & bibimus aquam quam dicente Ieſu: qui bibit non ſitiet in æternum. Eſt & indumentũ exterioris hominis: eſt & interioris hominis indumentũ. Et ſi quidem peccator ſit: induit ſe maledictum ſicut ueſtimentum. Si autem iuſtus ſit: audit. Induite uos dominũ Ieſum Chriſtum: & induite uos uiſcera miſericordiæ: benignitatem: humilitatem manſuetudinem/patientiam. Et quid neceſſe eſt enarrare per ſingula quomodo interior homo exterioris hominis homo nimis appellationibus nominetur. Arma exterior homo: & interior habet. Qui ſm interiorem hominem militat: induitur armis dei: ut poſſit ſtare aduerſus uerſutias diaboli. Sed poſt multa exẽpla: ueniamus ad hoc quod propoſitum eſt. Videamus quid eſt quod ſignificat̃ ex eo quod dictum eſt: delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. Sciendum primum eſt quia hoc quod dixit in latino delectare in domino: in græco delitiare in domino dicit̃. Hoc enim græcus ſermo indicat: quod eſt κατατρυφησον. Sicut ergo ſm exteriorem hominem poſſibile eſt nõ ſolum cibis uti: uerũ etiam delitiis perfrui/& maxime qui diuites ſunt delitiis utuntur: ita etiam interior homo poteſt nõ ſolum cibis uti: uerum & delitiis perfrui. Quod fieri hoc modo arbitror. Siquis audiat uerba ea ſolũmodo quæ ſe inuitent ad timorem dei: iſte cibum tantũmodo capit ex huiuſcemodi uerbo. Qui uero dederit operam ad intelligendam legem: ad perſcrutandos prophetas: ad exſolutiones parabolarum euangelii: ad explanationem uerborum apoſtolicorum: & qui in omnibus intellectui & ſcientiæ operã dederit: iſte delitiis fruitur. Non enim ad hoc ſolum quod ei ad uitam ſufficit: cibo utitur mandatorum: ſed in omni agnitione ſcientiæ delectatur. hoc eſt quod arbitror & in eo indicari: quod dicitur deus ab initio plantaſſe paradiſum delitiarũ: ſine dubio in quo ſpiritalibus delitiis frueremur. Sed & alibi torrentem (ait) delitiarum potum dabis eis: ſanctis ſcilicet. Sed & hic ſcio ꝙ in latinis exemplaribus haberi ſolet torrentem uoluptatis tuæ: ſed in græco habetur τρυφησ: quod eſt delitiarũ. Sed & ſanctis quibuſq; corporalium delitiarum contemptus indicitur: & ſpes delitiarum ſpiritalium repromittit̃. Vis etiam de hoc authoritatem accipere ſcripturæ diuinæ. Diues quidam erat: & Lazarus pauper. In delitiis corporalibus erat diues: Lazarus conficiebatur inedia. Exceſſit uterq; de ſæculo: & Lazarus q̄dem ab angelis ſublatus eſt in ſinum Habraam ut ibi in delitiis requieſceret: ille autem qui in delitiis fuerat corporalibus abiit in gehennam ignis ſicut in euangelio ſcriptum eſt. Et audit ab Habraam: quia tu conſecutus es bona in uita tua: hoc eſt delitiis abuſus es: & Lazarus mala. Nunc autem hic requieſcit: tu uero cruciaris. Nemo poteſt/& in carne/& in ſpiritu habere delitias. Sed ſi quis in carne delitiatur: ſicut ille diues: carebit gremio Hbraam & delitiis. Qui uero in præſenti ſæculo pane afflictionis ueſcitur: ſicut & ille pauper: cum hinc abſceſſerit in delitiis erit. Delitiare ergo in domino: & dabit tibi petitionẽ cordis tui. Quod ſi adhuc plenius intueri uis: quomodo q̄s delitietur in domino: perſpice ꝙ dominus ueritas eſt: & ſapientia eſt & iuſtitia eſt: & ſanctificatio eſt. Si ergo abundaueris in diuitiis ueritatis: ſi abundaueris in intellectu ſapientiæ: ſi copioſus fueris in actibus iuſtitiæ: tunc plene &

integre delitiaris in domino. Quæ utiq; cum expleueris: tunc etiam id quod conſequitur adipiſceris: dabit enim tibi dominus petitiones cordis tui. Neceſſario tñ addidit petitiones cordis tui: cum potuiſſet utiq; dicere petitiones tuas. Ita autem facilius intelligi poteſt: quod ſi ſingulorũ membrorum propria quædam perſona fingatur. Verbi cauſa: ſi oculus haberet uocem: nunquid non diceret peto lucem: ut uideam ea quæ me uidere delectant? Refugio enim uidere horrorem aliquem: & omne quod conturbat & contriſtat aſpectum. Similiter & ſi auditus acciperet uocem: nunquid non diceret peto ſonum modulata arte compoſitum ſonum delectabilem: aſperum uero & terribile aliquid audire refugio? Ita ſi guſtui uox daretur & tactui: & omnes ſenſus noſtri ſine dubio hæc peterent: quæ ſuo ſenſui cõuenirent. Ab his ergo tranſeamus ad cor in quo eſt mens: & principalis intellectus: & uideamus quid deſyderet & quid petat cor: ſicut de oculo: uel de auribus cæteriſq; ſenſibus in ſuperioribus demonſtrauimus. Scd̃m ſui naturam cor ſine dubio intelligentiam poſcit: ſicut oculus uiſum: ita cor intellectum requirit. Sicut auris ſuauem ſonum cupit: ita cor ſapientibus ſenſibus delectatur. Sicut guſtus dulci ſapore ita cor prudẽtibus cogitatiõibus gaudet. Sicut adoratus ſuauitatem fragrantiæ: ita cor rationabilibus ſtudiis lætatur. Sicut tactus lenibus ac mollibus: ita cor utilibus: & optimis conſiliis delectatur. Si ergo delitieris in domino: & ſapientiæ: & ueritatis/ & iuſtitiæ copiis atq; delitiis pfruaris: dabit tibi dominus petitiões cordis tui aptas delitiis ſupradictis. Poſt hæc dicit. Reuela domino uiam tuam: & ſpera in eum: & ipſe faciet. Omnis qui male agit odit lucem: & non uenit ad lucem uti ne arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem: uenit ad lucẽ. Quoniam ergo qui male agit odit lucem: & quantum in ipſo occultans mala quæ agit: & timens ne arguatur uelat: & contegit uiam ſuam: & tanq̃ uelamento quodam operit actus ſuos. Verbi gratia. Siqs ueſtrum (licet non optem eſſe in hoc conuentu talem aliquem) tamen ſi quis inter uos ſiue cathecuminus: ſiue etiam unus aliquis ex pluribus fidelium cõſcius ſibi eſt q fornicatus ſit: & celat delictum: nunquid non tibi uidetur iſte occultare & operire uiam ſuam quam incedit? Qui autem caſte agit: & confidit de puritate uitæ ſuæ nõ uult cooperire uiam ſuam: ſed uult eam manifeſtam eſſe: manifeſtam dico non hominibus: ne forte percipiat mercedem ſuam ab hominibus: ſed deo manifeſtat. Propterea ergo dicitur: reuela ad dominum uiam tuam. Sed & ſi malorũ tibi cõſcius aliquorum fueris noli occultare: ſed per exomologeſim. i. confeſſionem reuela ei domino: & ſpera in eum & ipſe faciet. Hoc eſt cum confeſſus fueris & reuelaueris ei delicta tua: ſpera ĩ eum quod poſſis ab eo ueniam promereri/ & ipſe faciet. Quid faciet? Sine dubio ſanũ te faciet. Dicet tibi. Ecce iam ſanus factus es: ultra noli peccare: ne quid tibi deterius cõtingat. Hæc faciet: ſi delicta tua ei reuelaueris. Si uero pura eſt uia tua: & munda conſcientia: & hæc ei reuelaueris: ſpera in eum. Quid faciat/ ex cõſequentibus diſce. Producet ſicut lumen iuſtitiam tuam: & iudicium tuum ſicut meridiem. Tuam iuſtitiam quam tu egiſti in occulto: & reuelaſti eam ſoli deo: hanc ꝓducet ſicut lumen deus: & oñdet te iuſtũ: illuminatũ ſole iuſtitiæ coelo: & terræ: & oĩbus qui in coelo ſunt oñdet lumen iuſtitiæ tuæ: & ſi ita dici oportet iactabit ſe de te tanq̃ de filio: tanq̃ q acceperis ſpm̃ adoptionis. Producet ergo iuſtitiam tuam ſicut lumen: qa qui ſm̃ mandatum dñi iuſtus eſt: iuſtitiam ſuam ita facit ſicut ipſe mãdauit: dicens. Vos aũt cum facitis iuſtitiam ueſtram: neſciat ſiniſtra qd faciat dextera tua. Hæc ergo iuſtitia quæ ita fit: ut nõ hoibus appareat: nec ut humanam gloriam captet: ſed fit in occulto ut pr̃ qui uidet in occulto: reddet palam ĩ tp̃e ſuo: ꝓducit̃ a deo ſicut lux: & iudiciũ tuum ſicut meridies. Oĩa enim iuſti iudicia quæcũq; iudicauit: non ſolum ſicut lux erũt: ſed ſicut meridianum lumen: qd̃ utiq; clariſſimũ: & ſplendidiſſimũ eſt. Plenitudo enim lucis: in meridiano tp̃e deſignatur. Si ergo fueris iuſtus & bonus: ꝓducet deus ſicut lumen iuſtitiam tuam: & iudicium tuum ſicut meridiem. Vel certe in iudicio cũ cã tua diſcutit̃: iuſtitiam cauſæ tuæ tanq̃ lucem deus faciet manifeſtam: & iudiciũ qd̃ & diiudicat: uelut in meridiem faciet manifeſtum. Quæ ſcientes ita futura deprecemur miſericordiam dei: ut concedat nobis tales fieri qui digni habeamur: quorũ deus ipſe lucem iuſtitiæ ꝓducat in mediũ: & iudiciũ nr̃m ſicut meridiem clarũ & lucidum hñs lucem ueram in ſeipm̃ dñm nr̃m: cui eſt gloria/ & imperiũ in ſæcula ſæculorũ. Amen.

¶ Incipit Homelia ſecunda de eodem pſalmo.

Præcipiente mãdato/ & dicente: ſubditus eſto dño: neceſſarium uidet̃ pſcrutari qd ſit ſubditum eſſe dño: & qd ſit nõ eſſe ſubditum. Sicut enim nõ ois qui dicit dñe domine intrabit in regnum coelorũ: ſed qui facit uoluntatem pr̃is mei qui in coelis eſt: ita non ois qui dicit ſe ſubiectum eſſe dño: ſubiectus eſt ei: ſed qui reipſa ſubiectus eſt ei. Quia uere ſubiectum eſſe dño: non ſermo ꝓfeſſionis: ſed opus ſubiectionis oñdit. Plenius aũt intelligitur qd̃ dicimus hoc modo. Dñs noſter Ieſus Chriſtus iuſtitia eſt. Nemo ergo iniuſte agẽs ſubiectus eſt Chriſto: qui eſt iuſtitia. Chriſtus ueritas eſt. Nemo mendax Chriſto ſubiectus eſt qui eſt ueritas: ſiue cum in rebus: ſiue cũ in doctrina mendacium loq̃tur. Dñs Ieſus Chriſtus ſanctificatio eſt. Nemo ẽ ſubiectus ſanctificationi: cum pollutus ſit: & impurus. Dñs Ieſus Chriſtus pax eſt. Nemo litigioſus & turbulentus. Xp̃o ſubiectus eſt: qui eſt pax: ſed ille ſubiectus eſt ei qui dicit: cũ his qui oderũt pacem eram pacificus. Vnde & in alio pſalmo ad aiam ſuam dicit propheta. Verũtñ deo ſubdita eſto aĩa mea: quia ab ipſo eſt patientia mea. Sed & Apoſtolus magna quidem & myſtica de ſubiectione ſignificat dicens. Cum aũt ſubiecta ei fuerint oĩa: tũc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui ſibi ſubdidit oĩa. Audi ergo quid dicit: quia oĩa neceſſe eſt Chriſto eſſe ſubiecta: & tunc ipſum eſſe ſubiectum: ſubiectione (uidelicet illa) quam de ſpiritu intelligi dignum eſt. Interim neceſſe eſt omnia Chriſto eſſe ſubiecta: ut tunc demum etiam ipſe impletis omnibus & perfectis per ſubiectionem tanq̃ uictoriæ ſuæ hanc referens palmam patri dicatur futurus eſſe ſubiectus. Quod niſi myſtice intelligatur: impium aliquid ſine dubio non aduertentibus indicare creditur. Nõ enim putandum eſt q filius dei nunc quidem patri nequaq̃ ſubiectus ſit: in nouiſſimis uero tp̃ibus cum ſibi fuerint cuncta ſubiecta: tũc erit & ipſe ſubiectus: ſed quia omnia noſtra in ſe recipit: &

ſe eſſe dicit qui in nobis eſuriat: ſeq; qui in nobis ſitiat: & nudus ſit atq; æger. quiq; hoſpes: & qui retruſus in carcerem: & quicquid uni ex minimis ſuis factum fuerit: ſibi factum eſſe teſtatur. conſequenter & merito cum unuſquiſq; noſtrum plene & ꝑfecte ſubditur deo: ita ut in nullo prorſus inobediens pareat ſe eſſe ſubditum proteſtatur. Sed & alio modo planius intelligitur quod dicimus. Si aliquod membrum corporis doleamus: q̃uis anima noſtra incolumis ſit: & reliqua omnia mẽbra noſtra ſana ſint: tamen quia dolore unius membri totus homo affligitur: non dicimus quia ſani ſumus: ſed q̃a male habemus. Verbi cauſa dicimus ille non eſt ſanus: quare? quia pedes dolet: aut renes: aut ſtomachum. Et nemo dicit quia ſanus eſt: ſi ſtomachum dolet: ſed nõ eſt ſanus: quia ſtomachum dolet. Si intellexiſtis exemplũ: redeamus nunc ad id quod propoſitum eſt. Apoſtolus dicit quia corpus Chriſti ſumus: & membra ex parte. Chriſtus ergo cuius omne hominum genus: immo fortaſſis totius creaturæ uniuerſitas corpus eſt & unuſquiſq; noſtrum membra ex parte eſt: ſi aliquis ex nobis qui membra eius dicimur ægrotat: & aliquo peccati morbo laborat: id eſt ſi alicuius peccati macula inuritur: & non ſubiectus deo: recte ille nondum dicitur eſſe ſubiectus: cuius ſint membra illi qui nõ ſunt ſubiecti deo. Cum autem oẽs eos qui corpus ſuum dicuntur ac membra: ſanos habuerit: ut ĩ nullo inobedientiæ laborauerint morbo: ſanis omnibus membris: deoq; ſubiectis: merito ſe dicit eſſe ſubiectum illi cuius nos membra deo ĩ omnibus obedimus. Quod ſi teipſum perſcrutari uis & uidere ſi iam ſubiectus es deo: an adhuc inobediens permanes: hoc modo teipſum diſcute. Si nihil eſt contrarium deo in te: ſubiectus es ei. Cõtrarium autem dicimus hoc modo. Deus charitas eſt: ſi odium in te non eſt: non habes quod contrarium deo eſt. Deus ueritas eſt: uide ne ſit in te mendacium quod eſt contrariũ ueritati. Si enim eſt in te mendacium: non deo ſubiectus es: ſed ei qui eſt mendacii pater. Et ſi iniuſtitia in te eſt: patri iniuſtitiæ ſubiectus es magis q̃ deo: qui iuſtitia eſt. Si & reliqua in te deprehenderis uitia: ſcito te tãdiu non deo: ſed diabolo eſſe ſubiectum. Certum eſt nãq; quia fornicationis tempore ſpiritui fornicationis ſumus ſubiecti: aduerſantes ſpiritui caſtitatis. Et tempore iracundiæ uel furoris: ſpiritui iræ obedimus: ſpiritui manſuetudinis reſiſtentes. Propterea ergo uidentes quia omnis uita noſtra agonem quẽdam obedientiæ gerit: ſiue Chriſto: ſiue his qui contrarii ſunt Chriſti: conemur per orationis: per eruditionis religioſam inſtitutionẽ hoc agere: ne unq̃ diabolo uel malitiæ eius obedire inueniamur: ſed omnis actus noſter: & omnis ſermo: atq; omnis cogitatio inueniatur in ſubiectione Chriſti. Quod ſi forte dicis: quid prodeſt ſi nunc ſubiectus ſim: cum iam ante peccauerim & præuentus ſim in delictis? Sine dubio cum deliquimus: ſubiecti non fuimus deo: ſed cum deſinimus a delictis: tunc initium ſubiectionis accepimus. Cum ergo timori dei ſubiecti peccare ceſſamus: tũc etiam fiduciam accipimus poſcendi pro delictis prioribus ueniam. Donec autem permanemus in delictis: fruſtra ueniam poſcimus delictorum. Vnde & memini me frequenter dixiſſe ad uos: quia ueniam delictorum tunc digne poſcimus cum longe poſiti a peccato: illam uocem poſſumus dicere. Ne memineris iniquitates noſtras antiquas: Non dixit eas quas facimus: ſed eas quas aliquando fecimus. Subditus ergo eſto domino: & ſubiectus noli peccare. Tunc obſecra eum pro delictis præteritis & antiq̃s. Ne æmulatus fueris eum qui ꝓſperatur in uia ſua: in homine faciente iniquitatem. Deſcribit ea quæ accidunt hominibus. Frequenter enim ſi uideamus iniquum in proſperis ſucceſſibus: & in ea quam dicunt fœlicitate uitæ poſitum ſcandalizamur: & periculum fidei incurrimus: atq; in corde noſtro aduerſum diuinam prouidentiam conquerimur: dicentes: quid prodeſt iuſte agere? Ecce iuſti tribulãtur: hic iniuſtus fœliciter agit. Iniuſtus eſt: & ad ſummas diuitias peruenit: honorum ac poteſtatum excelſum culmen aſcendit: fortaſſis melius eſt iniuſtum eſſe q̃ iuſtũ. Hæc infirmæ & fragiles animæ: etiam ſi non ore proferunt: in corde ſuo tamen loquuntur: cũ uiderint iniquos proſperis ſucceſſibus agere in uia ſua. Et ideo nobis mandati huius medela ſuccurrit: ne cum hæc uiderimus æmulemur id eſt ne imitemus dominũ aduerſum nos loquendo talia in cordibus noſtris: ſed recogitare debemus: quia præſens ſæculum eorum eſt qui futuræ beatitudinis non habẽt ſpem. Et ideo patienter feramus illos his ſucceſſibus proſperis agere: percipere bona ſua in uita ſua: donec ueniat & noſtrum ad quod inuitati ſumus: & cuius nobis repromiſſa ſunt bona: ad quod reſpicimus: in quod ſperamus: cuius bona nõ ſicut in hoc ſæculo tanq̃ umbra prætereunt: ſed permanent in æternum. Impoſſibile autem eſt & in præſenti ſæculo bona cõſequi: & in futuro. Neceſſe eſt enim dici uni: quia conſecutus es tu bona tua in uita tua: & alii quia conſecutus es mala: & alter pro malis bona: & alter pro bonis mala recipiat: ſicut exemplo ſunt ille diues: & Lazarus. Ideo ergo noli æmulari in eo qui proſperatur in uia ſua: in homine faciente iniquitatem. Poſt hæc cõmonet uitium quo omnes pene turbamur: & neſcio ſicubi rarus q̃s ita perfectus inueniatur qui careat hoc morbo. Deſine (inquit) ab ira: & derelinque indignationem. Multa ſunt uitia quæ a multis facile uitantur. Verbi cauſa impudicitiæ malum ſi quis operam enixius continentiæ dederit impudicitiam abiecit. Aliquanti etiam auaritiam ſubiugarunt: ita ut cum in cæteris nõ ſint perfecti: uideatur tamen uitare hoc malum: ſed & alia nonnulla. Iracundiæ autem durum & acutum uitium inflammat: & exagitat etiam eos qui uidentur eſſe ſapientes. Vnde & Salomon in prouerbiis dicit. Ira perdit etiam prudentes. Idem: noli (inquit) mirari: ſi inſipientem: ſi malum: ſi infidelem iracundia inflammat: quia frequenter etiam bonos & prudentes uiros ira exagitat. Eſt ergo hoc peccatum etiam unum ex illis quod ad ædificium deferet ligna fœnũ & ſtipulam: & neceſſe eſt huiuſmodi materias (ſicut ſcriptum eſt) per ignem probari: ita ut permaneamus tãdiu in igne: donec de nobis ligna iracundiæ conſumantur: & fœnum indignationis: & ſtipula uerborum: eorum uidelicet quæ huiuſcemodi uitiis exagitati protulimus. Iccirco ergo deſine ab ira: & relinque indignationem: id eſt nõ ſatiſfacias aĩs tuis: cum cõmotus fueris ad iracũdiã: ſed deſine: derelinq; cõtemne. Nos uero cũ hæc mandata ſuſcipiamus: & ecõtrario cũ cõmoti fuerimus nõ ab iracũdia: ſed a mãſuetudine deſinimus: nõ indignationẽ relinquimus:

quimus: ſed lenitatem. Verum ex hoc ſaltem incipiamus emendare noſmetipſos: & paulatim per continentiam & aſſiduam meditationē lenientes iracundiam: ueniamus etiam in hoc ut ultra non iraſcamur: atq; idignatiōis quæ per furorem cōcitatur impetum retundentes aſſidue perueniamus uſq; in illud: ne ultra indignationis commotione turbemur. Noli æmulari ut nequiter facias. Noli (igt) in æmulationem nequitiæ cæteros prouocando: etiā ipſe nequam fieri: quia æmulatio mali uincere ſemper i malitia alium ſtudet Quia qui nequiter agūt exterminabunt: qui autem expectant dñm: ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Apparet quia nequitia alia qdem ſpecies mali eſt: ꝑter cætera peccata. Vnde & hic ſermo diuinus aliū deſcribit peccatorem: & alium nequam: ſicut & ibi ſimili utitur diſtinctione cum dicit. Contere brachium peccatoris & maligni: id eſt nequam. Sed & dñs in euangelio diabolum non dixit peccatorem tantummodo: ſed malignum: uel malum. & cum docet in oratione: uel dicit Sed libera nos a malo. Et alibi. malus homo fecit ſiue malign⁹. Definiunt quidā πονηρειαν id eſt nequitiam ſpōtaneam: uel uoluntariam eſſe malitiam. Aliud eſt enim per ignorātiam mala agere: & uinci a malo: aliud eſt uoluntate: & ſtudio mala facere: & hoc eſt nequitia. Vnde & merito diabolus hoc nomine πονηρος: id eſt malignus uel nequā appellatur. Sed & nobis exprobrans ſaluator dicebat. Si ergo & uos cum ſitis mali: ſcitis bona data dare filiis ueſtris. Et nunc ergo (ait). Quoniam qui nequiter agunt exterminabūtur: qui autem expectant dominum ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Eſt & alia quædam terra illa de qua ſcriptura dicit fluens lac & mel: quam ſaluator in euangeliis repromittit manſuetis: dicens. Beati manſueti: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Hæc noſtra quam habitamus proprio uocabulo arida appellatur: ſicut & cœlū iſtud quod intuemur proprie firmamentum dicitur. Ex appellatione uero alterius cœli: etiam iſtud firmamentum cœli nomē accepit: ſicut edocet ſcriptura Geneſeos. Quid ergo eſt? In præſenti quidem uita utimur cœlo: & terra uiſibilibus iſtis: in qbus ueri cœli & ueræ terræ præter nomina nihil aliud inuenimus: ſed iccirco hic ita arbitror appellata: ut cū hæc ita nominātur: illa quæ uera & magna ſunt ad deſiderium & memoriam cognominantium ueniant. Qui ſunt autem qui hæreditate poſſidebunt terram? Qui expectant (inquit) dominum. Expectamus dominum: quia ipſe eſt expectatio noſtra: & patientia: ſicut ſcriptum eſt. Et nunc quæ eſt expectatio mea: nonne dominus? Sicut ergo ſaluator ſapientia eſt: & pax: & iuſtitia: ita eſt & expectatio: uel patientia. Et ſicut participatione iuſtitiæ eius iuſti efficimur: & participatione ſapientiæ eius ſapientes: ita & participatione patientiæ eius patientes efficimur. Eſt ergo uelut fons quidam perennis de quo haurire poſſumus & patientiam: & iuſtitiam: & ſapientiam: & omnia quæcūq; ſunt uirtutum bona: ſi tamen bona digna & pura uaſcula nr̃a deferamus ad fontem. Ait ergo. Qui autem expectant dominum: ipſi hæreditabunt. Poſt hæc autem ſermonem quendam addidit myſticum: qui ſuper auditum meum ſit: & ſupra linguā meam: qui excedat ſenſum meū. Ait enim: ſiue de omnibus peccatoribus: ſiue de uno aliquo peccatore: ſingulariter enim dicit. puſillum adhuc: & non erit peccator. Puſillum adhuc profecto a præſenti tempore uſq; ad conſummationem ſæculi eſſe dicit: aut fortaſſe etiam ultra cōſummationem ſæculi: & donec ille ignis uindex conſumat aduerſarios. Si autem fiat hoc aliquo modo ut non erit peccator: & qua ratione fieri poſſit ut peccator nō ſit: diſcutiat: & requirat qui poteſt. Verūtamen puſillum adhuc: & non erit peccator: & quæres locum eius: & nō inuenies. Non ſolum autem peccator nō erit: ſed nec locus peccatoris erit. Quis eſt autem locus peccatoris: niſi iſta quæ prætereunt? Cœlum (inquit) & terra præteribunt. Sine dubio ergo cum ipſo peccato: quod præteriit: etiam locus præteriet peccatoris. Cœlum (inquit) & terra præteribunt: uerba autem mea non præteribunt. Studeamus ergo nos facere uerba dei quæ non prætereunt: ne forte & nos cum iſtis quæ prætereūt intereamus. Si enim peccatum facimus quod præterit: ſine dubio & nos cum his quæ prætereūt deputabimur. Si autem facimus iuſtitiam quæ non præterit: neq; ipſi præteribimus: ſed permanebimus cum permanente iuſtitia ſm̄ illud quod ſcriptum eſt. Nunquid non ualet manus mea ſaluos facere: aut grauaui aurem meam ne exaudiam? Sed peccata ueſtra ſeparant inter uos / & deum. Sed & ab initio creaturæ nō ſine aliqua myſtica ratione firmamentum factum eſſe dicitur quod ſepararet inter aquas & aquas: & diuideret habitaculum mortalium a ſedibus: & habitaculis angelorum. Ex eo ergo locus nobis peccatoribus arida hæc quam etiam terram cognominauit dominus: deputata eſt. Sed & alia quædam loca nominantur aquæ: quibus ſuperferri ſpiritus domini dicitur. Et alia quædam loca abyſſus nominātur: quibus tenebræ ſuperpoſitæ referuntur. Et de aquis quidem dicitur in alia ſcriptura: qa uiderūt te aquæ deus. Viderunt te aquæ: & timuerunt. De abyſſo autem dicit: qa conturbata eſt abyſſus: ſine dubio quia non habet pacem: ſed habet tenebras ſuperpoſitas. Sed & dæmones in euāgelio rogare dicuntur / ne iubeantur abire in abyſſum uelut in locum quēdam pœnæ: & ſe & ſuis actibus dignū. Non ſolum ergo peccator non erit: ſed etiam locus eius: quiſquis ille eſt: quæretur: & non erit. Manſueti autem hæreditabunt terram. Aduerſum Valentinianos & cæteros hæreticos: qui putant ſaluatorē meum dicere in euangelio quæ in antiquis litteris non ſunt ꝓferendus eſt iſte uerſiculus: ſicut & nos dicimus a quodam preſbytero proferre hæc ad conuincendos eos. Quod enim dictum eſt in euangelio. Beati manſueti quoniam ipſi hæreditabunt terram: uide quomodo ante iam dictum eſt a ſpiritu ſancto per Dauid: imo ipſe Chriſtus qui nunc in euangeliis dicit: Beati manſueti: quoniam ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Addit ſane propheta etiam amplius aliquid q̄ in euāgelio legimus: dicens. Et delectabuntur in multitudine pacis. Etiā hic ſermone ipſo utitur græcus: de quo & ſuperius diximus. κατατρυφησουσιν, id eſt delitiabuntur magis q̄ delectabuntur. Igitur delitiabuntur ſiue delectabuntur manſueti: in multitudine pacis. Si qui ſunt carnales hoīes delectant̄ in cibis q̄ deſtruent̄ cū uētre ſuo: ſicut & Apl̄s dicit. Eſca uentri & uenter eſcis: deus autem hunc & illas deſtruet. Sancti autem iſtas quoq; delitias cōtemnunt & reſpuunt: habent autem delitias in multitu

dine pacis. Multitudo autem pacis eſſe dicitur in diebus Chriſti. Ita enim ſcriptum eſt. Et multitudo pacis erit i diebus eius: uſq; quo auferatur luna. Quicunq; ergo deſinet ab ira: & relinquit indignationem: & neq; animus in iram irritatur: neq; ſemone utitur iracundo: non ſolum forinſecus: uerum & extrinſecus: totus in pace eſt: & neq; ꝓuocanti ſe ad iracundiam cædit: neq; ipſe alterum ad iracundiam prouocat: ſed in ſemetipſo pacem habet: & in alsis. Si qui forte diſſident: ſeruat diligere manſuetudinem quæ pacis cuſtos eſt fideliſſima: quæ cũcta moderatur: iſte delitiatur uel delectatur in multitudine pacis. Obſeruabit peccator iuſtum: & fremet ſuper eum dentibus ſuis. Sicut eñi naturaliter contraria ſunt lux & tenebræ: ita contrarii ſunt ſibi peccator & iuſtus. Et ſi uideris aliquãdo odio haberi iuſtũ: non dubites dicere de eo qui odit iuſtũ: q̃a peccator eſt. Si uideris ꝑſecutionem pati eum qui bene uiuit: nõ dubites dicere de eo qui perſequitur: quia non ſolum peccator eſt: ſed nequã. Obſeruauit ergo peccator iuſtũ: & obſeruãs eũ fremet ſuꝑ eũ dentibus ſuis. Quod dicit fremet dentibus. neſcio ſi de carnalibus dentibus accipiendum ſit: licet poſſibile ſit ẽt hoc fieri a peccatore aduerſus iuſtũ cũ cõminatur ei: cũ fuerit aduerſus eum: cum ſilet uoce: & clamat furore: cum iuſto molitur inſidas: & omne malũ excogitat aduerſum eum: tunc etiam corporaliter adiplet quod dicitur. Fremet ſuper eum dẽtibus ſuis. Sed cũ hæc facit peccator aduerſus iuſtum. Dominus (inquit) irridebit eum: quoniam ꝓſpicit ꝙ ueniat dies eius. Quẽ diem proſpicit dñs peccatoris? Illum ſine dubio: cum quæritur peccator: & non erit. Gladiũ euaginauerũt peccatores: tetenderunt arcum ſuũ: ut deiciat inopem & pauperẽ. Nõ quod omni genere peccatores gladium habeant corporalem: ſed uideamus ne forte ſicut ſũt quædam arma dei: in quibus eſſe dicitur lorica iuſtitiæ: & gladium ſpiritus: & ſcutum fidei: ita etiam ſint arma diaboli: quibus indutus eſt homo peccator. A contrariis igitur intelligamus contraria: & ſtatuamus duos milites armatos: unum militem dei: alterum militem diaboli. Et ſi quidem miles Dei habet loricam iuſtitiæ: ſine dubio miles diaboli contrariam huic gerit iniuſtitiæ loricam. Et ſi miles dei in galea ſalutis choruſcat. econtrario peccator qui eſt miles diaboli: galea perditionis indutus eſt. Et ſi parati ſunt pedes militis Chriſti ad euangelii curſum & prædicationem: contrario peccatoris pedes uelociter currunt ad effundendum ſanguinem: & calciamenta eius (hoc eſt præparatio) concinnatur ad malum. Habet ergo miles dei ſcutum quoddam fidei: habet & miles diaboli infidelitatis ſcutum. Ita ergo eſt gladius quidam ſpiritus ſancti in his qui militant deo: eſt autem & gladius maligni in his qui militant peccato: quem gladium euaginare nunc dicuntur peccatores.

Quomodo autem putãdi ſunt peccatores euaginare gladium: cum iam impudenter & abſq; ullo uerecundiæ uelamento iniquitates ſuas perpetrant: nec erubeſcunt: ac reuerentur: neq; tanq̃ in uagina nequitiam ſuam recondũt: & contegunt: ſed ſuperbo & elato ſpiritu uelut gladium quendam denudant. Similiter etiam illud quod ſequitur peragunt: id eſt intenderunt arcum ſuum. Sed & iuſti habent arcum: habent & ſagittas. Deniq; & una ſagitta ipſorum eſt dominus Ieſus: ipſe enim ait: & poſuit me ſicut ſagittam electam. Habent ergo iuſti ſagittas: habent & peccatores. Sermo ſagitta eſt: & iuſti q̃dem ſermo cũ arguit: & corrigit peccatorem: uelut ſagitta compungit: & transforat cor eius ut conuertatur ad pœnitentiam: & ſaluetur. Sermo autem peccatoris eſt: habens uenenum: & ſagittãs: ac uulnerans eum qui non eſt armis dei munitus. Tunc enim uerba iniquorum præualent aduerſum nos: cũ minus caute ſcuto fidei cõmunimur. Tetenderunt ergo arcum ſuum: ut deiiciant inopem & pauperem. Sciunt peccatores quia nõ poſſunt deiicere diuitem: propterea neq; inſidias ei tendunt: ſed omnes eorum inſidiæ aduerſum pauperem/diriguntur: ſicut & alibi dicitur: quia inſidiatur ſicut leo in cubili ſuo: inſidiatur ut rapiat pauperẽ. Et q̃a redemptio uiri diuitiæ eius ſunt: pauper autẽ ſufferre non ualet minas. ideo diuites efficiamur in ſpiritualibus bonis id eſt in omni uerbo: & in omni ſcientia: in operibus bonis abiicientes diuitias peccati: proſpicientes non ea quæ uidentur: ſed ea quæ non uidentur. Quæ enim uidentur diuitiæ temporales ſunt: quæ autem non uidentur æternæ ſunt. Et ſi in talibus diuitiis diteſcimus: uulnerari ſagittis non poſſumus peccatorum. Reſtinguentur enim ſcuto fidei per Chriſtum dominum & ſaluatorem noſtrum: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Incipit Homelia Tertia De eodem pſalmo. XXXVI.

SVperiore tractatu dicebamus quædam de gladio & arcu peccatorum: & armis dei: & quia omnes homines armati ſunt. Et quod diximus omnes homines: nunc adiiciam quod defuit ſuperioribus: id eſt hi homines qui peccare iam poſſunt: uel abſtinere a peccatis. Infantes eñi neq; dei arma tractare põt: neq; arma diaboli. Si qui autem in uerbo & actu/& cogitatione poſſunt iam ſcire quod rectum eſt: & uitare quod contrarium eſt: ipſi ſunt qui dicũtur omnes habere arma: & ſi quidem peccant: diaboli arma habent: & iniquitatis. Si uero recte agunt: armis dei dicentur induti. Quod ergo dixit gladium euaginauerunt peccatores: tetenderunt arcum ſuum: explanãtes dicebamus ſ͞m Apoſtolum qui dixit a contrariis: & gladium ſpiritus quod eſt uerbũ dei. quia peccatorum gladius eſſet ſpiritus qui in ipſis eſt neq̃ qui eos inſpirat ad uerba blaſphemiæ: & iniquitatis: & turpitudinis. Verbi cauſa: ſi uideas gentiles aduerſum ſe in diſputationibus dimicantes: & diuerſas contra ſe inuicem impietates dialecticæ artis: uerſutiis aſtruentes: potes tunc dicere competenter quia gladium euaginauerũt peccatores. Sed & ego qui dicor fidelis ſi forte certamen ſit mihi cum aliquo: & ad iracundiam prouocatus: abiecta manſuetudine proferam uerba furioſa: & ſpiritum mendaciis: & tumidis: uenenatiſq; ſermonibus retegam: merito etiã ego tanq̃ peccator euaginaſſe gladium dicor. Bonum igitur primum eſt ne habere q̃dem gladiũ peccati: ſc͞dm uero eſt ſaltem non eum euaginare: ſed recondere in uagina ſua. Si enim non proferatur gladius de uagina: neq; exerceatur: acies eius obtunditur: & erugine conſumitur: & ſi ſemper ceſſet ab opere exterminabitur. Hoc enim dominus etiam pollicetur ut exterminet rũphæam (id eſt peccatũ) ita ut ultra iã nõ ſit peccator. Sed ſi quidem uerbi dei

præuenimus

præuenimus hoc opus : & in hac uita poſiti faciamus in
nobis interire peccatũ:ut nunq̃ omnino a nobis neq; per
cogitationem neq; per opus : neq; per uerbũ peccati gla/
dius proferat:non indigebimus pœnæ ignis æterni:non
tenebris exterioribus condemnabimur : neq; illis ſuppli/
ciis quæ peccatoribus iminent ſubiacebimus . Si uero in
hac uita contemnimus cõmonentis nos diuinæ ſcriptu/
ræ uerba:& curari uel emendari eius correptionibus nolu
mus:certum eſt quia manet nos ignis ille qui præparatus
eſt peccatoribus:& ueniemus ad illum ignẽ i quo unuſ/
q̃ſq; opus quale ſit ignis probabit. Et ut ego arbitror om/
nes nos uenire neceſſe eſt ad illum ignem:etiam ſi Paulus
ſit aliquis:uel Petrus:uenit tamen ad illum ignem : ſed illi
tales audiunt:etiam ſi per ignem tranſeas : flãma nõ adu/
ret te. Si uero aliquis ſimilis mei peccator ſit : ueniet qui/
dem ad ignem illum ſicut Petrus & Paulus : ſed non ſic
tranſiet ſicut Petrus & Paulus . Et quẽadmodum ad ru/
brum mare uenerunt Hebræi uenerunt & Aegyptii : ſed
Hebræi quidem tranſierunt mare rubrum: Aegyptii autẽ
demerſi ſunt in ipſo . Hoc modo etiam nos ſi q̃dem Ae/
gyptii ſumus:& ſequimur Pharaonem diabolum: præce
ptis eius obedientes : demergemur in illum fluuium ſiue
lacum igneum cum inuẽta fuerint in nobis peccata:quæ
ſine dubio ex præceptis elegimus Pharaonis. Si autem ſu
mus Hebræi & ſanguine agni imaculati ſumus redempti:
ſi non portamus nobiſcum fermentum nequitiæ: ingre/
dimur q̃dem & nos fluuium ignis:ſed ſicut Hebræis erat
aqua murus dextra / læuaq; : ita etiam ignis erit murus. ſi
nos faciamus quod de illis dictum eſt : quia crediderunt
Deo & Moyſi famulo eius:id eſt legi eius:& mandatis: &
ſic ſequamur columnam ignis : & colũnam nubis . Hæc
monuimus repetentes explanationẽ quomodo gladium
euaginauerunt peccatores . Sed ne illud quidem ocioſe
tranſeundum eſt ꝙ etiam tetendiſſe dicũtur arcum ſuum:
quod non iam appoſitione contrarii ſicut in cæteris feci/
mus:ſed ex ſimilibus abſoluimus. In decimo pſalmo ſcri
ptum eſt:quia peccatores intenderunt arcum:parauerunt
ſagittas in pharetra : ut ſagittent in obſcuro rectos corde.
Vnde apparet ꝙ cor impii repletum eſt : uelut pharetra ſa/
gittis uenenatis. Sunt ergo ſagittæ impiorum conſilia: &
cogitationes peſſimæ:os uero ac labia eorum arcus qui/
dam eſt:quo dilatato atq; diſtento uenenati cordis ſpicu/
la iactantur. Quod autem ait in obſcuro:competenter di/
ctum eſt . Non enim iſti tales in die id eſt in luce dei ince/
dunt:ſed in tenebris ambulant:& in obſcuritate malitiæ
atq; ignorantiæ deliteſcunt. Quod autem ſagittant rectos
corde:id eſt ſimplices & ignorantes malitias ſuas. Sed pu
to ꝙ hic ſermo non tam de hominibus peccatoribus : q̃
de contrariis poteſtatibus dicatur. Illæ ſunt enim quæ in
obſcuro ſagittãt rectos corde. Propterea ergo die noctuq;
uigilent hi qui recto ſunt corde : quia illi quidem paraue/
runt ſagittas. Non dixit iaculati ſunt:ſed parauerunt ſagit
tas: non ſagittarunt : neq; uulnerauerunt : ſed parant ſe ut
ſagittent. Vides nos anteq̃ uulneremur cõmoneri:ut nos
ab illorum uulneribus defendamus:& omni cuſtodia ſer
uemus cor noſtrum . Volo etiam amplius aliquid in his
locis poſitus aperire ne ſemper de inferioribus loquar ad
nos : ſed aliquando quædam etiam ſuperiora pulſemus.

Conſidero ergo quia ſicut ſaluator ſagitta eſt dei ſicut ſcri
ptum eſt:poſuit me ſicut ſagittam electam:ſine dubio au/
tem ſimili exemplo etiã Moyſes in quo locutus eſt Deus:
ſagitta dei eſt:& cæteri prophetæ : & Apoſtoli Chriſti : in
quibus Chriſtus ipſe loquebatur : certum eſt quia per ſa/
gittam dei uulnerabant eos : & compungebant cor eorũ:
quibus ſermonem dei loquebantur : ita ut hi qui ab ipſis
audiebant ſermonem dei dicerent:quia uulnerata charita
te ego ſum:ſic rurſus econtrario : quomodo Chriſtus eſt
electa ſagitta dei:ſic & Antichriſtus ſagitta diaboli. Et ſicut
omnes in quibus Chriſtus loquutus eſt : uel loquitur ſm
hanc ſimilitudinem prophetæ & apoſtoli etiam ipſi ſagit
tæ erant dei:& quicũq; iuſtus:& prædicator loquitur uer
bum dei ad ſalutem hominum cõſumandam/ſagitta dei
dici poteſt : ita & omnes peccatores in quibus diabolus
loquitur ſagittæ diaboli dici poſſunt . Si quando ergo te
uideris per os peccatoris ſagittis diaboli uulnerari : illius
quidem miſerere:qui ſe ad hoc opus exhibet diabolo mi/
niſtrum: tu autem memor eſto tui : & arripe ſcutum fidei
ut poſſis i ipſo omnia tela maligni ignita extinguere . Nõ
ſolum autem in uerbis:ſed in factis diriguntur in nos tela
diaboli. Si enim uideris mulierem inſidiantẽ tibi ut te de/
cipiat : nonne & hæc ignitum telum diaboli eſt : cum tibi
ita loquitur ut in te ignem libidinis concitet? Similiter &
ſi quis te uerbis amaris & aſperis ad iracundiam concitet:
nonne & hic ignitum iaculum eſt maligni : quo inflam/
maris : & incenderis ad furorem ? Sed & ſi quis in aliud
quoq; te prouocat : & inſtigat quod tu impatienter feres
in peccatum decidas:intellige diligentius & aduerte hos
omnes iacula eſſe maligni ignita:quibus rectos corde in/
flammet : & uulneret ad peccatum . Sed quod eſt infœli/
cius paucas uideo ſagittas dei:pauci ſunt qui ita loquun/
tur ut inflamment cor auditoris:& abſtrahant eum a pec/
cato:& conuertantur ad pœnitentiam. Pauci ita loquun/
tur qui auditoris corde percuſſo eliciant ex oculo lachry/
mam pœnitentiæ:qui aperiẽtes futuræ ſpei lumen:& ma
gnitudinem futuri ſæculi:ac regni dei gloriam proteſtan/
tes ſuadere poſſint hominibus quæ uidentur contemne/
re:& expetere quæ non uidentur:ſpernere quæ tempora/
lia ſunt:& quæ æterna ſunt q̃rere. Perpauci ſunt tales : &
ipſi ſi qui ſunt pauci:per inuidiam: & liuorem ita agiẽ ne
omnino uel pauci ſint·ne uel prodeſſe aliquibus poſſint.
Sagittæ autem diaboli omnibus in locis abũdant:omnis
terra ipſis repleta eſt. Populi orbis militaris manus maxia
ex parte ſagittæ ſunt maligni : utinam ibi tantummodo:
atq; in illis præualeret inimicus : ut illos ſolos haberet ſa/
gittas. Nunc autem uereor etiam eos qui intus ſunt:& me
ipſum uereor:ne forte diabolus adducat me in aliq̃d ſcan
dalum:& utatur me ſagitta aduerſus animam hominis:
quia qui ſcandilizauerit aliquem ſiue in uerbo ſiue i facto:
iſte illi animæ quam ſcãdalizauit:ſagitta extitit:& iaculum
diaboli. & uide quid accidit nobis infœlicius . Interdũ dũ
nos putamus dicere aduerſus aliquem:& incaute proferi/
mus ſermones : dum contentioſius agimus : & qui/
buſlibet uerbis uincere ſtudemus : tunc diabolus ore no/
ſtro utitur uelut arcu per quem ſagittas ſuas dirigat : & ſa/
gittet rectos corde : eos uidelicet qui nos audiunt ea lo/
quentes : in quibus ſcandalum patiuntur . Et ſicut deus

poſuit arcũ in nubibus ne fiat diluuium: & ut tempeſtas deſinat: ita econtrario diabolus ponit arcum non ut ceſſare faciat: ſed ut ſuſcitet tempeſtates: ut ſerenitatem conturbet in anima: ut pacem depellat: ut bella commoueat: & ut turbines excitet: ac procellas. Cum enim uideris aliquem uitiis & paſſionibus agitatum circũire: & perturbare omnia: nolo dubites ꝙ ille ſagitta diaboli eſt: & os eiꝰ poſuit arcum ſuum: & tetẽdit ſagittas uerba eius ut ſagitet rectos corde. Sed qui muniti ſunt armis dei: ab his talibꝰ non poterũt uulnerari. Quod autem addidit ut trucidẽt rectos corde: cum ſuperius dixiſſet: ut deiiciãt inopem/& pauperẽ: iunxit pauperibꝰ rectos corde. Quos puto quia ſimiliter etiam dñs coniungat in euangeliis: ubi enĩ dicit beatos pauperes: ibi etiam beatificat mundos corde: & nihil intereſſe arbitror inter mundos corde: & rectos corde. Trucidantur autem hoc modo: Si quis ſimplici mente ac deſiderio ueniat ad eccleſiam ut ꝓficiat: ut melior ſe fiat: iſte ſi uideat nos qui multo iã tempore i fide ſtetimus: uel non recte agentes: uel cum offendiculo loquentes: efficimur illi nos lapſus ad peccatum. Cum autẽ peccauerit: trucidatus eſt: & ſanguis animæ eius ꝓfluit. Omnis ab eo uirtus uitalis abſceditt. Et ſi audis dici in Geneſi ꝙ ſanguinem animarum ueſtrarum exquirã ab omni fratre: & ab omni beſtia: non putes quia de hoc ſanguine magnopere præcipiat corporali quantum de interioris hominis ſanguine: id eſt de uita aĩæ: & ſanguine ſpũali. Scandalizati enim animæ ſanguis effunditur: cum ceciderit in peccatũ: & propterea dixit quia requiritur ſanguis eius a fratre. Et quare etiam a beſtia? Si fidelis eſt qui te ſcãdilizauit: frater eſt: a quo requirendus eſt ſanguis tuus? Frater enim tuus eſt: qui fudit ſanguinem tuum? & ideo dictum eſt de manu fratris requiram ſanguinem. Cum uero contraria poteſtas fera: & nequam perurget hominem: & infidelis eſt per quem inſidiatur ſi potuerit fundere ſanguinẽ animæ tuæ (id eſt deiicere te in peccatum) beſtia eſt per quam exquirit dominus ſanguinem tuum. Sed & Ezechiel ꝓpheta cum dicit ſpeculatorem ſe poſitum domui Iſrael: qui ſi annunciauerit rumphæam uenientem reus non fiat ſanguinis: ſi non nunciauerit reus ſit ſanguinis: & in lege cũ dicit: ſi hæc: & hæc fecerit inocens erit a ſanguine: ſine dubio etiam hic animæ ſanguinem deſignat: qui effunditur per peccatum. Propterea ergo timeamus omnes ne forte ſanguis alicuius qui ſcãdalizatur: requiratur a uobis: ſicut propheta deſignat. Hæc oportuit nos repetere ut plenius oſtenderemus quomodo gladium euaginauerunt peccatores: & tetenderũt arcum ſuum: & quis eſſet pauper quẽ deiicerent: & quomodo trucidantur recti corde: uel quis eſt ſanguis eorum qui effunditur. Nunc autem uideamus quid fit iſtis ipſis peccatoribus qui hæc faciunt: id eſt qui gladio diaboli utuntur: & iaculis maligni: quid de his rurſum dicit ſermo diuinus. Framea (inquit) eorum intret in cor eorum: & arcus eorum conteratur. Framea genus teli eſt: hoc nomine nuncupatum. Sermones igitur iſti: quos inſpirante diabolo iniqui: & peccatores proferunt (inqt) aduerſus iuſtum: ut trucident rectos corde: conuertentur aduerſum ipſos qui eos proferunt: ut illuc redeant unde proceſſerant. Sicut enim dicitur ad iuſtos & ſanctos Apoſtolos a domino: in quãcũq; domum intraueritis dicite. Pax huic domui: & ſi fuerit ibi filius pacis pax ueſtra ueniet ſuper eum: ſin minus: pax ueſtra ad uos reuertetur: ſic & hic ecõtrario gladius impiorum qui euaginatur ut trucidet rectos corde: reuerti in ipſos dicit: & demergi in cor eorum: atq; arcus eorum confringi dum dominus de inſidiis eorum liberat iuſtum. Melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas. Scd̃m litteram continuo etiam ſimplicioribus qbuſq; utilis: admonitio eſt: de qua & prius dicendum eſt: ꝗuis habeat etiam profundius aliquid: quod ſi quis capere potuerit: capiat. Quid ergo nos doceat littera: uideamus. In hoc mundo cõmunem uitæ ſollicitudinem gerũt: & iuſti & iniuſti: ut habeant quæ ad uictum neceſſaria ſunt. Sed iuſti qdẽ nõ tam ꝓpenſi ſunt erga ſollicitudinem uictus: ꝗ enĩ æ gerunt iuſtitiæ curam: ita ut etiam ſi eis quærenda ſunt: quæ ad uictum neceſſaria ſunt abſq; iniuſtitia quærantur: ut ipſe quæſtus eorum qui quotidiano uſui neceſſarius eſt: cũ omni iuſtitia fiat. Iniuſti uero nihil curant de iuſtitia: ſed omnem curam in hoc impendunt quomodo acquirant: in hoc eorum omne ſtudium eſt quõcũq; & qualiacũq; lucra captare: non quærunt ſi bene acquirant: ſi cum iuſtitia nõ ſunt ſolliciti: ut in iudicio chriſti inueniantur poſſeſſiones eorum cũ iuſtitia quæſitæ. Quomodo poſſunt hæc facere qui agrũ ad agrum coniungunt: & uillam uillæ appropriant: ut aliquid proximo auferant? Cum ergo unum e duobus fieri neceſſe ſit (id eſt aut multa acquirere cũ iniuſtitia: aut modicum cum iuſtitia) melius eſt (inquit) modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas. Et uere, quaſi ſpeciali quodam titulo multæ diuitiæ in iniquitate cenſentur. Vnde & ego arbitror dominum & ſaluatorem noſtrũ/quaſi uere deum: & dñm mãmonam iniquitatis pronunciaſſe cum dicit: facite uobis amicos de iniquo mamona. Hæc ſm̃ litteram. Videamus nunc ſi quid etiam ſecreti contineat ſermo. Sunt multa & diuerſa ſtudia litterarum i hoc mundo: & uideas ꝗplurimos incipientes a grammaticis ediſcere carmina poetarum: comoediarũq; fabulas: tragoediarum: uel cõmentitias: uel horrificas narrationes: hiſtoriarum longa ac diuerſa uolumina: tum deinde trãſire ad rhetoricam: atq; ibi omnem fucum eloquentiæ quærere: poſt hæc uenire ad philoſophiam: perſcrutari dialecticis ſyllogiſmorũ nexus inquirere: menſuras geometriæ pertentare: aſtrorum leges/ac ſtellarũ curſus perſcrutari: omittere quoq; nec muſicam: & ſic per omnes iſtas eruditi tam diuerſas & uarias diſciplinas: in quibus nihil de Dei uoluntate cognouerunt: multas quidem ſed peccatorum diuitias congregauerunt. Videas autem unum de eccleſia imperitum quidem in uerbo: atq; eruditione: ſed fide ac timore dei repletum: qui propter timorem dei in nullo audet delinquere: ſed ueretur omnino aperire os ſuũ ne forte ſermo malus procedat de ore eius: & obſeruat etiam in minimo delinquere: a quibus obſeruare ſe non poteſt ille qui diues eſt in huiuſmodi ſapientia. Hos igitur ſibi conferens ſermo diuinus (ait) Melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas. Vt ſunt diuitiæ peccatorum ſapientia huius mundi in qua diuites ſunt: & abundantes in eloquentia: nec tñ ſe p hæc cõtinere præualent a pctõ. Modicũ aũt iuſti eſt qui hẽt fidem tanꝗ granũ ſinapis modicã: ſed uiuidã & uehemẽtẽ: per quã ſe cõmunit: & continet

& continet a peccato. Melius eſt ergo hoc modicum fidei
iuſto ſuper diuitias peccatorum multas: quas habẽt in elo-
quentia ac ſapientia huius ſæculi quæ deſtruitur. Tamen
ſi potuerit quis & diuitias habere & non peccatorum ha-
bere diuitias: ſed congregare aliqua de theſauris Moyſi le-
giſlatoris. alia etiam de cenſu acquirere prophetarum: de
Eſaia: de Hieremia: de Ezechiele: perſcrutari quoq; ſecreta
Danielis: cæterorumq; prophetarum recõditos: & obſcu-
ros penetrare theſauros: iſte iam non confertur ſapientibꝰ
huius mundi ut melior illis dicat᷑: ſed illis magis exæquat᷑
qui dicebant: quia diuites facti eſtis in omni uerbo: & ĩ oĩ
ſcientia: & qui deſtruentes huius mundi ſapientiam: & ue-
lut uictores eius effecti: dicunt ſe paratos eſſe ad captiuan-
dum omnem intellectum extollẽtem ſe: & erigentem ad-
uerſus ſcientiam Chriſti. Et ſi quidem ille ſit quem ſuperi-
us diximus imperitus & idiota: ſed fidelis & timens deũ:
melius eſt modicum illud fidei huic iuſto ſup diuitias pec-
catorum multas: quas ex huius ſæculi ſapientia compara-
runt. Super ambos autem iſtos eſt qui diues eſt in uer-
bo dei: & ſcientia ueritatis: id eſt qui ſm Paulum diues
eſt in omni uerbo: & in omni ſcientia: & nihilominus di-
ues eſt in operibus bonis. Si autem uis ſcire quid eſt diui-
tem eſſe in omni uerbo: breuiter te docebo. Incipe diſcute-
re a primo uerbo Geneſeos id eſt in uerbo Exodi: poſt hæc
in uerbo Leuitici: in Numeris: in Deuteronomio: diteſce
de Ieſu Naue: diteſce de omnibus ſimul Iudicibus: & iam
inde per conſequentiam de ſingulis quibuſq; ſcripturæ
diuinæ libris uſq; quo peruenias ad Euãgelicas apoſtoli-
caſq; diuitias. Nã uerbi cauſa: ſi quis uni uerbo pſalmorũ
operam dederit: & integrum pſalterium cum uoluerit ca-
nit: diues eſt quidem: ſed non in omni uerbo: atq; omni
ſcientia: ſed eſt diues in ſolo uerbo pſalterii. Vel ſi quis euã-
gelicæ atq; apoſtolicæ lectioni ſtudium tribuat: & in man-
datis noui teſtamenti ſemetipſum exerceat: diues eſt & hic:
ſed non in omni uerbo niſi euangelico tantum & apoſto-
lico. Si uero potuerit nouum ac uetus teſtamentum pari
ſtudio ediſcere atq; ex omni eius eruditione inſtrui: ita ut
paratus ſit reddere rationẽ de ſingulis quibuſq; quæ ſcri-
pta ſunt: & uitam ſuam ſm uerbum ueritatis eius quæ
in ſcripturis continetur aptare: iſte uere diues eſt in omni
uerbo: & in omni opere bono: & iſtas puto eſſe diuitias de
quibus dicitur: redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ eiꝰ.
Melius eſt ergo modicum iuſto ſuper diuitias peccatorũ
multas: quoniam brachia peccatorum conterentur. Quo-
modo poteſt hoc ſecundum literam ſtare etiam ſi aliquis
uim facere conetur per imperitiam? Sunt multa in ſcriptu-
ris ita poſita quæ etiam eum qui ualde brutus eſt, & ſter-
tit mouere poſſunt: immo cogere: ut neceſſe habeat litera
derelicta ad intellectum cõſcendere ſpiritalem: ſicut & nũc
faciunt brachia iſta peccatoris quibus imminere cõtritio-
nem cõminatur. Sed & in alio loco dicit. Contere brachiũ
peccatoris & maligni. Quid ergo: brachium iſtud corpo-
reum peccatoris: & maligni putabimus conterendũ? Nõ
facile hoc accidere uidemus. Sed ſi intueamur quomodo
cum elati fuerint in ſuperbiam peccatores: & arcus ſuos pa-
rauerint: & ſagittas illas ſuas: de quibus ſuperius diximus:
tetenderint aduerſus iuſtos: cum hæc omnis eorum inten-
tio dñi fuerit uirtute deſtructa: ſic merito dicitur brachium
peccatoris eſſe contritum. Vel alio modo: quoniã manus
& brachium operis eſt indiciũ. Si ergo uideas peccatorẽ
ad opus bonum: ad opus miſericordiæ non extendẽtem
manum ſuã: abſurdum non erit dicere brachium eius eſſe
contritum: ſed huiuſcemodi cõtritionem non a deo: ſed
a diabolo fieri credendum eſt. Ipſe eſt enĩ qui conterit: &
conſtringit brachia peccatorum ne ad miſericordiam extẽ-
dantur. Fit ergo quædam contritio peccatorum a deo: q̃
inſidiantes eos iuſto deſtruit: & deteret. quedã uero a dia-
bolo cum boni operis ſtudia: uelut uinctis & cõtritis in-
fidelium brachiis impedit. Et eſt alia contritio quæ a deo
quidem conceditur: impletur autem a diabolo: illa de qua
dicebat diabolus ad dominum: Verumtamẽ immitte ma-
num tuam: & tange omnia quæ habet: niſi in facie te bene
dixerit. Et tunc accepit eum in poteſtate. Vnde & ipſe Iob
(ait). Manus enim domini eſt quæ cõtigit me. Suffulſit
autem iuſtos dominus. Qui infirmi ſunt: & fragiles: opꝰ
habent ſuffultore. Vbi ruina imminet: & lapſus: ibi quærit᷑
ſuffultura. Omnis autem homo quantum ad humanam
fragilitatem ſpectat: & infirmus eſt: & ꝓmptus ad lapſũ.
Et in hoc quidem pſalmo ſcriptum eſt quia iuſtos ſufful-
ciat dominus: & in alio dicit. Suffulcit dominus omnes
qui cadunt: & erigit dñs omnis eliſos. Tantum eſt ut nos
expergiſcamur aliquando & euigilemus: ut ſi quando ꝑ
infirmitatem caſus aliquis imminet: deprecamur dñm ut
mittat nobis uerbum ſuum: & ſapientiam ſuã quæ ſuf-
fulciat caſuros: & erigat. Cognoſcit dñs dies immaculato-
rum: & hæreditas eorum in æternum erit. Secundum ſcri-
pturas ſicut in multis locis obſeruauimus: dñs nõ omnia
cognoſcit: ſed ſola illa quæ bona ſunt. Mala autem dici-
tur ignorare: non q uere aliquid ſit quod eius ſcientiam
lateat: ſed ea quæ indigna ſunt notione eius: dicitur igno-
rare. Quod oſtendimus etiã de ſcripturis: cũ dicit Apoſto-
lus. Si quis ĩ uobis propheta: uel ſpiritalis cognoſcat quæ
ſcribo uobis: quoniam dñi ſũt. Si quis autẽ ignorat: igno-
rabitur. Et in euãgelio ubi dicit dñs ad peccatores. Neſcio
uos: diſcedite a me operarii iniquitatis. Sicut ergo & alibi
dicitur: cognoſcit dñs qui ſunt eius: ſic hic non impiorũ:
ſed immaculatorũ dies cognoſcere dicit᷑ dñs. Digni enim
ſcientia domini immaculatorum dies. Sed & hoc ſm lit-
terarum: neſcio ſi poſſit conſequenter exponi. Qui enim
poſſunt eſſe dies immaculatorum: qui non ſint etiam pec-
catorum: cum huius ſæculi dies una eadẽq; ſit omnibus:
atq; in eadem ſiue iuſti ſiue peccatores ſimul luces uerſen-
tur. ſicut & ipſe dñs de patre dicit quia ſolem ſuum iubet
oriri ſuper bonos & malos. Quomodo ergo hic uelut ex-
ceptum aliquid: & ſegregatum: immaculatorum dies co-
gnoſcere dicitur dominus? Sed Videamꝰ ne ſo te unuſ-
quiſq; propriã ſibi ipſe faciat diem. Et ſi quando abiicien-
tes mendacium loquimur ueritatem cum proximo no-
ſtro: in ueritatis die: & ueritatis luce uerſamur. Similiter &
cum retrahimus nos ab his qui oderunt fratres: & in te-
nebris ambulant: & in dilectione fratrum permanemus:
dies nobis facimus charitatis. Sed & cum iuſtitiam cuſto-
dimus: & cum uiſitantes uiduas: atq; orphanos ĩ tribula-
tione ſua immaculatos nos cuſtodimus ab hoc ſæculo:
imaculatorum nobis ipſis facimus dies. Et iſti ſunt dies
quos noſſe dicitur: quando cognoſcit dies immacu-
latorum. Verum ſi ſacratiorem adhuc ſenſum in hoc
loco uolumus perſcrutari: poſſumus dicere quia dies

mali ſunt huius ſæculi:ſm ꝙ ſcriptum eſt. Quoniam dies
mali ſunt. Dies autem boni alii ſũt:qui & ipſi imaculato-
rum ſunt:quos dominus cognoſcit:in quibus & hæredi
tas eorum in æternum manet:tunc ſine dubio : cum iuſti
hæreditatem capient uitæ æternæ:cõſequenter quæ ocu-
lus non uidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcen-
dit quæ præparauit deus diligentibus ſe:illi ſunt imacula
torum dies in quibus non iſte ſol quem occaſus excipit:
& cuius nox ſuccedens lumen interimit:ſed ſol iuſtitiæ lu-
cebit qui noctem neſciat:qui lumen æternum ſit:ſicut ſcri
ptũ eſt. Quia ipſe dominus erit eis lux ſempiterna. Et non
confundentur in tempore illo. Soli iuſti non confunden
tur in tẽpore malo. Tempus autem malum hic tempus
iudicii nominat : propter multitudinem peccatorum : &
eorum quos ſæua tormenta ſuſcipient. Tunc ergo in tem
pore reſurrectionis cum omnes reſurrexerint:& alii reſur-
gunt in uitam æternam:alii in confuſionem æternam:tũc
(inquit) iuſti non confundentur quia nihil dignum con
fuſione in eorum actibus inuenietur. Addit autem. Et in
diebus famis ſaturabuntur. Inquirendum primo eſt qui
ſint dies famis. Cõminat̃ in quodam loco deus per pro-
phetam:& dicit. Ecce dies ueniunt dicit dominus:& imit
tam famem ſup terram:nõ famem panis:neq; ſitim aquæ
ſed famem ad audiendum uerbum dei. Et circuibunt ab
oriente uſq; ad occidentem ut audiant uerbum domini
& non inuenient. Iſti ſunt ergo dies:& iſtud eſt tempus fa
mis:cum non ſunt qui uerbum dei loquantur:ſicut & fa
mes nunc eſt apud iudæos. Nuſq̃ enim ꝓphetæ : nuſq̃ ſa
piens : nuſq̃ prudens æſtimatur : nuſq̃ quinquagenarius:
nuſq̃ ſapiens cõſiliarius:nuſq̃ intelligens auditor : omnia
abſtulit deus a iudæa : & hieruſalem. Sed & in nobis me-
tus eſt ingens : ne forte etiam nobis imineat fames. Sicut
enim illi de quibus ſupradiximus legendo legem:& non
faciendo incurrerunt in hoc ut uerbi dei famem pateren-
tur:& auferrentur ab illis omnia dei dona quæ ſupradixi
mus & mandatum eſt nubibus ꝓphetis ſcilicet) ne plue
rent ſuper eos pluuiam uerbi dei:uerendũ eſt ne tale etiam
aliquid nobis correptionis inducatur genus : ſed magis
efficiamur non auditores legis tantum:ſed & factores : ut
mandet dominus nubibus ſuis:nõ uni:neq; duabus:ſed
pluribus pluere ſuper nos pluuiam:ut in eccleſia prophe-
tæ duo uel tres dicant:& cæteri examinent. Et ſi ſedenti re
uelatum fuerit prior taceat:ut plures fiant operarii incon-
fuſibiles recte tractantes uerbum ueritatis : ut dicat unuſ-
quiſq; doctorum:& prædicantium uerbum dei ſm Pau-
lum:ego plantaui : & ille rigauit : ſed deus incrementum
dedit. Hæc autem fient ſi nos qui rigamur a nubibus : &
audimus uerbum dei afferamus fructus illos quos enu-
merat Apoſtolus:ideſt fructus ſpiritus qui ſũt gaudium:
charitas:pax:patientia:longanimitas:& cætera his ſimilia
quos fructus:ſi moramur afferre : uerendum eſt ne man-
detur nubibus abſtruere a nobis imbres ſuos : & incipiat
unuſquiſq; ſanctorum facere illud quod ſcriptum eſt:qui
autem intelligit in tempore illo ſedebit:& tacebit qa tem-
pus malũ eſt. Sed meminiſſe debemus hiſtoriæ antiquorũ
de famis tempore:quomodo iuſtus in tempore famis ſa-
turatur. Conueniens puto : fames erat temporibus Heliæ
prophetæ quando clauſum eſt coelum annis tribus : &
menſibus ſex. Et tunc populus quidem periclitabatur fa-
me:ſed Helias non patiebatur famem. Et tunc quidem pa
ſcebatur ab angelo : quando & abiit in uirtute eſcæ illius:
& permanſit quadraginta diebus : & quadraginta nocti-
bus:nunc autem coruis miniſtrantibus paſcebatur : cum
ei in matutino panes deferrent : & ad ueſperam carnes:&
iterum refertur bibiſſe aquam de torrente corrath : & ue-
niſſe in ſarepta ſidoniorum ad mulierem uiduam famis
tempore. Et quia iuſtus erat:non eſt paſſus inediam famis
ſed ubiq; ei abundantia præſto erat:atq; uno eodẽq; tem-
pore erat peccatoribus fames:Helias aũt qa iuſtus erat ne-
ſciebat famem. Sic ergo etiam ſi fames ueniat aliquando
quod dominus non præſtet eccleſiæ ſuæ : ſi quando ta-
men accidat qui habet intellectum:& exercitium in medi-
tatione uerbi dei:& conſtituit meditari in lege eius die ac
nocte:atq; exercere ſe ad intellectum ſpiritalem percipien-
dum:inueniet in his panem illum qui de coelo deſcendit:
& fiet ei ſermo dei abundans cibus:& profluens potus:&
non ſolum cibus & potus : uerum ſi profundiora ſacra-
menta myſticæ intelligentiæ potuerit perſcrutari:erunt ei
ſermones dei delitiæ. Poteſt etiam alio modo in hoc loco
profundior ſenſus aperiri. Dominus & ſaluator ait. Ve-
niet nox quãdo nemo poteſt operari. Et hoc dicit de illo
tempore quod erit poſt hoc ſæculum : tẽpore quo unuſ-
quiſq; pro malis ſuis recipiet poenas. Tunc ergo dicit no-
ctem illam futuram cum iam nemo poteſt operari aliqd:
ſed unuſquiſq; tunc paſcitur ex operibus ſuis quæ hic po
ſitus operatus eſt. Cum ergo nox fuerit nemo operatur in
illo tempore malo:cum peccatores ſuppliciis affliguntur:
erit ſine dubio fames his qui nullos fructus boni operis
collegerunt. In illo autem famis tempore:ſaturabunt̃ iuſti
ex fructibus ſcilicet iuſtitiæ ſuæ. Sicut enim in deſerto ſex
diebus colligebant manna : in ſexta autem die non unius
diei modum:ſed quantum ſufficeret in craſtinum collige
bant : & unuſquiſq; edebat in die ſabbati quæ collegerat
in die ſexta:ita etiam nũc uelut ſexta quædam dies putan-
da eſt domini noſtri Ieſu Chriſti aduentus & tempus hoc
diſpenſationis eius quam paſſiõe ſua hoc in ſæculo pro-
curauit. Et iccirco dũ i die ſexta ſumus:colligamus mãna
dupliciter:ut ſufficere nobis poſſit dũ aduenerit uera ſab-
bati obſeruatio populi dei. Si enim non collegerimus du
plices cibos qui nobis:& in præſenti ſæculo ſufficiant:&
in futuro:in diebus famis nõ ſaturabimur. Sic enim cum
iuſti ſaturabuntur in diebus famis:peccatores (inquit) pe
ribunt : inimici autem domini ſtatim ut honorificati fue-
rint:& exaltati : deficientes ut fumus deficient. Docet nos
ſermo diuinus quales ſint honores ſæculi huius. Cũ eni
uideris illum acceptis illius prouinciæ faſcibus tumidum
alium conſulatibus elatum:alium diuerſis magiſtratibus
elatum:cum ergo omnem iſtam uideris elationem:conſi-
dera quia deficientes ſicut fumus deficient:recordare etiã
quantos in his honoribus uideris:& uſq; ad te quãta eos
faſtigia conſcendiſſe memineris:& uide ſi nõ omnes pe-
ne poſtea q̃ exaltati ſunt:deiecti denuo:& proſtrati ſicut fu
mus defecerunt. Inimici autem domini ſtatim ut honora
buntur : & exaltabuntur : deficientes ut fumus deficient.
Econtrario uero amici domini ſtatim ut contempti fue-
rint & deſpecti : & ab hominibus humiliati: a deo exalta-
buntur:& erigentur:quoniam omnis qui ſe exaltat humi
liabitur & qui ſe humiliat exaltabitur. Poſt hæc adduntur
quædam

quædam quæ non parua indigent expoſitione. Ait eni. Mutuabitur peccator & non reddet: iuſtus autem miſeretur: & cõmodat. Etiam hoc ſi ſm litteram accipiamus: nõ uidebitur uerũ. Multi etenim peccatores mutuo accipiũt pecuniam: & reddunt cum fœnore: ita ut & ipſi interdũ lucrum ex pecunia quam ſumpſerant ceperint. Definit autem hic propheta dicens. Mutuabitur peccator: & non ſoluet. Sed ſi itelligas quis eſt qui fœnerat: & quis eſt qui accipit fœnus: & requiras quis eſt peccator qui non reddit pecuniam quam ſumpſit: intelliges cõſequentiam habere quod ſcriptum eſt. Verbi gratia. Cum docet Paulus: & aſſiſtunt ei auditores: Paulus eſt qui pecuniam fœnerat dominicã: auditores autem ſunt qui ex ore eius pecuniam uerbi ſuſcipiunt fœneratam. Et ſi quidem iuſtus ſit qui ſuſcipiat ab eo pecuniam: reddet integrum fœnus & dicet. Quinq; mnas mihi dediſti: ecce acq̃ſiui alias quinq;. Si iuſtus eſt: dicit. Quinq; talenta mihi dediſti: ecce habes decem: uel duo talenta mihi dediſti: ecce habes quattuor. Si uero peccator eſt: ſuſcepto dei uerbo nõ operatur ex eo opera mandati: & non reddit uſuras: ſed conſumit omnia quæ accepit in fœnus. Ecce & nunc uos omnes quibus hæc loquor pecuniam accipitis fœneratã: uerba mea hæc pecunia domini eſt. Aut ſi dubitas: audi prophetam dicentem: quia eloquia domini eloquia caſta argentum igni probatum terræ purgatum ſeptuplum. Si ergo male doceo: pecunia mea reproba eſt: ſm illos quibus dictum eſt argentum ueſtrum reprobum. Si autem bene doceo: pecunia: uel argentum non eſt meum: ſed domini eſt: & probatum eſt. Licet ergo mihi fœnerare pecuniam domini: meam autem propriam pecuniam non licet: quia uerbum domini prohibet humanam pecuniam fœnerari. Quæ eſt ergo humana: & quæ domini pecuniam? Ego puto ꝙ Valentini ſermo humana pecunia eſt & reproba: & Marcionis: & Baſilidis pecunia humana eſt & reproba: & omnium hæreticorum ſermo non eſt probata pecunia: nec dominicam integre in ſe habet figuram: ſed adulterã: quæ ut ita dicam extra monetam ita figurata eſt: quia extra eccleſiam compoſita eſt. Si autem uideris aliquem nõ ſua propria: ſed dei uerba proloquentem qui uere audeat dicere: aut probamentum quæritis eius qui in me loquitur chriſti: ſcito quia iſte fœnerat quidem: & nõ ſuam: ſed domini pecuniam fœnerat: & facit illud quod ſcriptum eſt tota die miſeretur: & fœnerat habens auctoritatem fœnerandi ab ipſo ſibi meo deo Ieſu Chriſto datam. Ipſe eſt enim dominus qui in parabola data pecunia dicit ad ſeruos. Ite negociamini uſq; quo redeam. Et ad illum ſeruũ qui pecuniam multiplicare cõtempſerat dicit. Quia oportuit te pecuniam meam dare nũmulariis: & ego ueniens exegiſſem eam utiq; cum uſuris. Iſte eſt ergo peccator qui mutuatur: & non ſoluet: iuſtus autem acceptam pecuniá reſtituet cum uſuris: hoc eſt acceptum dei uerbum cum operibus repræſentat. Audis ſermonem de caſtitate: collaudas doctorem: amplecteris doctrinam: admiraris magiſterium: per hæc ſuſcepiſti pecuniam caſtitatis. Et ſi quidẽ peccator es egreſſus eccleſiam inſeris te negociis ſæcularibus excipit te laſciuia: ſubſequitur timulentia: corruptorũ hominum malefida colloquia: oblitus continuo oium quæ a doctore ſuſceperas: quæ laudaueras: quæ admiratus fueras: & ad ipudica rurſum deuolueris ſcorta: & effectus peccator qui mutuatus es uerbum caſtitatis: & non reddis opera caſtitatis. Similiter & ſi audieris uerbum iuſtitiæ ĩ eccleſia: egreſſus es foſas occurrit tibi uicinus cuius agellum concupieras: & continuo oblitus eorum quæ dicta ſunt: ut cupiditati tuæ ſatiſfacias inuadis quæ aliena ſunt: & ſic mutuatus de iuſtitia pecuniæ non reddis uſuras: operás geſta iuſtitiæ. Sic ergo & de ſingulis quibuſq; mutuatur peccator: & non ſoluet: iuſtus autem miſeretur & cõmodat. Non ſolum (inquit) fœnerat iuſtus: hoc eſt non ſolum prædicat uerbum: hoc eſt nõ ſolum docet imperitos: uerũ etiam miſeratur infirmos. Sequitur enim exẽplum domini dicentis. Miſericordiam malo q̃ ſacrificiũ. Quia qui benedicunt eum hæreditabunt terram: qui autem maledicunt eum exterminabuntur. Qui benedicunt eum ideſt qui benedicunt iuſtum hæreditabunt terram. Quam terram? Terram illam bonam: terram multam hæreditabunt illam fluentẽ lac & mel: ubi ſunt bona illa quæ uere bona ſunt: illam poſſidebunt qui benedicũt iuſtum: maledicentes uero eum exterminabuntur. Et uobis parũ uidetur interdum male loqui de ſanctis: & perleue eſt uobis dicere de ſeruis dei: ille talis: & talis eſt: ille fingit: & ille ſæculum diligit: ille autem impoſtor eſt: non audis quia qui maledicunt iuſtum exterminabuntur? Aut ſi hoc parum uobis uidetur: audite alibi deum dicentem ad iuſtũ. Inimicus ero inimicis tuis: & aduerſabor aduerſariis tuis. Videtis quanti periculi ſit inimicari iuſtis: uel male loqui de ſanctis. Si eni uere credimus illud quod dixit dominus de unoquoq; ſeruorum ſuorum: quia eſuriui & non dediſtis mihi manducare: & ea quæ addit & dicit: quia qui uni ex minimis meis fecit: mihi fecit: conſequens eſt ut & hoc dicat. Qui maledicebatis mihi: detrahebatis de me: & falſa contra me loquebamini & accuſabatis me. Et ſi dixerimus domine quando tibi maledıximus: aut quãdo detraximus: aut quando falſa contra te loquuti ſumus? Tũc dicet ad nos. Amen dico uobis: quia quod feciſtis uni ex meis minimis: mihi feciſtis. Sicut enim dantes manducare uni ex iſtis mihi feciſtis: & dãtes bibere uni ex iſtis mihi dediſtis: & ſicut induentes unum ex iſtis: me induiſtis: ita maledicentes uni ex iſtis mihi maledixiſtis: & ſi benedixiſtis: uel honoraſtis unum ex his mihi benedixiſtis: & me honoraſtis: ſicut & alibi nihilominus dicit qui uos recipit me recipit: & qui uos ſpernit: me ſpernit. Propterea ergo contineamus linguam noſtram: & ſeruos domini admiremur: & benedicamus iuſtos: & nunq̃ detrahamus de eis: nec aperiamus os noſtrum ad male loquendum ne forte exterminemur: ſed benedicamus ut & nos benedictionem cõſequamur per chriſtum dominũ noſtrum: cui eſt gloria & poteſtas in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

❡ Incipit Homelia quarta de eodem pſalmo.

A Domino (inquit) greſſus hominis dirigunt̃. Et alibi in hoc ipſo pſalmo dicit de greſſibus iuſti hoc modo. Lex dei eiꝰ in corde ipſius: & non ſupplantabũtur greſſus eius. Sed & in ſeptuageſimoſecũdo pſalmo dicit̃. Paulominus effuſi ſunt greſſus mei. Greſſus ergo a gradiẽdo nominamus ſm illud quod in exodo ſcriptum eſt: ꝙ Moyſes uidit flammã ignis & angelum cum rubus arderet quidem: ſed non combureretur: & dixit. digrediens ſu

ue tranſiens uidebo uiſionem magnam hãc. Ex hoc ergo loco occaſio nobis datur intelligentiæ eorum quæ habemus in manibus. Igitur de his quæ in exodo ſcripta memorauimus: ideſt digrediens uidebo uiſionem iſtam magnam: audiui quẽdam de ſapientibus ante nos dicentem cum explanaret hunc locum: quia non eſt poſſibile prius uidere uiſum magnũ ideſt intueri: atq; perſpicere magna myſteria ſtanti i cõuerſatione: & actibus mundi huius: ſed tranſire oportet prius ab his: & tranſcendere omnia ſæcularia: & ſenſum noſtrum ac mentem liberam fieri: & tunc ad magnarum: & ſpiritalium rerum intuitum peruenire: & ita demum uiſum magnum uidere. Hunc quidem ille explanans locum quæ ſupra memorauimus enarrabat. Nos uero quibus ſtudium eſt ſm̃ ſcripturæ monita: uerba ſapientium laudare: & addere ad ea: poſſumus ad hæc quæ ille dixit tale aliquid addere. Vnuſquiſq; qui iter agit ad uirtutem proficit in ambulando: ut paulatim per multos profectus itineris perueniat ad eam. Iter ergo agens & uelut quibuſdam paſſibus gradiens digreditur ſemper: & tranſit ea quæ explicuit: ac poſteriora omittens ad ea quæ priora ſunt ſe extendit. Digrediens ergo tranſit primum locum malitiæ: & inde proficiens paſſibus: & ingreſſibus trãſit alias peccatorum ſudes: tum deinde ſcrupeas nequitiæ cautes: & lubrica: & prærupta uitiorũ. Cum uero hæc etiam euaſerit ſemper ad ea quæ in antea ſunt ſe extendẽs minus reſtat malitiæ: & omne quod proficit uiæ ſi tamen incedendo cautius greſſus ſuos obſeruauerit ne labatur: ut ſingula quæq; digrediens malitiæ loca ita ut nõ offendat pedem ſuum in ea ſm̃ hoc quod in exodo ſcriptum eſt: uidere poſſit uiſionem magnam. Nemo enim adhuc qui in malitia eſt: nec digreditur eam: & tranſiit: poterit uiſionem iſtam magnam ſecretorum dei (ſcientiæ ſcilicet & ſapiẽtiæ) cõtueri. Magna ergo eſt uiſio: cum puro corde deus uidetur. Magna eſt uiſio cum puro corde uerbũ dei: & ſapiẽtia dei qui eſt chriſtus eius agnoſcitur. Magna uiſio eſt agnoſcere: & credere in ſpiritum ſanctũ. Magna ergo hæc uiſio ſcientia trinitatis eſt. Verũtamen etiã Moyſes tunc uidebat in exodo uiſum magnum: & angelus dicitur qui uidebatur in rubo: in ignem: & magnam eam uiſionem appellat. Intelligebat enim quis eſſet in angelo. Continuo deniq; dicit ad eum. Ego ſum deus Habraam: & deus Iſaac: & deus Iacob. Vide ergo q̃ magna ſit uiſio hæc: q̃uis & hoc ipſum ſit magnum ſcire ꝙ deus facit angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos ignem urentem. Et nunc quidem Moyſi adhuc paſcenti pecora hietro ſoceri ſui: & gradienti: uel tranſeũti ab his magna eſt uiſio hæc: in qua ei angelus dicitur apparere. Si autem etiam mare rubrum tranſierit: & colũna eum nubis obtexerit: & futuri baptiſmi adorauerit ſacramenta: tunc etiam maiorem uiſionem poterit uidere. Ingredietur enim caliginem: & turbinem ubi eſſe ipſe dicitur deus ubi ſcriptũ eſt quia Moyſes ſolus accedebat ad deum: cæteri autem a longe ſtabant Et in tantum per iſtas magnas Moyſes proficit uiſiones: ut diceret ad deum. Si inueni (inquit) gratiam coram te: manifeſta mihi teipſum ut euidenter uideam te. Et tũc audit a deo: quia ponam te in foramine petræ. Petra autem erat Chriſtus: ut per foramen breuiſſimum uideas poſteriora mea: hoc eſt: ut ea quæ in nouiſſimis temporibus implebuntur per aſſumptionem carnis agnoſcas: faciem autem meam uidere non poteris. Sed digreſſi per q̃ plurimas uiſiones: redeamus nunc ad hoc quod ꝓpoſuimus de pſalmo: quia a domino (inquit) greſſus hominis diriguntur. Supra expoſuimus quomodo iter quis ingreditur ad uirtutem: q̃m qui iter agit ad uirtutem: multa ſunt quæ digredi habet & trãſire. Ergo & tu qui ad Chriſtum tendis qui eſt dei uirtus: digredere luxuriam: ſcorta: adulteria: digredere furta: falſa teſtimonia: tũ deinde digredere & auaritiam: & oẽm pecuniæ cæterarũq; malarum rerum concupiſcentiam: digredere iracundiam: digredere inuidiam per quam primum terra humanũ ſanguinem bibit: digredere mendacium: digredere triſtitiã ſæculi. Niſi hæc oĩa digreſſus fueris: uiſionem illam magnam domini uidere non poteris. Sunt ergo quidam in nobis greſſus: & pedes quibus iter hoc agimus: ſunt greſſus interioris hominis quibus ambulare poſſumus per illam uiam quæ dicit. Ego ſum uia ueritas: & uita. Hoc ergo iter agentibus multis greſſibus utendũ eſt nobis: ut illa oĩa quæ ſupradiximus tranſeamus: quia greſſus hoĩs a dño dirigũtur. Nõ ſufficit homini uolenti iſtud iter incedere ſola propoſiti ſui uoluntas: niſi & dñs direxerit greſſus eius: q̃a frequenter accidit iter agentibus ut ambulent: quod iter tamen rectum tenere non poſſint: ſed decedãt in aliquos errores: ut illi qui in philoſophiæ eruditione uerſantur: uidentur quidem iter uirtutis incedere: ſed quia a dño non diriguntur greſſus eorum: non tenent iter rectum. Sed & hæretici nihilominus ingrediuntur etiam ipſi iter: ſed cum ſcripturas carnaliter: non ſpiritualiter intelligunt: declinant in ſiniſtram. Si uero ſpiritaliter intelligant: in ipſo autem ſpiritali intellectu apoſtolicæ non teneant regulam ueritatis: decidunt nihilominus & ipſi ad dexteram: diabolo ut ita dixerim greſſus eorum non dirigente: ſed detorquente a uia recta. Nos ergo neq; ad dexteram: neq; ad ſiniſtrã declinãtes: igrediamur mediam uiam quæ eſt chriſtus dñs: quia in ipſo ambulantium greſſus dñs dirigit. A dño ergo greſſus hoĩs diriguntur: & uiam eius cupiet: illam ſcilicet uiam de qua ſupradiximus. Cupiet enim qui a deo dirigitur chriſtum: & deſiderabit permanere ſemper in chriſto. Cum ceciderit (inquit) non conturbabitur. Superius dicens quia a domino diriguntur greſſus eius: hic de caſu eius loquitur. Vide ergo quia etiam his qui iter hoc incedunt aliquando accidat cadere: etiam his qui a dño diriguntur: ſed eſt multa differẽtia inter caſum iuſti: & caſum iniuſti. Iuſtus (inquit) cum ceciderit nõ proſternitur: iniuſtus: & qui ſpem non habet in deo poſitam: ſi ceciderit proſternitur: & non ſurgit (ideſt ſi peccauerit) non poenitet: & peccatum ſuum emendare neſcit. Iuſtus autem ſi in aliquo offenderit: ſi in uerbo Apoſtolus enim eſt qui dicit in multis enim offendimus oẽs: & ſi quis in uerbo non offendit: hic ꝑfectus eſt uir. Offendit ergo & iuſtus in uerbo: ſortaſſis etiam aliquando & in facto: ſed ſcit emendare: ſcit corrigere: ſcit ille qui dixerat neſcio hoĩem: paulo poſt cum reſpectus fuiſſet a dño: flere amariſſime: ſcit & ille qui de tecto mulierem uiderat: & concupierat eam: dicere peccaui: q̃a tibi ſoli peccaui: & malum coram te feci. Si ergo cum ceciderit iuſtus non proſternitur: nõ permanebit in peccato: ſed exiliet cito: tanq̃ damula ex retibus: & tanq̃ auis de laqueo. Iniuſtus autem non ſolum permanet ſed & proſternitur in peccatis. Iuſtus autem quid faciet?

cit? Lex

cit? Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur
greſſus eius. Ibi dixit quia diriguntur greſſus hoīs a dño:
hic quia non ſupplantabūtur greſſus iuſti quia dominus
(inquit) confirmat manus eius. In alio pſalmo id eſt in
ſeptuageſimoſecūdo dicit. Mei autem pene moti ſunt pe/
des. Quod idipſm mihi uidetur intelligendum ſimiliter.
Proficientes etenim ad uirtutes uelut aſcenſu quodam ni
timur: in quo aſcenſu ſi quis labatur & decidat: aſcenſio/
nis ſuæ perdit profectum. Iſtius ergo effuſi ſunt greſſus.
Hoc autem fit: cum quis poſt profectum retrorſum fuerit
conuerſus: ſicut accidit & uxori Loth. Quæ ingredieba/
tur bene egrediens de ſodomis: & effugiens pœnas malo/
rum: ingrediebatur & aſcendebat ad montem quo ange/
lo duce pergebat. Sed qm̄ contra mandatum dei ſecit q
iuſſa fuerat non reſpicere retrorſum: neq; ſtare in omni re/
gione illa: ſed ad montem aſcendere: atq; ibi ſaluari: cū cō/
uerſa ad poſteriora retrorſum reſpexit: ibi effuſi ſunt greſ/
ſus eius: & perdidit omne quod fuerat ante digreſſa: per/
manſit perfecta ſtatuūcula ſalis. Hoc eſt quod dn̄s in euan
gelio dicit: nemo mittens manum ſuam ad aratrum: & re
tro reſpiciens aptus eſt regno dei. Vis tibi oſtendā & alios
quorum effuſi ſunt greſſus: recordare illos qui tranſierūt
per mare rubrum tanq̄ per aridam & peccantes in deſerto
ceciderunt: & ibi effuſi ſunt greſſus eorum. Sed & nunc
ſi quando accidat aliquem uixiſſe in cōtinentia tribus aut
quattuor annis: & eo amplius: alium in uerbi & doctrinæ
ſtudio & ſapientiæ laboribus operam dediſſe: tunc dein/
de ſi uictus fuerit hic uel ad carnis luxuriam trāſeat: uel ad
alia peccata declinet: aut ad uitam ſe trāſferat ſæculi: uel ad
negocia: ac lucra corruptibilis uitæ cōuertat: non dubites
ex eo dicere quia effuſi ſunt greſſus eius. Nos ergo depre/
cemur dn̄m ut dirigat greſſus noſtros: & cuſtodiat uias
noſtras uti ne ſupplantentur greſſus noſtri: ut in uia quā
īcedimus (hoc eſt in Chriſto dño noſtro) quaſi ſupra pe/
tram ſtabilem ueſtigia noſtra firmētur: ne quoquo modo
ſupplantari poſſimus: per illum ſcilicet cuius nos caput
obſeruamus: & ille noſtrū obſeruat calcaneum: cui utiq;
nunq̄ nos oportet plantam nudam præbere: ſed ſemper
debemus eſſe calciati pedes in præparatione euangelii pa/
cis: ut ſi uenerit diabolus ſupplantator: & inuenerit pedes
noſtros munitos: & ſupra petram ſtantes inde nos ſupplā
tare non ualeat. Quamuis enim paulo ante dixerimus poſ
ſe etiam cauſam aliquem: & lapſum accidere his qui uirtu
tis uiam ſequūtur: tamen obſeruandum eſt quia ibi ubi di
xit cum ceciderit non proſternetur: ſuperius non tam de iu
ſto q̄ de homine puro propoſuerat. Ait enim. A dño greſ
ſus hominis diriguntur & uiam eius cupiet: cum ceciderit
non proſternetur. In quo oſtenditur eſſe aliquos caſus: q
tamen non continuo indicent eſſe uictum: & proſtratum
eum qui ceciderit. Sicut enī in agone fieri ſolet ut duobus
inter ſe luctantibus accidat primo quidem cadere unum:
& cum ceciderit ſurgat: & uincat: ita etiam ī noſtro agone
qui eſt nobis aduerſum principem huius mundi ſi forte
acciderit aliquem de nobis uinci: & in aliquo peccato ca/
dere: poſſible eſt ut poſt peccatum reſipiſcat aliquis: & ex/
urgat: & perhorreſcat malum quod admiſit: & de cætero
non ſolum contineat ſe: uerumetiam ſatiſfaciat deo lauās
per ſingulas noctes lectum ſuum: & lachrymis rigans ſtra
tum ſuum: accipiens uerbum prophetice auctoritatis qua
dicitur. Nunquid qui cadit non adiiciet ut reſurgat: aut
qui auerſus eſt non conuertetur? Veh his qui auerſi ſunt
auerſione impudenti: dicit dominus. Et iſte eſt qui cade/
re quidem potuit: proſterni uero non potuit. Si autem ui
deris aliquem cecidiſſe in aliquod peccatum: & poſt ca/
ſum deſperantem conuerſionem: & dicentem iam quo/
modo poſſum ego ſaluus fieri qui cecidi: iam nulla ſpes
eſt: peccata mea me colligant quomodo audere poſſum
accedere ad dn̄m: qūo ad eccleſiam redire? Et ſi hac deſpe
ratione iſte talis recedat etiam a deo: hic nō ſolum ceciditi
ſed in caſu ſuo ꝓſtratus atq; demerſus eſt. Et eſt quidem
optabile ut athleta pietatis ac uirtutis maneat ſemp imo/
bilis: ut ne unam quidem luctam (ut ita dicam) perdat:
ne ſemel inclinetur: aut ſupplantetur. Quod ſi fieri nō po
teſt: ſed euenerit eum cadere: nō iaceat poſt caſum: ne pro/
ſternatur: ſed exurgat: & emendet culpam. Expurget pœ/
nitentiæ ſuæ ſatiſfactione cōmiſſum: ne etiā de ipſo Apo/
ſtolus dicat: & lugeam multos ex his qui ante peccauerūt
& non egerunt pœnitentiam de imūditia: & fornicatio/
ne: & impudicitia quam geſſerūt. Quare etiam Apoſto/
lus exempla palæſtrici agonis aſſumpſit cum dicit: nemo
coronatur niſi qui legitime certauerit: niſi quia nos ſcire
uolebat legis certamina: & agones? Qui & de ſeipſo ait.
Sic pugno: non quaſi aerem uerberans. Et iterum. Certa/
men bonū certaui. Quia ergo certamē nobis eſt: & agon
propoſitus: etiā legis agonem noſſe debemus. Sunt athle
tæ qui in omnibus certaminibus uincunt & in omnibus
coronantur. Inter pædas uincunt: inter agonios uincunt:
inter andras uincunt. Alii uincuntur inter andras: ſed co/
ronantur inter agonios: nōnunq̄ etiam inter andras uin/
cunt. Ergo aliquanti ſemper: aliquanti ſecundo uel tertio
coronantur. Certe miſerum eſt: & ultimæ infœlicitatis in
omnibus agonibus tam uariis atq; diuerſis: ne unā qui/
dem ꝓmereri coronam. Ita ergo & chriſtianus cui certa/
men eſt non aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduer/
ſus principatus & poteſtates: & aduerſus principes huius
mundi tenebrarum harum: aduerſus ſpiritalia nequitiæ
in cœleſtibus: cum tantos habeat & tales aduerſarios tanq̄
agoniſta uigilare debet (ſi fieri poteſt) ut ſemper uincat
quotienſcūq; confixerit: & primas inter pædas (id eſt in/
ter pueros) ſtatim capiat coronas. Vis tibi oſtendam ali/
quos qui inter pueros (id eſt in primo ſtatim lacte) coro
nati ſunt? Reſpice beatum Danielem qui a puero & pro/
phetiæ gratiam meruit: & iniquos arguens præſbyteros
puer coronam iuſtitiæ: & caſtitatis obtinuit. Vis tibi & aliū
proferam inter pueros coronatum? Hieremiam uide: qui
cum ſe propter adoleſcentiam excuſaret a prophetando:
audiuit a dño. Noli dicere quia puer ego ſum: qm̄ ad om
nes quoſcūq; mittā te ibis: & quæcūq; dixero tibi loque/
ris. Sed fortaſſe adultæ tibi iam iſtæ uideantur ætates. Da/
bo tibi athletam qui ante luctatus ſit: & uicerit priuſq̄ in/
ter homines emiſerit uagitus: Iacob adhuc intra uterum
matris ſuæ luctatus cum fratre Eſau ſupplantauit eum: &
uicit: ex quo & ſupplantati: & deuicti fratris benedictiōes
primogeniti a parente ſuſcepit. Nam & illi pueri non tibi
uidentur in puerili agone coronati qui apud bethleem a
bimatu & infra pro dñi noīe palmam cepere martyrii?
Vides quanta in pueros coronatum habemus exempla.
Hæc de eo quod repetiuimus expoſitionem uerſiculi il/

ſius qui dicit cum ceciderit non proſternetur. Et quare nõ
proſternatur adiecit cauſam dicens: quia dominus cõfir/
mat manum eius. Et uideq̃ conſequenter de ſingulis di/
cit. Ne cadat: dominus (inquit) greſſus eius dirigit: ſi au/
tem ceciderit: non proſternitur dominus (inquit) firmat
manum eius. Vides ergo quia domini ſemper auxilio in/
digemus. Primo ne cadamus: tum deinde etiam ſi cecide/
rimus: ut reſurgamus. Iuuenis fui: & ſenui: & non uidi iu/
ſtum derelictum: nec ſemen eius quærens panem: tota die
miſeretur & ſenerat: & ſemen eius in benedictiõe erit. Qui
ſimpliciter dicunt: & ſm hiſtoriam accipienda eſſe uerba
ſcripturæ diuinæ: dicent ſine dubio in hoc loco cõfirma/
re Dauid: quia tranſacta ætate iuuentutis ſuæ: cũ iam uſq;
ad ſenectutis ſuæ tempus ueniſſet: in omni hoc tempore
nunq̃ ſe uidiſſe ita iuſtum derelictũ ut panibus indigeret.
Et quid facimus de Paulo apoſtolo qui enumerãs & ex/
ponens prophetarum uitas dicit eos indigẽtes: tribulatos
in pellibus caprinis oberraſſe per cauernas petrarũ: & per
ſpeluncas: & de ſe ipſo commemorans frequenter dicit: in
fame & ſiti. Et cum hæc pati iuſtos frequenter ſcripturarũ
hiſtoriis cognoſcamus: quomodo nunc putandũ eſt hoc
Dauid dicere ſm ſimplicem intellectum? Sed uideamus
ne forte ſint aliquæ ætates iterioris hominis noſtri: ad ſi/
militudinem exterioris: & corporalis ætatis. Vnde & iter/
dum ad uiros iam matura ætate dicitur: quia pueri ſunt:
& aliis quia ſenes: & aliis q̃a iuuenes: & hæc utiq; dici de
corporali ætate non conuenit. Deniq; cum plurimi ante
Habraam ſexcentos: & quingẽtos: ut minimum trecẽtos
annos uixiſſent: de nullo illorum dictum eſt quia ſenior:
& plenus dierũ fuerit: niſi Habraam tm̃modo. Ex quo in/
telligendum eſt ꝙ non ætate corporis: ſed de maturitate
interioris hominis deſignatũ eſt. Vnde & nos optare de/
bemus non pro ætate corporis: neq; pro officio presbyte
rii: appellari presbyteri & ſeniores: ſed pro interioris hoīs
pfecto ſenſu: & grauitate cõſtantiæ ſicut & Habraã appella
tus eſt pſbyter nutritus ĩ ſenectute bona. Eſt ergo ætas ali/
qua ſm interiorem hominem puerilis: eſt & ætas iuueni/
lis & ſenilis: ſm ꝙ Ap̃s dicebat. Cũ eſſem paruulus loq̃/
bar ut paruulus: ſapiebam ut paruulus: cogitabam ut par/
uulus. Cum autem factus ſum uir euacuaui quæ erãt par/
uuli. Ego hæc ab apoſtolo nõ de corporali ætate dici intel
ligo: ſed quoniam cum in initio credidiſſet: fuit paruulus
nuper genitus: rationabile & ſine dolo lac concupiſcens:
tunc intelligebat ſcripturas ut paruulus: ſapiebat de euan/
gelio ut paruulus: cogitabat ut paruulus: ſed poſt hæc pfi
ciens ætate ad ſimilitudinem Chriſti (de quo ſcriptum eſt:
quia proficiebat ætate & ſapientia & gratia apud deum: &
apud homines) deponebat quæ erãt paruuli: & ppterea
dixit: cum factus ſum uir: quæ paruuli erãt depoſui. Ita er/
go intelligendus eſt etiã Dauid dicere iuuenis fui: & ſenui:
ut ſi diceret: cum eſſem paruulus ſm iteriorem hominem:
nũc iam ſenui. Niſi enim ſenuiſſet: propheta non eſſet. Nã
q; ſenum eſt prophetare. Etiam ſi uideas aliquãdo iuuenẽ
prophetantem: non dubites dicere de eo: quia ſm interio
rem hominem ſenuit: propterea ppheta eſt. Deniq; Hiere
mias cum audiſſet priuſq̃ te plaſmarem ĩ utero noui te: &
anteq̃ exires de uulua ſanctificaui te: & prophetam in gen
tibus feci te. reſpondit quia iuuenis ego ſum: & neſcio lo/
qui. Sed ille qui ei donauit gratiam ut non eſſet puer: ſed
eſſet ſenior ſm interiorem hominem: ait ad eum. Noli di/
cere quia iuuenis ego ſum. Alioquin niſi hæc ita intelli/
gantur: quid habebit rationis ut dicatur puer cuius ætas
iuuenilis & rudis: noli dicere quia iuuenis ego ſum. Hoc
eſt dicere: nõ dicas quod uerum eſt. Iuuenis ergo erat ſm
ætatem corporis: ſed qm̃ dñs dederat uerba ſua ĩ ore eius:
quibus eradicaret: & ſubuerteret: & diſperderet: & rurſum
ædificaret: & plantaret quæ uirtus uerborum aiam eius
illuminans: & ſanctificans nõ eam ſinebat eſſe puerilem:
ideo merito ad eum dicitur noli dicere quia iuuenis ego
ſum. Similiter ergo & hoc quod Dauid dicit: iuuenis fui:
& ſenui & nõ uidi iuſtum derelictũ: nec ſemen eius quæ/
rens panem: ſm hoc quod ſupra de ætate iuuenili uel ſe/
nili interioris hominis diximus ſentiendum eſt. Alioquin
ſm exteriorem hoiem ſic derelinqui a deo putandus eſt
iuſtus: cum ægritudo corporis aduenit: cum tribulatio:
cũ paupertas: & ſingulæ quæq; huius uitæ moleſtiæ ge/
nerantur. Hæc maxime iuſtis accidere ſolent: qbus & per/
ſecutionem pati pro nomine dei ſolẽne eſt: ſed non dere/
linquuntur cum patientes hæc oĩa & tolerantes dicunt:
nemo nos ſeparabit a charitate dei quæ eſt in Chriſto Ie/
ſu: neq; tribulatio: neq; fames: neq; anguſtia: neq; nuditas:
neq; gladius: neq; altitudo: neq; profundum: neq; alia
creatura. Deniq; pphetæ qui circuibant in deſerto per ca/
uernas petrarum: & ſpeluncas: egentes: tribulati: afflicti: li/
cet in deſertis oberrarent: & eſſent ab hominibus derelicti:
multitudo tñ eos angelorũ circũdabat. Sic deniq; Heli/
ſeus cum eſſet ab hominibus derelictus: cæleſti circũdaba
tur exercitu: ſm quod ſcriptum eſt. Aperi oculos pueri hu
ius ut uideat: quia plures nobiſcum ſunt q̃ cum illis. Et ui
dit totum montem equitibus & curribus plenum. Nũq̃
enim ſolus eſt iuſtus: ſed ne unus quidem aut duorum
uel trium tantũmodo angelorum ſocietate ſubnixus eſt:
ſed exercitus ei uirtutum cœleſtium præſto eſt. Quod ſi
pluribus adhuc teſtimoniis opus eſt: ſuſcipe & aliud: Ia/
cob q̃diu erat in domo parentum: & cum fratre Eſau nõ
erat cum exercitu angelorum. Cum uero receſſiſſet ad ſo/
litudinem deſerti: & ſolus iter ageret ad meſopotamiam:
dormiuit in loco quodam: & exurgens dicit quia uoca/
tur hic locus παρεμβολη: quod eſt caſtra: pro eo ꝙ ui
dit ibi non unum: ſed plura caſtra dei. Hæc dicimus de eo:
qd nequaq̃ iuſtus dicitur derelinqui in ſpiritalibus dũta/
xat bonis. In corporalibus enim uide quid iuſtus dicit: in
quibus etiam gloriatur. Vſq; ad hanc (inquit) horam &
eſurimus & ſitimus: & nudi ſumus: & colaphis cædimur
& laboramus operantes manibus noſtris. Et iterum. ma/
ledicimur: & benedicimus: perſecutionem patimur & ſu/
ſtinemus. Blaſphemati: deprecamur. Sed qm̃ iſte talis nõ
derelinquebatur ſpiritu: dicebat. Propter qd placeo mihi
in infirmitatibus meis: in iniuriis: in neceſſitatibus: in per/
ſecutionibus: in anguſtiis pro chriſto. Dupliciter ergo de/
relinquitur: qui derelinquitur. Corporaliter quidem hoc
modo quo ſuperius diximus: pati oẽs ſanctos: & non læ
di. Derelinquuntur uero ſpiritu illi de quibus dicitur: qm̃
non pbauerunt deum habere in notitia: tradidit eos deus
in reprobum ſenſum: ut faciant quæ non congruunt: re/
pletos omni iniquitate: nequitia: auaritia: plenos inuidia:
homicidiis: contentione: dolo: ſuſurratores: detractores:
deo odibiles: cõtumelioſos: ſuperbos: elatos: & cætera hu/
iuſmodi

huiuſmodi mala pro quibus & derelinqui meruerũt. Quæ quoniam aliena ſunt a iuſto: propterea dicit quia non uidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius quærẽs panem. Iterum ſi audis ſemen eius: ad ſemen corporeum rediturus es. Et quomodo uerũ iuenies hoc q̃ ſemen iuſti ne quærat panes cum uideas iſmael illum de ſemine natum Habrææ: quiq; cum mater eius fugiens dominã ſuam Sarrã portaret eum in deſerto: & aquam utiq; quærebat: & panes? Sed Eſau de uia ueniens deficiebat inedia: & intantum famis rabie præcipitatus eſt ut primatus ſuos lentis cibo diſtraxerit. Oportet ergo nos ſm ea quæ ſupradiximus etiam ſemen iuſti intelligere ſpirituale. Et quid aliud ſemen iuſti dignum eſt putare: niſi diſcipulum iuſti: qui ſuſcepto ab eo uerbi dei ſemine: ad uitam generatur æternam? Verbi gratia. Si orationibus ueſtris mererer eſſe iuſtus: & accipere a dño gratiam in uerbo ſapientiæ & ſcientiæ: ita ut poſſem ſm gratiam quam ipſe a dño meruiſſem uobis quoq; miniſtrare uerbum dei: & ſerere illud in animabus ueſtris: tum deinde ingreſſus ſermo dei in animas ueſtras: & hærẽs in corde ueſtro formaret mentes ueſtras ſm ſpeciem uerbi ipſius: id eſt ut hoc uelletis: & hoc ageretis quod uerbum dei uult: & per hoc ipſe chriſtus formaretur in uobis: tunc uere efficeremini ſemen iuſti quod nõ quærit panem: habentes ſcilicet in uobis ſemper panem illum qui de cœlo deſcendit. Quod ſi reſpondeas mihi: & dicas: quanti audierunt Petrum & Paulum qui utiq; erant iuſtiſſimi doctores: & tñ peccauerunt: & quomodo ergo ſemen iuſti dicentur? Sed uide ne forte ſicut nõ omnis qui ex Habraam ſunt: etiam ſemen Habraam dicitur quibus dicitur: ſi filii Habraam eſſetis opera utiq; Habraã faceritis: ita etiam illi qui audierunt Petrum & Paulum: & non fecerunt quæ docuerat Petrus uel Paulus: non erant ſemen eorum: qa ſuſcepta ab eis uerbi ſemina: ex aïa ſua uelut abuſiõe quadã abiecerũt & effuderũt. Deniq; & i hoc ipſo pſalmo dicit alio loco: ſemen impiorũ exterminabit. Certum eſt autem quia impiorum ſemen corporale non exterminabitur. Iob deniq; ſemen Eſau ſemen impii erat: & utiq; non exterminatur: ſed manifeſtatus eſt iuſtus a domino: & propheta eſſe oſtenditur: & a deo ſupra omnis iuſtos collaudari meretur. Sed hoc eſt quod ſuperius diximus: quia ſicut ſemen iuſti ſermo: & doctrina eius eſt: qui ſermo ita paſcit & reficit animas: ut negẽtur panibus indigere quia chriſtus panis earum eſt: ita econtrario doctrina impiorum: & ſermo ſemen eorum eſt: quod exterminandum dicitur: quia ex falſitate compoſitum eſt: & adueniente luce ueritatis certum eſt quia mẽdacii tenebræ fugabũtur. Tota die miſeretur & fœnerat iuſtus: tota die miſeretur: & tota die dicitur fœnerare. Ad nihil aliud uacat niſi ut fœneret de ea pecunia quæ ſibi abundat. Numquid & hic hoc putabitur quia iuſtus tota die ſedeat ad menſam: & habens pecuniam ante ſe hanc fœneret neceſſitatem patientibus? Forſitan hoc putabitur eſſe quod dictum eſt per Moyſem? & tu fœnerabis gentibus multis: tu autem mutuo non quæres. Sed certum eſt quia de dominica pecunia dicatur: quæ nũmulariis præcipitur erogari de theſauris ſapientiæ: & ſciæ dei ꝓ(quibus) faciamus de quinq; talentis decem: de duobus quattuor. Quanto autem abundantiorem pecuniam habuerimus in anima noſtra: tanto magis tota die fœnerabimus. Sed & nunc licet non ſim iuſtus: tamen hoc quod loquor pecuniam uobis dominicam fœnero: ſed uos orate ut efficiar iuſtus: & poſſim uobis iuſtitiæ pecuniam fœnerare: ut non ſolum uerbo: uerũ etiam iuſtitiæ exemplo iuſtitiam doceam. Propterea ſicut ſunt pecuniæ iniuſtæ: quæ inique & contra legem congregantur per calumniam & mendacia: & diuerſa auaritiæ mala: & rurſum ſunt pecuniæ quæ iuſte & ſm legem congregatæ ſunt: id eſt de propriis & iuſtis laboribus. Ita etiam in uerbo: & doctrina eſſe inuenitur. Sunt uerba nec bene nec iuſte nec legitime congregata: ut hæreticorum uerba ſunt: & doctrina contra legem dei cõgregata: quæ nos uelut iniquam pecuniam & peſtiferam: & de malo collectã refugere debemus. Orate ergo ut hæc noſtra pecunia quam uobis fœneramus tota inueniatur ex iuſtis laboribus: tota de dominica moneta procedens: ut & uos fœnus integrum conſignetis: & nos non audiamus: quia oportuit te pecuniam meam dare nũmulariis. Iuuenis ergo fui & ſenui: & non uidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur: & fœnerat. In ſuperioribus dicitur quia mutuatur peccator: & non reddit. Hic quia iuſtus tota die miſeretur: & fœnerat. Et uide q̃ in contrariis pares ſint. Peccator nõ ſolum mutuo accipit: ſed & cum acceperit: non reddit: iuſtus autem non ſolum mutuo non accipit: ſed & fœnerat: & non ſolum ſemel uel bis: ſed tota die fœnerat: hoc eſt toto uitæ ſuæ tempore fœnerans miſeretur: unde & ſemen eius in benedictione erit. Declina a malo: & fac bonum: & inhabita in ſæculum ſæculi. Hæc (inquit) audiens fac quod bonum eſt: habitabis in ſæculum: hoc eſt ſi ita egeris quẽadmodum edoctus es: habitatio tua erit æterna. Si enim reſpicias non ad ea quæ uidentur: ſed quæ non uidentur: quoniam quæ uidentur temporalia ſunt: quæ autem nõ uidentur æterna ſunt: habitabis in ſæculum. Quia dominus amat iudicium: & nõ derelinquet ſanctos ſuos. Quomodo dominus amat iudicium? Dum nihil apud eum ſine iudicio fit: nihil ſine ratiõe. Ita ergo & tu ſciens quoniam dominus amat iudicium age omnia iuſto iudicio: & uero: audiens illum qui te admonet: dicens. Cum conſilio omnia fac: cum conſilio uinum bibe. Et non derelinquet dominus ſanctos ſuos: in æternum conſeruabunt. Sicut dicit quia habitabit in ſæculum: ita & conſeruabuntur in æternum. Quod utrũq; ad futurũ reſpicit tempus, uel ſæculum: cui conſeruabunt ſancti ut deinceps in æternitate perdurent. Iniuſti punientur: & ſemen impiorum peribit: iuſti autem hæreditabunt terrã. Diximus iam hinc ſuperius quale imperium ſit ſemen: cum id uerbum: doctrinamq; retulimus: & quomodo exterminabitur: dum omne mendacium a luce ueritatis uelut tenebræ effugatur. Iuſti autem hæreditabunt terram. Et hinc ſuperius iã diximus quomodo ſiue iuſti ſiue manſueti hæreditatem terræ bonæ & magnæ illius conſequantur. & quomodo habitent in ea in ſæculum ſæculi: non ſolum in ſæculum ſed in ſæculum ſæculi. Vide q̃ magna domini retributio. Pro labore triginta: aut quadraginta: ut multum certe quinquaginta annorum recipit homo non ſolum ſæculi huius retributionem: ſed in ſæculum ſæculi. Si uero permaneat quis in uerbo dei: & ſapientiæ eius adhæreat: atq; in lucis æternitate perſiſtat: perueniet etiam in hoc ut referat deo gloriam in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Incipit homelia quinta de eodem pſalmo.

LEx quidem uolens nos aperire os ad uerbum dei: præcepit dicens. Loqueris (inqt) hæc ſedens in domo: & pergens in uia: & iacens: & ſurgens. Sed & Salomon in prouerbiis ſimile aliquid breui cõmonitione diſtinguit: dicens. Aperi os tuum uerbo dei. Similiter etiã nunc propheta nos docet: cum dicit. Os iuſti meditabitur ſapientiam. Reuera enim: nec debet aliud quicq̃ procedere de ore iuſti: niſi ſapientia. Vnde & uos imperitiores quiq; fratres audientes ſermonem ꝓphetæ: date ſtudium & meditamini cum iuſtitiæ operibus etiam de ore ueſtro proferre ſermonem ſapientiæ. Quod ne difficile uobis uideatur præceptũ: breuem uobis ſapientiæ inſinuabo ſermonem. Apoſtolus ait: quia chriſtus eſt dei uirtus: & dei ſapientia. Si igitur chriſtum ſemper loquamini: ſi ſemper eius uerba meditemini: ſi præcepta eius in ore teneatis: digne os ueſtrum meditabitur ſapientiam. Neq; enim hæc ſola eſt ſapientiæ meditatio: ſi quis docere poteſt: uel latius in eccleſia diſputare: & contradicentes reuincere. Eſt quidem & hoc opus ſapientiæ: ſed alius amplius: alius autem minus. In alio hoc ipſum ꝙ credit dei ſapientiæ: ſapientia reputatur: in alio & hoc ꝙ acquieſcit ſapientibus: & amat dicta ſapientium: ſapientia dicitur: nonnullus uero etiam interrogantibus tantũmodo de ſapientia: ſapientia reputatur. Illud ſolum obſeruate fratres: ne quis ueſtrũ inueniatur non ſolum non loqui: nec meditari ſapientiã: uerum & odiſſe atq; aduerſari his qui ſtudium ſapientiæ gerunt. Solent enim imperiti habere etiam iſtud cum cæteris peſſimum uicium: ut inanes & ſuperfluos putent eos qui uerbo & doctrinæ operam dederint: & amplectuntur magis imperitiam ſuam: q̃ illorum ſtudia ac laborem: mutatiſq; nominibus exercitia eorum uerboſitatem: ſuam uero indocibilitatem: uel imperitiam ſimplicitatem uocantes. Optimus tamen & ille eſt qui ſapientiam probat actibus: & eſſe ſapiens uitæ ſuæ probitate cognoſcitur. Beatus ergo qui os ſuum aperit uerbo dei: & proficiens ætate ſm Chriſtum proficiet & ſapientia. Certe ſi amplius non poſſumus in ſapientia proficere: ſaltem illud obſeruare non pigeat in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus: & in oratione uel honore dei frequentius aperire os noſtrum. Eſt enim & hæc non parua ſapientiæ meditatio: ut per hoc inueniatur ſemper os iuſti ſapientiam meditari. Non tamen mihi uidetur ocioſum: quia non dixit: os iuſti meditatur: qđ utiq; ad præſens tempus ſpectare poterat: ſed dixit meditabitur ſapientiam: qđ ſine dubio ad futurũ reſpicit tempus: in quo etiam cæteri interpretes oẽs abſq; uno conſentiunt. Ne forte ergo aliquod myſticum deſignet hoc tempus: quo ſcilicet indicetur futuræ repromiſſiõis: & gratiæ: & hæreditatis ſpes talis quædam futura: ut os iuſtorum non cibis & potu: neq; delitiis & uoluptatibus: non ueſcendo epulis: ſed meditando ſapientiã repleatur. Vltra enim non erit aliquis imperitus in regno dei: nõ indocilis permanebit: nullus erit a rerum ſcientia peregrinus. Omnes efficiemur ſi tamen merebimur diſcipuli ſapientiæ. Si quis hic poſitus imbuiť: & inſtruitur in his quæ potuit in carne poſitus attingere: ibi iam illuminabiť perfectioribꝰ diſciplinis: & ea quæ hic ſtudio ac labore quæſita ſunt ad compendium futuræ inibi inſtitutionis accedent. Qui uero hic nondum depoſuit prima rudimenta: ſed adhuc ut puulus loqtur & ut puulus ſapiam ibi inſtituiť ut puulus: quo effectus aliqñ uir ꝑ ꝓfectũ ſapientiæ: quæ paruuli ſunt deponat. Aut non tale aliquid ſi ſpiritaliter intelligatur etiam lex deſignat: cum dicit: loqueris in eis ſedens domi: & pergens in uia: & iacens: & exurgens. Quod ita poſſumus itelligere. Sedẽtes i domo: & iacentes: cum in eccleſia quæ eſt domus dei loqmur uerbum dei in hoc ſcilicet corpore poſiti: pergentes in uia: in illa q̃ dicit. Ego ſum uia loquimur uerbum dei: & exurgẽtes: cũ exurrexerimus e ſomno mortis in reſurrectione: tunc loqmur illa quæ perfecta ſunt exurgẽtes de ſomno mortis: ſicut Salomon dicit de eo qui ſapiẽtiam ſibi amicam & familiarẽ fecit. Quia ſi ſederis ſine timore eris: & ſi dormieris libenter ſomnum capies: & non timebis terrorem ſuperuenientem: neq; impetus impiorum irruentes ſup te. Sufficiant iſta de eo quod ſcriptum eſt os iuſti meditabitur ſapientiam: quibus additur & lingua eius loquetur iudiciũ. Duplici modo lingua iuſti itelligitur loqui iudicium: ſiue pro eo ꝙ omnia recto iudicio: & cum deliberatione: & cum conſilio loquitur quæ loquitur: & nihil per iracũdiam: nihil ut hominibꝰ placeat: nihil ex triſtitia: nihil ex metu: quæ ſingula ſolẽt utiq; non integrum hominibus ſeruare iudicium: uel certe ꝙ ſemper de futuro iudicio loquitur iuſtus ut cõmonens ſemper uel ſemetipſum: uel qui ſe audiunt de futuri iudicii metu: & de ſuppliciis quæ ꝑparata ſunt pctõribus: de futura examinatiõe: ſed & de repromiſſionibus ſanctorum: quæ præparatæ ſunt eis a deo: & ſemetipſum ſaluum faciat: & eos qui ſe audiunt. Et hoc modo complebitur: quia lingua iuſti loquetur iudicium. Si uero oportet etiam hic declinationem futuri temporis obſeruare: quia non dixit loqtur: ſed loquetur. Poſſumus etiam in hoc tale aliquid intelligere: quia nunc quãtũcũq; illud eſt quod de dei iudicio: uel loqui poſſumus: uel ſentire neceſſe eſt nos illud ſcire quod definit Apoſtolus dicens. Quã inſcrutabilia ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles uiæ eius. Si uero peruenire poterimus ad illam perfectionem de qua dicit: tunc autem facie ad faciem: ideſt cũ res ipſæ nobis euidentiores fient: cum cœperimus agnoſcere rationem ſingularum rerum quæ in hoc mundo: uel geſtæ ſunt: uel geruntur: quali iudicio geſtæ ſunt: uel quo iudicio deus utatur in ſingulis: quibus prouidentiæ ſuæ diſpenſationibus ſi quis dignus fuerit conſiderare: & perſpicere quomodo iudicia dei abyſſus multa eſt: cũ plenius recipere poterimus gratiam ſpiritus illius qui omnia perſcrutatur: etiam alta dei: tunc uere & integre ſm ꝓphetici uerbi diſtinctionem lingua iuſti loquetur iudicia dei. Lex dei eius in corde ipſius. Non ſolum in ore iuſtus meditabitur ſapientiam: & lingua loquetur iudicium: ſed & in corde ſuo legem dei gerit: quia lex uelut radix quædam in profundo cordis poſita: germinat uerba iuſtitiæ: uerba ſanctitatis: quæ profert iuſtus de corde ſuo: & non ſolum uerba: uerum & actus: etiam & geſta. Iudæi pene indeſinenter legem dei ore ſuo & labiis meditantur: ſed non habent ea in profundo cordis defixa: & propterea dicitur ad eos. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorũ longe eſt a me. Nõ ergo ſi ſm hoc quod legimus ore noſtro ſapientiam meditamur: & lingua noſtra loquamur iudicium: & lex dei ſit in cordibus noſtris: adipiſcemur illud

quod ſequitur

quod ſequitur:& non ſupplantabuntur greſſus eius. Pu/
to uos meminiſſe eorum quæ dudum de greſſibus diſpu
tauimus:& opus eſt nos in memoriam reuocare quæ di/
cta ſunt:ut uideamus quomodo ingredientes qdam ſup/
plantantur:& effunduntur greſſus eorum:quod ſi ſerua/
tis in memoria:& diligentius retinetis:ſcire debetis quia ſi
ſapiam dei meditemini in ore uſo:& lingua uſa loquaſ iu
diciũ:& lex dei ſit in cordibus uſis:nũq̃ ſupplantabuntur
greſſus ueſtri. Poſt hæc ait. Cõſiderat (inqt) peccator iu/
ſtum. Cõſiderat & intueſ peccator iuſtũ:& grauis eſt ei ẽt
ad uidendum:& ideo conſiderat ut morti eum tradat:
qd fecerũt ſine dubio aduerſus ſaluatorem illi q prophe/
tas occiderunt:& deum crucifixerunt:& nos perſecuti ſũt
etiam nunc:& populum dei qui eſt Chriſti (id eſt iuſtitiæ
diſcipulos) conſiederãt & morti tradere cupiunt:& quæ
runt mortificare eos. Sed quid dicit populus dei iuſtus:&
iuſtitiæ diſcipulus? Ille utitur uerbo magiſtri:& dicit. Non
haberes in me poteſtatem:niſi tibi data eſſet deſuper. Poſt
hoc & in tempore perſecutionis gentilium de ſanctis mar
tyribus & conſeſſoriobus aptari. Conſiderant enim impii
perſecutores unumquẽq; iuſtorum:& quærunt mortifi
care eum:ſed ne ſecurũ reddat pacis tempore iſta talis ex/
poſitio:memento quia quotidianum habet iuſtus perſe/
cutorem diabolum:& ille eſt qui conſiderat iuſtum. Inſi/
diatur enim ſemper:& ſicut leo rugiens circuit quærens
quem tranſuoret. Sed ſi fide plenus es:& cõfidis in dño:
uide quid repromittatur. Dominus autem nõ derelinqt
eum in manibus eius (peccatoris ſcilicet) nec damnabit
eum cum iudicabitur illi. Dupliciter intelligitur hoc quod
ait:iudicabitur illi:id eſt ſiue cum iudicatur iuſtus a deo:ſi/
ue cum ipſe deus iudicatur cum iuſto. Frequenter eni ſcri
ptura diuina docet hoc fieri/dicens. Quia ipſe dñs in iudi
cium ueniet. Cum ergo iudicabitur iuſtus cum domino:
non cõdemnabitur:& ideo dicit:expecta dominum:ideſt
ſi tribularis:ſi in anguſtiis es:ſi in perſecutionibus:expecta
dominum & cuſtodi uiam eius:nec declines ad dexterã:
neq; ad ſiniſtrã. Si enim indeclinabiliter expectaueris do/
minum:adipiſceris illud quod ſeqtur. Et exaltabit te (in/
quit) ut hæredites terrã. Frequenter diximus de terra ſan
cta:& de terra quæ in hæreditatem promiſſionum coele/
ſtium nominatur:cuius naturæ etiam ſitus ſ paulo euiden
tius in hoc uerſiculo deſignaſ. Nam iſta terra in qua nũc
uiuimus deorſum eſſe dicitur ſm illud quod ſcriptum
eſt. Deus autem in coelo ſurſum:tu autem in terra deor/
ſum:illa autem terra quæ in hæreditatem iuſtis promitti/
tur:non deorſum:ſed ſurſum eſſe promittitur. Propterea
ad eum qui expectat dominum & cuſtodit uiam eius:ait
repromiſſiõis ſermo exaltabit te ut hæredites terram. Niſi
enim quis exaltetur & aſcendat in altum:& efficiatur cœ/
leſtis:non poteſt hæreditatem terræ illius conſequi. Vnde
ego arbitror:quia ſicut coeli iſtius (ideſt firmamenti) in/
ferius ſolum arida hæc in qua nos habitamus:terra eius
dicitur:ita & illius ſuperioris qui principaliter coelum di/
citur inferius ſolum in quo habitatores illi coeleſtes con/
uerſantur:& ut ita dicam dorſum ipſum firmamenti hu/
ius merito (ut dixi) terra illius coeli eſſe dicitur:ſed terra
bona:terra ſancta:terra multa:terra uiuorum:terra fluens
lac & mel:& ideo dicit nunc ſermo diuinus:exaltabit te
ut hæredites terram. Cum perierint peccatores uidebis.

Fortaſſis hoc prius erit:ut peccatores & impios iuſti ui/
deant cõdẽnatos. Prius enim peccatoribus pœnæ & ſup
plicia decernuntur:quæ cum uiderint iuſti:& agnouerint
quid interſit inter bonam uitam & malam:& cum intel/
lexerint bene uiuendo de quãtis euaſerint malis:ita ut illi
qui in pœnis ſunt uidentes eos in gloria dicant:nos ſtul/
ti uitam eorum putabamus inſaniam:poſtea ergo q̃ uide/
rint quomodo peremit peccatores:tunc ipſi exaltabun/
tur:& afferentur ad coelum ut hæreditent terrã. Nunc iam
ſermo monet:& ſolamen adhibet cauſæ huic quæ crebro
ſatis cor pene omnium hominum pulſat. Nam quia fre
quenter nos infirmi uidentes iniquos quoſq;:& impios
in hac uita cum omni fœlicitate degentes:& proſperis ſuc
ceſſibus florentes abundare diuitiis:honoribus:fœcunda
& uniuerſa prole gaudere:delitiis fluitare ſcandalizamur:
& dicimus in cordibus noſtris. Vbi eſt iuſtitia dei? Si per
prouidentiam diuinam res agerentur:permitteret deus
hunc iniquum & impium in tantum fœlicitatis aſcende/
re? Propterea ergo nunc ſermo diuinus ex perſona iuſto/
rum dicit. Vidi impium:non ſolum exaltatum:ſed ſuper/
exaltatum:& eleuatum/non ſuper arbores qualeſcũq;:ſed
ſuper cedros libani:ut & arbor excelſa nimis ſit:& locus
montis cunctis excelſior:& tamen uidens hæc omnia:trã
ſiui (inquit) & ecce non erat. Quid putas illud eſt quod
tranſit iuſtus:ut iſta ceſſet elatio? Si meminiſtis in ſupe/
rioribus cum diceremus tranſiſſe Moyſen ut uideret uiſio
nem magnam:poteſtis & nunc ſcire quid eſt ꝙ tranſire
dicit iuſtus. Cũ uidemus extolli impios:& in nimiã ſup/
biam creſcere:tranſeamus & nos mente & ĩtellectu ab his
quæ uidẽtur & temporalia ſunt:& transferamus ſenſum
noſtrum ad ea quæ non uidentur:& æterna ſunt. Cogite
mus temporalia hæc eſſe & paucorum dierum quæ uiden
tur elata. Intueamur iudicii diem:& ita ſenſu noſtro cerne
mus iſtum qui ſuperexaltatus eſt:& elatus ſicut cedrus li/
bani:in die iudicii omnino non eſſe. Qui enim nõ eſt par
ticeps illius qui ſemper eſt:id eſt qui dixit. Ego ſum qui
ſum:iſte neq; eſſe dicitur. Deniq; peccatores non compu/
tantur eſſe. Vnde & Apoſtolus de uocatione gentium di/
cebat:elegit deus quæ non ſunt:ut ea quæ ſunt deſtruat.
Et in libro heſter dicitur. Non tradas domine ſceptrum
tuum his qui non ſunt. Donec ergo quis miratur ſuper/
bos in elatione ſua:donec adulatur quis peccatoribus:&
ſuperbis:certum eſt eum non tranſiſſe:nec uidiſſe quæ nõ
ſunt:ſed permanere in hoc præſenti ſtatu:& iccirco mirari
in eis præſentẽ gloriam. Si autem eõ modo tranſeat quo
ſuperius diximus ideſt mente:& ſenſu tranſcendat a præ/
ſentibus & temporalibus ad futura atq; perpetua:tunc ue
ro dicit de eo quem uiderit elatum ſicut cedros libani:qa
tranſii:& ecce non erat:quoniam & coelum ipſum & ter/
ra tranſibunt. Apud deum omnia quæ futura ſunt iam
pro factis habenſ. Deniq; dicebat dederunt in eſcam meã
fel:quod ſine dubio futurum adhuc erat:& iam factum
dicebatur:in ſiti mea potauerunt me aceto:& nõ dixit po
tabunt. Sic ergo apud deum quæ futura ſunt iam facta di
cuntur. Quod ſi & tu imitator es dei:& imitaris chriſtum
non expectas quouſq; iſte elatus humilietur & extingua/
tur:ſed apud temetipſum:& in mente:atq; animo tuo trã
ſiſſe ea iam cernis:ſi ipſe ſenſu ac mente tranſeas a præſen
tibus ad futura. Accipe & exemplum ad hæc quæ dice/

mus: ſi nauigiis: & naui poſitus uides terras: & promontoria: & montes tranſeuntia: non quo illa continuo moueantur: ſed quia tu uento proſpero flante tranſis: illa ſe ſubducere uidentur: ac ferri. Ita & in hoc ergo ſi ſancto ſpiritu mentem tuam perflante: & ſpirante ſecundo & proſpero nauiges curſu: ptranſies ſenſu tuo omnia hæc quæ uidentur quia temporalia ſunt: & intueris illa quæ æterna ſunt: ſine dubio dicis: quia hæc omnia quæ uidentur iam non ſunt: quia nec futura ſunt. Vidi ergo impium ſuperexaltatum & elatum ſuper cedros libani: & tranſiui: & ecce non erat. Monet me amplius adhuc aliquid in hoc loco. Video enim & alium impium qui exaltatur ſuper cedros libani: & extollitur. Cum enim hæretici ſupra conditorem deum ſibi fingunt alium quendam deum: & exaltantur: atq; extolluntur in uerbo mendacii: negantes creatorem omnium deum: deum eſſe bonũ: impiis ſuis prædicationibus extolluntur ſuper cedros libani: aduerſariis ſcilicet poteſtatibus imminentes: quarum inſpiratione huiuſcemodi aduerſus creatorem omnium deum cõmenta ſimularunt pro eo q̧ legem ſm litteram tantũmodo intelligentes: & ſpiritualem eam eſſe ignorantes: decepti ſũt in cogitationibus ſuis. Hos ergo ego ſi uideam: & tranſeam ultra iam non erunt. Quid tranſeam? Si tranſeam litteram? ſi tranſgrediar hiſtoriæ ſuperficiem: & pueniam ad ſenſum ſpiritalem: quoniam lex ſpiritalis eſt: ſi omnia illa in quibus errant: & decipiuntur ſpiritaliter explanero: dogmata eorum impia: & iniqua iam non erunt. Et ita cõplebitur: ut exaltatus impius: & elatus me tranſeunte iam non ſit: ſed & cum quæritur locus eius non inuenitur. Locus impii dogmatis: littera legis eſt: quæ littera occidit. Cũ ergo nos a littera occidente tranſimus ad ſpiritum uiuificantem: ne locus quidem impii dogmatis repudiata littera poteſt inueniri. Quomodo autem quærimus eum? Cum diſputamus aduerſus eos: & cum cõquerimur adinuicem: tunc quærimus locum dogmatis illius in littera legis hiſtoriæ: & oſtenditur ſm hiſtoriam ſtare non poſſe amota littera ac reiecta: nuſq̃ utiq; quærentibus nobis: & diſſerentibus locus impii dogmatis inuenitur. Cuſtodi innocentiam & uide æquitatem. Cuſtodire innocentiam nos præcipit ſermo dei. Intantum corruptela morũ profecit in hominibus: ut apud q̃plurimos innocentia pro ſtultitia iudicetur. Verum ſcriptura ſummæ hoc uirtutis iudicat opus: quia innocentiam iudicat illam quæ neminem noceat: neminem lædat. Cum ergo dicit cuſtodi innocentiam: hoc eſt quod nos ſeruare præcepit: ut neminem lædamus: nemini noceamus. Hoc autẽ obtinemus: ſi ſemper intento animo: & uigilanti uideamus æquitatem. Aequitatem ergo in hoc loco ſic accipio: ſicut ueritatem: ſicut iuſtitiam: ſicut uitam: q̃ chriſtus eſt. Hæc enim uidendo ſimul etiam deum uidebimus. Cuſtodi ergo innocentiam: & uide æquitatẽ: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Requiro quæ ſunt reliquiæ illæ quæ homini pacifico reſeruantur. Reliquias dicere ſolemus cum ſpiritus ſeparatur a corpore uelut maiore parte hominum in ſpiritu deputata: quæ ſupeſt pars corporis reliquiæ nominantur. Si ergo credimus uerbis apoſtoli dicentis quia ſeminatur corpus in corruptione: mortis ſcilicet tempore: & ſurget in incorruptione cum reſurrectionis tempus aduenerit: cum etiam corruptibile hoc induerit incorruptionem: & mortale hoc induerit imortalitatẽ: tunc erunt reliquiæ homini pacifico. Erunt autem ibi pacifici hominis reliquiæ in pace: & in requie. Dicit enim & dominus de pacificis quia etiam filii dei uocabuntur. Pater uolo ut ubi ego ſum: & iſti mecum ſint. Sunt ergo cum chriſto reliquiæ hominis pacifici. Iniqui autem exterminabuntur ſimul: ideſt omnes pariter exterminabuntur: quia unus finis erit eorum gehenna. Reliquiæ impiorum peribunt: tunc cum corpus & animam perditum dabit in gehennã is qui habet poteſtatem. Salus autem iuſtorum a domino. Sed melius dicit i græco: ſalus aũt iuſtorų apud dñm. Nõ dixit in coelo ſalus iuſtorũ & hoc enim præterit: nõ apud aliquam creaturam: quia nihil imobile uel imutabile: ſed apud dominũ ſalus eſt iuſtorum qui ſemper manet: ſemper idem eſt: ſemper immobilis eſt: nec uſq̃ poteſt eſſe tutius ſalus hominis q̃ apud dñm. Ille mihi locus: ille mihi domus: ille mihi manſio: ille requies: ille ſit habitaculum. Deniq; annunciatur nobis a ſancta ſcriptura non ſolum regnum coelorum: ſed & regnum dei: ut memini me iam ſæpe dixiſſe: regnum coelorų eſt eorum qui ad huc in profectibus ſunt: regnum uero dei eorum: qui iã ad perfectũ uenerunt finem. Vnde & nunc ſalus iuſti apud deum eſſe dicitur: cũ utiq; perfectione uitæ uſq; ad ipſum dñm meruerit peruenire. Et protector eorum eſt in tempore tribulationis. Quod eſt tempus tribulationis niſi hoc in quo ſumus: cum per arctam & anguſtam uiam incedimus quæ ducit ad uitam: ſi tamen per anguſtam incedimus: quæ ducit ad uitam: & non per illam latam & ſpacioſam quæ diuitiis dilatatur: & luxuria diſſoluitur: quæ in carnis uoluptatibus emolleſcit: quæ præſentem gloriam diligit: horum protector nõ deus eſt: ſed mammona. Eorų autem q in tribulatione & anguſtia ſunt: protector eſt deus: quia multæ ſunt tribulationes iuſtorum. Tribulantur enim cõſiderantes tempus iudicii: & ſemetipſos diſcutiẽtes ne forte aliquid inueniatur in eis quod uocetur ad culpam. Qui ergo ꝓpter hoc tribulantur: & ſolliciti ſunt: erit deus protector eorum in tempore tribulationis: in tempore iudicii cum tradent impii ad pœnas: tunc & adiuuabit eos dñs i tempore tribulationis: & eripiet eos: & auferet eos a peccatoribus. Non ſolum ab hominibus peccatoribus: ſed etiã a contrariis poteſtatibus: uel certe eo tempore cum anima ſeparatur a corpore: & occurrunt ei peccatores demones: aduerſæ ptãtes: ſpiritus aeris huius qui eum uolunt detinere: & reuocare ad ſe ſi quid in ea ſuorum operum geſtorumq; cognouerint. Venit enim ad unamquamq; animã de hoc mũdo exeuntẽ princeps huius mũdi: & aeriæ poteſtates: & requirunt ſi inueniant in ea aliquid ſuum: ſi auaritiam inuenerint ſuæ partis eſt: ſi iram: ſi luxuriam: ſi inuidiam: & ſingula quæq; eorum ſimilia ſi inuenerit ſuæ partis eſt: & ſibi eam defendunt: & ad ſe eam trahũt: & ad partem eam peccatorum declinant. Si uero alquis imitatus eſt illum qui dixit: ecce uenit princeps mundi huius & in me non habet quicquã: ſi ſe aliquis ita obſeruabit: uenirũt qdẽ iſti pctõres: & requirẽtes in eo quæ ſua ſunt: & nõ inuenientes temptabunt nihilominus ad ſuam partem uiolenter eum detorquere: ſed dñs eripiet eum a peccatoribus. Et forte propterea iubemur cum quodam myſterio etiam in oratione petere: dicentes: ſed libera nos a malo. Sed cauſam qua eripiat iuſtos ſuos dominus a peccatoribus ſiue

in tempore exitus noſtri: ſiue in tempore iudicii: cum dies ille ſm prophetam neceſſitatis & anguſtiæ: dies obſcuritatis & perditionis: iudicii dies aduenerit: tunc ergo cauſam qua eripi mereantur ſubiungit: & dicit: quia ſperauerunt in eum. Sperantes ergo in ſe eripiet: & de tribulatione: & neceſſitate. Quomodo autem ſperare debeas: uolo tibi de ſcripturis ſanctis oſtēdere. Sicut nemo poteſt duobus dominis ſeruire: ita nemo poteſt in dominis duobus ſperare. Nemo poteſt in incerto diuitiarum ſperare: & in domino. Nemo poteſt ſperare in principibus & in deo. Nemo poteſt ſperare in uiribus equi: & in deo. Nemo poteſt ſperare in ſæculo: & in deo. Niſi enim in ſolo deo ſperaueris: & uideat deus ſpem tuam ad ſæculum æternum eſſe conuerſam: & quia aliam nullam omnino ſpem geris: niſi in ipſo: qui uiuificat mortuos: & uocat quæ non ſunt tanq̃ quæ ſunt: nō poteris eripi a peccatoribus. Solus eſt enim ipſe qui ſaluos facit ſperantes in ſe: per chriſtum dominũ nr̄m: cui eſt gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Explicit Homelia quinta Origenis ſuper pſalmum triceſimumſextum.

¶ Incipit homelia prima de pſalmo trigeſimo ſeptimo.

CReator humanorum corporum deus ſciebat ꝙ talis eſſet fragilitas humani corporis quæ lāguores diuerſos poſſet recipere: & uulneribus: aliiſq; debilitatibus eſſet obnoxia: & ideo uenturis paſſionibus prouidens etiam medicamenta ꝓcreauit ex terra. Et medicinæ tradidit diſciplinā: ut ſi accideret ægritudo corpori: non deeſſet medela. Quo nobis oſtendit iſta præfatio? Ad animam ſine dubio reuocatur. Quoniam & ipſam cum creator omnium cōdidiſſet: ſciebat ꝙ futura eſſet uitiorum capax: & ob hoc ſubdita: atq; oboneratur peccatis. Et ideo ſicut corpori medicamenta præparauit ex hærbis arte: diſciplinaq; cōpoſitis: ita etiam animæ medicamēta præparauit in his ſermonibus quos per diuinas ſcripturas ſeminauit: atq; diſperſit: ut hi qui aliqua ægritudine fuerint oppreſſi: ſtatim ut uim morbi ſenſerint: atq; alicuius uulneris ſtimulum: doloremq; perſpexerint: id eſt cum uiderint animam aliquid præter naturā gerentem: requirant aptam & conuenientem ſibi rationabilem diſciplinam quæ eis ex præceptis dei poſſit mederi. Nam tradidit & medicinæ artis induſtriam. Cuius archiatros eſt ſaluator dicens de ſe quia non opus habent qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Et ille quidem erat archiatros qui poſſet curare omnem languorem: & omnem infirmitatem. Diſcipuli uero eius Petrus uel Paulus: ſed & prophetæ medici ſunt: & hi omnes qui poſt Apoſtolos in eccleſia poſiti ſunt quibuſq; curandorum uulnerum diſciplina cōmiſſa eſt: quos uoluit deus i eccleſia ſua eſſe medicos animarum: quia non uult deus noſter mortem peccatoris: ſed pœnitentiam: & orationem eius expectat. Deniq; & iſte pſalmus: qui nūc lectus eſt nobis oſtendit: ut ſi forte aliquando præuenimur in delictis qualiter nos: & cum quo affectu orare oporteat: & medico ſupplicare pro doloribus: uel infirmitatibus noſtris. Si quando ergo præoccupauerit nos inimicus: & ignitis iaculis ſuis uulnerauit animā noſtram: primo hoc nos docet hic pſalmus ꝙ conuenit poſt peccatum confiteri peccatum: & in memoriam recordari delictum: ut per recordationem culpæ ſtimulatum cor & cōcitatum pro delicto ſuo interim refrenet ac reuocet: ne quid tale ultra cōmittat: & ꝓpterea puto ſuperſcriptum eſſe ipſum pſalmum. pſalmus Dauid in recordationem. Quid ſit autem in recordationem: per totum ipſius pſalmi corpus enarrat. Videamus ergo nos omnes peccatores: ſi in aliquo delicto fuerimus inuenti: uel quid dicere uel quid facere debeamus: ut cum hæc in ſcriptura ſacra didicerimus: etiam medelam uulneris noſtri conſequi mereamur. Bonum quidem erat ſemper corpus: ut ita dixerim animæ noſtræ in ſanitate donare: & armis dei circundatum ab omnibus telis ignitis diaboli maligni inuulnerabile permanere: nullius languoris: nullius ægritudinis quicq̃ experiri: nihilq; interiorem noſtrū hominem uitii morbiq; ſuſcipere. Quod ſi per negligentiā ſui: atq; animi deſidiam incurrerit in peccatum: quid ipſum conſequatur agnoſcat. Argui uel corripi eſt doloris pœna cruciatus: & ita grauis eſt ut etiam hi qui fideles & religioſi uidentur ſi forte ut homines aliquando in delicto aliquo incurrerint: & arguantur: indignentur aduerſus eos qui arguunt: & oderint eos. Corripiunt enim ut emendent. Et hoc malum fuit in cauſa: ut etiā a priori populo in odium haberentur ꝓphetæ: perſecutionibus agitarentur. Hoc fuit cauſæ quod Eſaiam ſecari fecit: quod Zachariam inter templum & altare compulit trucidari: Hieremiam in lacum cœni demergi. Et ad ultimū hæc fuit cauſa quæ dominum noſtrum ieſum chriſtum egit in crucē. Omnia enim quæ ſupra enumerauimus ſcelera atq; flagitia: non alia ex cauſa cōmiſſa ſunt: niſi ꝙ dum omnes in medicinali diſciplina reſecari per correptionem delinquētium nolunt: curæ impatiens populus: & medelæ: in perniciem medentis exarſit. Beati ergo ſapientes iam ab ipſa ſcriptura appellantur hi qui cum deliquerint ſi arguantur non oderunt arguentes. Ita enim dicit ſcriptura. Noli arguere malos ne oderint te: argue ſapientem & amabit te. Vides quomodo ſapientem appellauit ſcriptura eum qui correptioni obnoxius eſt: non tamen odit: ſed magis diligit arguentem. Tales erant illi qui ab Apoſtolo arguebantur: & confutati non oderant arguentes. Vnde & ego arbitror illum qui in corintho grauiſſime deliquerat: iccirco miſericordiam conſecutum: quoniam correptus ab Apoſtolo & ita acerbe correptus: ut a conuentu abſcinderetur eccleſiæ: non tamen odio habuit arguentem: ſed animaduerſionem patienter accepit: & fortiter tulit. Ego arbitror ꝙ etiam maiorem affectum concepit erga Paulum: atq; erga omnes qui ſtatutis Pauli in eius animaduerſiōe paruerant. Vnde & Paulus ſententiam reuocat: & eiectum recōiungit eccleſiæ: & addit: dicens. Confirmate in eum charitatem. Vidit enim eum poſt animaduerſionem cōſeruaſſe charitatem: & ideo dixit ut etiam poſt peccatum non tam tribueretur ei charitas (inerat enim) ſed ut ab omnibus ea quæ inerat firmaretur. Neceſſe eſt ergo eum qui peccat argui: ſed quoniam grauis nobis infirmioribus: q̃uis ſit utilis iſta correptio: ferre eam ſub oīum pn̄tia deuitamus. Et qd dico oīum pn̄tia? Interdū ne duos qdem cū arguimur adeſſe patimur teſtes: ſed culpamus arguentē: & dicimus. Oportuerat te ſoli mihi dicere q̃ uelis: & nō ſub multorū pn̄tia facere mihi ruborem. Dolemus: iactamur: efferueſcimus: & ī interioribus aīæ ſenſibus cruciamur. Quod ſi talis correptio eſt q̃ ab hoīb⁹ uel corā hoībus arguimur: qd fa

ciamus ſi deus nos arguat:ſi ipſe deus confutet:& arguat
in furore:nos qui epiſcopi arguentis iracundiam ferre nõ
poſſumus:ſed indignanter accipimus:illum furorem qui
dei eſſe dicitur arguentem nos quomodo tolerabimus?
Sciens ergo propheta q̄plurimas eſſe differentias arguen/
di: & uolens quaſi homo pro delictis quidem argui: ue/
rens autem ne grauiori pondere(id eſt ne in furore domi
ni argueretur)ait ſicut iam & in alio pſalmo ante dixerat:
etiam hic. Domine ne in furore tuo arguas me. Similiter
autem dicit & quod ſequitur. Neq; i ira tua corripias me.
Oportet ergo nos aliqua & de correptione dicere.de qua
generaliter nos Apoſtolus docet:dicens: omnis quidem
correptio ad præſens non uidetur gaudii eſſe:ſed mœro/
ris: poſtea autem fructum pacatiſſimum his qui per eam
exercitati ſunt reddet iuſtitiæ. Eſt uidere etiã a pueris quẽ/
admodum cum corripiuntur uerberibus a pædagogis:
uel doctoribus excitantur:moleſte quidem accipiunt: &
ſummum malum iudicant dolorem illum qui eis cauſa
eruditionis infligitur: & q̃uis profectus ſuos in huiuſce/
modi eruditionibus uel correptionibus eſſe poſitos non
ignorent:tamen moleſte atq; impatienter ferunt. Quod
ſi eruditio puerorum huiuſcemodi eſt:quid ſentire debe/
mus de nobis ſenibus: qualem nobis uel eruditionẽ uel
corruptionẽ iminere cenſemus:quæ non a diſpenſatori/
bus neq; a pædagogis infert. Nouit quippe ſcriptura pæ/
dagogum & diſpenſatorem:& procuratorem paruuli:qd
inquam exiſtimare uel ſentire debemus cum ab ipſo pa/
trefamilias eruditio noſtra facta fuerit:atq; correptio? Ite/
rum redeamus ad ſimilitudinem puerorum. Si corripia/
tur puer a pædagogo: nõ erit neceſſe eum correptionem
paternæ auſteritatis agnoſcere: quæ ex grauioribus deli/
ctis ac flagitioſioribus ꝓuocatur. Si corripiatur a doctore
puer:non ita auſterus erit magiſter ſicut pater eſſe poteſt ſi
grauia delicta in filio cognouerit. Si enim corripiat pater
pro maioribus grauioribuſq; peccatis:& tantum ſit com
miſſum filii ꝙ ad iracundiam cõcitauerit patrem:ſine du/
bio poſt cruciatus:poſt ſupplicia etiam abdicationis pœ/
na metuenda eſt. Si intellixiſti ſimilitudinem tranſi mihi
ab exẽplo ad rem & intellige de nobis omnibus quæ di/
cuntur. Omnes epiſcopi atq; omnes preſbyteri uel dia/
cones erudiunt nos:& erudientes adhibẽt correptiones:
& uerbis auſterioribus increpant. Eſt autem quando eru/
dimur etiam a ꝓcuratoribus & actoribus:id eſt ab his an/
gelis quibus creditæ ſunt diſpenſandæ & regendæ ani/
mæ noſtræ:quẽadmodum deſcribitur in quodam loco:
angelus pœnitentiæ qui nos ſuſcipit caſtigandos:ſicut pa
ſtor exponit:ſi cui tamen libellus ille recipiendus uidetur.
Interim diuerſis eruditionibus ſuccumbimus nos homi
nes caſtigantibus nos:& corripientibus: nondum tamen
ab ipſo patrefamilias caſtigamur:ſed a procuratoribus an
gelis qui uniuſcuiuſq; noſtri caſtigandi atq; emendandi
ſortiuntur officium. Et eſt tolerabilius cum ab aliquo ho/
rum corripimur. Sic quoq; interdum etiam pædagogo
cõmiſſa eſt noſtra correptio. Nam quicũq; ſub lege erant:
quoniam lex pædagogus noſter fuit in Chriſto:delinquẽ
tes in lege a pædagogo corripiebantur:cum puniebantur
ex lege. Puniebantur enim uel cum lapidabantur:uel cum
aliquid eorum quæ Moyſes ſcripſerat perferebant. Nul/
lus ergo eorum de quibus ſuperius diximus:ab ipſo pa/
trefamilias puniebant. Nõ enim erat pſfamilias lex: neq;
angelus pœnitentiæ. Sed ſunt alia peccata pro quibus pec
cantem ipſe paterfamilias punit. Eum uidelicet qui men/
ſuram facinorum ſupergreſſus: ultra creaturæ contume/
liam ſceleris ſui impietate tetendit. Nec tamen alius quis
nouit præter deum ſolum: qui uel quãdo ꝓcuratoribus
tradi debeat caſtigandus:uel qui corripiendus actoribus:
quãdo etiam qui ſubiici debeat pædagogo:cui etiam in/
feriores ſint horum omnium correptiones:ſi quis ſcilicet
talis eſt qui ipſam (ut ita dixerim) diuinam manum in
ſuam prouocet ultionem. Si intellexiſti quæ dicta ſunt:ſi
altiorem ſecutus es intellectum:intuere nunc qualiter hæc
propheta proſequitur:cum dicit. Etiã ſi corripis me deus:
noli me i ira corripere. Sed nos nec corrigi uolumus:nec
pædagogum patimur cõmonentem: neq; ꝓcuratorum:
uel actorum correptiones libẽter accipimus. Et propterea
ab ipſa ira dei correptionem nobis induci neceſſe eſt. Pro/
pheta enim dicit. Domĩe ne in furore tuo arguas me:neq;
in ira tua corripias me. Sed qui hoc dicit debet ꝓferre ali/
quam rationem:quare nolit:uel in furore argui: uel in ira
corripi. Et quæ ſit iſta ratio uideamus: ut & nos ſi delin/
quimus hanc rationem dicentes: & facientes ſm hoc qđ
docemur: non incurramus in uindictam furore arguen/
tis:uel ira corripientis. Quoniam(inquit)ſagittæ tuæ in/
fixæ ſunt mihi:& cõfirmaſti ſuper me manum tuam. Ser
mo domini ſagittis eſt ſimilis:deniq; & ſaluator ita dixit.
Poſuit me ſicut ſagittam electam:& in pharetra ſua abſcõ
dit me. Qui ergo loquitur ſermonem domini:ſagittas ia/
culatur. Et cum loqtur corripiens & caſtigans:correptio/
nis iaculo cor perforat audientis. Qui ergo ita ſuſcipit uer
ba domini ut ex his quæ audit ſermonibus cor ſuum con
figatur:& per ſtimulum eorum quæ dicta ſunt ad pœni/
tentiam ſuſcitetur:certum eſt quoniam in illum inuanum
non abiit ſermonis dei iaculum:neq; tranſuolauit: ſed in
ipſo omnes illæ ſermonũ dei defixæ ſunt ſagittæ. Deniq;
ita & quodam loco ait. Vidiſti quomodo compũctus eſt
Achab? Merito ergo & nunc dicit propheta. Domine ne
in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Di/
gna eſt enim eã quæ ſubſeqtur quæ ab eo correptionem
furoris domini debeat tẽperare:quoniam ſagittæ tuæ infi
xæ ſunt mihi. Verbi gratia. Et nunc ſi ex iſta omni multitu
dine auditorum ſint aliqui conſcii ſibi in aliquo peccato:
atq; utinam quidem nullus ſit: uerũtamen neceſſe eſt eſſe
aliquos conſcios ſibi:& hi ſi iis auditis quæ loquimur re/
cte & fideliter audiant:& compungatur cor eorum ex ia/
culis uerborum noſtrorum:& tranſfixi talibus iaculis do/
leant: & conuerſi ad pœnitentiam dicant: domine ne in
furore &c. quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. ſi uero
audiens hæc non compungatur:ſed tanq̃ in corpore iam
emortuo ita in anima eius nulla ſagitta: nullum iaculum
ſenſum doloris inueniat: nec ullam recordationem ſuo/
rum capiat peccatorum: iſte quippe eſt ut ſtimulis furoris
dñi corripiatur:atq; iræ eius correptionibus arguatur. Nõ
enim poteſt dicere dño:qm̃ ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.
Atq; utinam oẽs qui nos audiunt cõpũcti & ſtimulati ex
his q̃ dicunt:atq; ad pniam conuerſi dicant ad doctorem
qm̃ ſagittæ tuæ infixæ ſũt mihi:& dũ caſtigas nos uerbo
dei:dum uerberas:dũ in interioribus nos conſciæ pcutis:
confirmaſti ſuper me manum tuam. Confirmat nãq; ma
num ſupra

num ſupra pueros pædagogus dum uerberat: & emẽdat: & confirmat manus cum uerbera non negligenter aut leniter infigũtur. Ita etiam domino dicere quis poteſt cum miſerit ſagittas: ſed per quoſcũq; uult mittere ſagittas uerborum ſuorum: quoniam confirmaſti ſuper me manum tuam. Cum enim manus domini affit qui emittit uerborum iacula: & infigit ſagittas in auditorum animam merito etiam domino dicit: quoniam confirmaſti ſuper me manum tuam. Nec eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Propterea ergo rogo non ipſius iræ tuæ potentiam experiri: quoniam iudicium eius tantũmodo accipiens: & ſolã quodãmodo faciem eius uidens: quæ ex ſolis uerbis diuinæ ſcripturæ deformat᷑: iam doleo omne corpus meũ: & conturbor: nec eſt ulla ſanitas in carne mea: neq; pax in oſſibus meis: tãtum ꝙ faciem iræ tuæ ex ſcripturis ſanctis non tamen ipſam iram ſentire uel uidere uiſus ſum. Et ſi ex hoc ſolo talia ſunt quæ patior: propter hoc oro ut non ipſam iram patiar. Vide ergo ſi non manifeſte hæc dicuntur in eo quod ait: & cõfirmaſti ſuper me manum tuam: nec eſt ſanitas ĩ carne mea a facie iræ tuæ. Potuit dicere ab ira tua: ſed nunc ait a facie iræ tuæ. Si enim dixiſſet ab ira tua: ſuperfluum erat illud ſine dubio quod ſuperius dixit. Ne in ira tua corripias me. Nunc autem dixit non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Quoniam quidem ſola facies iræ tuæ (ideſt conſideratio ipſa indignationis) ita me perterruit & conuertit ut iræ tuæ iam in me locus eſſe non debeat. Nec eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ. De eo qui apud corinthum peccauerat iudicauit Apoſtolus: dicens. Tradere huiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis. Nunquid putandum eſt ꝙ iniquum fieri uolebat quem dicebat tradi debere ſathanæ in interitum carnis. Quin potius apparet quoniã pro ſalute eius tradebat carnem eius in interitum. Deniq; addit dicens. Tradidi eiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis ut ſpiritus ſaluus fiat in die domini: oſtendens non poſſe ſaluari ſpiritum: niſi caro in interitum traderetur. Quis ergo ſit interitus carnis? audi. Quia quod interierit ſine dubio mortuum eſt. Viuit autem caro in peccatore: mortua eſt caro in homine iuſto. propter quod & iuſti dicũt. Semper mortificationem Ieſu chriſti in corpore noſtro circũferentes: ut & uita Ieſu Chriſtj manifeſtetur in carne noſtra mortali. Et iterum mandatum accepimus dicens: mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram. Et beatus eſt qui mortuus eſt peccato ſm quod dictũ eſt: corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: ſpiritus autem uita uiuit propter iuſtificationem. Tradi ergo in interitum carnis tale eſt: ut emoriatur ſenſus carnalis in nobis: & nõ uiuat carnis cupiditas ĩ ea. Ex eo enim ꝙ moritur ſenſus carnis: ut non ſm carnem ſapiamus: ſpiritus ſaluus efficitur. Alioquin dum uiuit ſenſus in nobis carnis: & caro uiuit: non poſſumus de ſpiritualibus ſapere. Hoc ergo modo Apoſtolus tradidit in interitum carnis eum qui ſm carnẽ uixerat: ut ſenſu carnis emortuo ſpiritus in die domini ſaluaretur. Si intellexiſti apoſtolicũ ſermonem: ad id quod propoſitũ eſt reuertamur. Vtinam in corpore meo ſi quãdo delinquo & delictum ex ſenſu carnis uenit: ſuperduceretur interitus carnis: ut ſpiritus ſaluaretur. Si enim caro infirmatur: ſine dubio ꝓficiens infirmitas etiam ad mortificationem peruenit carnis: & tunc eſt quod recte dicit᷑. Quoniam non eſt ſanitas in carne mea. Si uero non infirmatur quidem caro: ſed redit ad ſanitatem ſuam: id eſt ut ſapiat quæ ſunt carnis: ac deſideret malum: tũc ſanitas eſt in carne: quod utiq; ſpiritui non eſt bonum. Iſte ergo qui arguitur: & recuſat per furorem domini argui: atq; iracundia eius corripi: iuſtiſſimas cauſas huius excuſationis oſtẽdit. Afferens ſe & ſagittis uerborum dei eſſe confixum: & ita turbatum atq; perterritum a ſola facie iræ domini: ut nulla prorſus in carne eius ſanitas (id eſt nullum peccandi ultra deſiderium) manſerit. Memini me aliquando de illo capitulo euangelii diſputantem: in quo ſcriptum eſt: ſpiritus quidem promptus eſt: caro autem infirma: tale aliquid ſenſiſſe ꝙ anteq̃ ſaluator noſter ueniret ad crucem: & crucifigeret carnem: atq; emori eam faceret: anteq̃ perfecte mortificaretur: prius dixit infirmari carnem ſuam: & donec infirmabatur quidem caro: ſpiritum promptũ eſſe dicebat. Cum uero cruci eam tradit: & perfecta morte conſumat: tunc nõ iam promptum ſpiritum: ſed in manibus patris poſitum eſſe teſtat᷑. Hæc autem ille in ſe deſcribens: noſtris eruditionibus præbebat exemplum. Propter nos enim & nobis infirmus erat. Ideo conſideremus noſmetipſos ſi infirma eſt caro noſtra: ſi non delitiis: luxuriaq; reſoluitur: & hæc ei uitioſa ſanitas præſto eſt. Vide ſi ꝑ abſtinentiam quotidianam infirma efficitur caro per cõtinentiam deſideria reſerantur: libido comprimitur: uitia conquieſcunt. Tunc etiã ſi nondum emortua eſt: tamen non eſt ſanitas in carne tua: ſed etiam membra tua interim mortificata ſunt ſuper terram. Quid eſt autem quod facit ſanitatem in carne non eſſe? Si ſentiamus faciem iræ dei. Dũ enim recordamur iram Dei: & ante oculos uultum eius adducimus: ex ipſa inſtitutione eius quæ propter hoc facies iræ appellata eſt: conturbata & exterrita caro infirmatur: atq; langueſcit. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Etiam hæc debet dicere qui peccauit: & poſt peccatum peccaſſe ſe recordatur ſicut ipſe Dauid dicebat in quinquageſimo pſalmo. Et peccatum meum coram me eſt ſemper. Sunt quidam qui cum peccauerint ſecuri ſunt prorſus: nec cogitant de peccato ſuo: nec uenit ad ſenſum eorũ quid male geſſerint: ſed ita uiuunt quaſi nihil omnino cõmiſerint: iſti ergo non poſſunt dicere: q̃a peccatum meum coram me eſt ſemper. Cum uero poſt delictum quis conſumitur & affligitur pro delicto ſuo: & conſcientiæ ſtimulis agitatur: mordetur ſine intermiſſione: atq; occultis confutationibus impugnatur: iſte merito dicit. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Eſt ſane facies quædam etiam peccatorum: & (ut ita dixerim) color quidam & ſpecies per quam recordari & recognoſci ſolent ea quæ aliquando cõmiſſa ſunt. Cum uero ante oculos cordis noſtri ſtatuerimus peccata noſtra & unũquodq; intuentes: recognoſcentes erubeſcimus: ſactiq; pœnitemus: tunc conturbati & exterriti merito dicimus nos non habere pacem in oſſibus noſtris a facie peccatorum noſtrorum. Addat etiam hæc qui pœnitet pro peccatis ſuis: & dicat. Quia iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meum: ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuꝑ me. Qui enim nec dolent nec grauantur pro peccatis ſuis: ſed ſecuri ſunt: atq; in delitiis fluitant: hæc dicere non pñt: nec ſentiunt ꝙ iniquitates quidem ſuæ excreſcunt: & ultra capitis ſui uadunt proceritatem: ipſi uero decreſcunt: & in

nihilum rediguntur:& ideo non poſſunt dicere.Quoniã
iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meum:ſicut onus
graue grauatæ ſunt ſuper me.Quomodo enim pñt dice-
re illi qui in delictis ſuis non ſolum delectantur:uerũetiã
exultantes mala ſua præferunt? Quibus profecto pctũ
ſuum non onus efficitur:ſed uoluptas. Nõ eſt ergo illoꝝ
dicere hæc:ſed eoꝝ quibus libido iam ſorduit:quibus ui-
tia horruerunt:a quibus deniq; depræhenſa ẽ oĩs præſen
tium gratiarum uoluptas eſſe pro nihilo: quia poſtea oĩ-
no nulla futura eſt.Iſti ſunt qui pñt etiam dicere hæc quæ
ſequuntur.Quoniam fœtuerunt:& putrefactæ ſunt cica-
trices meæ.Nolite (inqt ſaluator) mittere margaritas ue-
ſtras ante porcos:ibi appellans eos qui peccatorum fœto
ribus delectãtur ſicut porci:qui fœtorem oẽm tanq̃ odo-
rem ſuauiſſimum expetunt. Conſidera ergo peccatorem
qui in peccatis ſuis delectaſ:& lætus eſt in malis ſuis:quo-
niam & ipſe ĩ ſtercore fœtido uolutatur:& nullum fœto
ris eius qui ex peccati ſtercore redditur:percipit ſenſum:ue
lut in ſummis uoluptatibus & gratiſſimis delitiis delecta-
tur. Si uero iſtum eueniat aliquando porcorum quidem
ſenſum:odoratũq; deponere:& ſenſum uerbi dei percipe-
re:ita ut poſſit ſentire fœtorem peccatoꝝ ſuoꝝ:ſtatim cõ-
uerſus ad pœnitentiam:& emendationem requirens:im-
patiens proprii fœtoris efficitur:proclamans ad cœleſtem
medicum:atq; oſtendens cicatrices putrefactoꝝ ſuoꝝ uul
nerum dicit:fœtuerunt & putrefactæ ſunt cicatrices meæ
a facie inſipientiæ meæ. Recte aũt hic pctũ inſipientiam
noĩauit.Nemo enim ſapiẽs id aliqñ cõmittit.Miſeriis affli
ctus ſum:& curuatus uſq; in finem.Sed uideas aliqñ eum
qui peccauit mœrentem:& contriſtatum triſtitia quæ ſm
ſæculum eſt: quæ enim ſm deum triſtitia pœnitẽtiam in
ſalutem ſtabilem operatur. Iſte uero dicit qñ miſeriis affli
ctus ſum:& curuatus ſum uſq; in finẽ.Propterea fortaſſis
ipſe ſanctus Apoſtolus dicit ſciens ſe aliqñ peccaſſe. Miſer
ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?
Peccauit enim etiam ipſe cum perſecutus eſt eccleſiam dei
propter qđ dicit.Non ſum dignus uocari Apoſtolus.Mi
ſeriis ergo afflictus ſum (ait). Non dicit affligor adhuc.
Si enim tranſierunt iam peccata mea: afflictus ſum miſe-
riis:ſi aũt ꝑmanent:& in ipſi conuerſor adhuc affligor mi
ſeriis.Miſeriis ergo (ĩquit) afflictus & curuatus ſum uſq;
in finem. Si uideas eum qui peccauit non poſſe reſpicere
in cœlum:ſed curuato corpore: demerſoq; in terrã uultu
non ſolum corporis:ſed & animæ: & cõtorquente ſicut
circulum collum ſuum:intelligis quomodo quis curua-
tur uſq; in finem. Si uero uis etiam per exẽpla cognoſce-
re quõ peccatis ſuis unuſqſq; curuetur ita ut ſuſpicere nõ
poſſit:nec in cœlum eleuare oculos ſuos: intuere illũ pu-
blicanum:qui in euangelio ingreſſus templum & de lon
ge ſtans:nec audẽs leuare oculos ſuos in cœlum: ſed per-
cutiens pectus ſuũ:& confitens peccata ſua:dicebat. Deus
propitius eſto mihi peccatori.Huic nimirum conuenit di
cere:quia curuatus ſum uſq; in finem: & tota die contri-
ſtatus ingrediebar.Hoc aũt dicens uelut affectum ipſum:
& aĩum pœnitentis exponit dicentis:ex quo peccaui:nũq̃
riſi:nunq̃ lætatus ſum:nunq̃ mihi ipſi aliquid iocundita
tis indulſi:ſed ſemper in mœrore fui:ſemper in pœniten-
tia:ſemper in luctu. Tale eſt illud qđ in euãgelio præcipiſ:
dicente dño.Beati qui lugent:& beati qui flent. Econtra-

rio aũt ſi qs peccator ſit:& multis malis obnoxius: & hic
nullo flagitiorum ſuorum ſtimulo pulſatus: inſuper etiã
& rideat:& lætus ſit atq; iocũdus:nec in aliquo conſcien
tiæ ſtimulis agitetur:uide ſi nõ huic illa cõuenit dici quæ
ſcripta ſunt/uæh ridentibus nunc:quia lugebitis:& plan-
getis.Tota die contriſtatus ingrediebar:quoniã renes mei
completi ſunt illuſionibus. In renibus uel in lumbis hu-
manum ſeminum receptaculum eſſe dicitur:ex quo illud
genus indicatur peccati quod per libidinem geritur. Hu-
ius náq; opus res eſt illa quam Apoſtolus inter prima ſa-
crilegia deſignauit:dicens:tollens ergo membra chriſti fa-
ciam mẽbra meretricis? Abſit.Cum ergo quis ꝓpenſius
& incontinentius in huiuſcemodi laſciuiam fluxerit:tunc
renes eius uel lumbi repleti eſſe illuſionibus aſſerũtur. Illu
ſio enim eſt diaboli illudentis hominem: atq; in huiuſce-
modi peccati incontinentiam prouocantis.Non ergo mi
rum eſt ſi peccatorum hominum renes illuſionibus reple
ti ſunt: cum & Iob de dracone qui diabolus intelligitur:
ita dicat. Virtus eius omnis in lumbis eſt & potentia eius
in umbilico uentris eius.Virtus ergo diaboli præcipue cir
ca lumbos hominibus eſt:unde fornicatio:adulteriaq; ꝓ-
cedunt. Vnde puerorum corruptio:unde omnis ſpurcitia
generatur.Ita ſane etiam mulierum circa umbilicum uen-
tris eſt culpa:quod honeſtiore uoluit indicare ſermone:in
quibus uidelicet utriſq; draconis diaboli uirtutem:poten
tiãq; eſſe deſignat. Et non eſt ſanitas in carne mea. In hoc
profectum ſuum oſtendit: & proximum eſſe ad mortifi-
cationem carnis indicat:atq; interitũ eius. Nam ideo hoc:
& hic ſecundo repetit: ut adhibitum iam eſſe remedium
tẽptationũ moleſtiis declararet. Afflictus ſum & humilia-
tus ſum ualde. Feſtiuitatibus domini panẽ nos afflictio-
nis edere iubemur:& in ipſis feſtiuitatibus dicitur: ut hu-
miliet homo animam ſuam: & cum feſtiuitas ꝓpitiatio-
nis indicitur:dicitur humiliate animas ueſtras.Quoniam
ergo qui pœnitet pro delictis ſuis ſeipſum affligit: humi-
liat ſicut & ille publicanus: de quo ſupius diximus. Pro-
pterea & conſequenter dicit in eo ꝙ ſe ex corde pœnitere
cognoſcit obſecrans ne in furore domini arguatur: neq;
ira eius corripiatur ex hoc quod dicit. Afflictus ſum:& hu
miliatus ſum ualde.Non enim ſolum afflictus ſum: neq;
ſolum humiliatus ſum:dicit:ſed ualde afflictus ſum:& ual
de humiliatus ſum:ut exempli gratia dixerim:ſi diues ali-
quis ſm ſæculum in multa affluentia poſitus:& hic ſubi-
to decidat:atq; in egeſtatem ultimã redigaſ:domo quoq;
pulſus & patria:in ſulis ac ſcopulis relegatus ſqualentem-
atq; infœlicem in ſolitudine exigat uitam:tunc deinde re-
cordatus patriæ:ac parentum:nobilitatis: familiæ:bono-
rum ſubſtantiæ:diuitiarum abundantiæ:ac totius illius ui
tæ qua in delitiis uixerat:qbus iſte planctibus:quibus mu
gitibus recordationẽ priſcæ beatitudinis recoletur: ut ſit
ei maior pœna recordari quæ perdidit: q̃ pati quæ perſe-
ret? Ad huius exempli ſimilitudinem intuere mihi etiam
eum qui uitam in ſobrietate & caſtitate iuſtitiaq; tranſe-
git:qui in actibus bene ſibi conſcius erat:iſte ſi decidat de
patria ſua:ideſt de eccleſia in inſulam quãdam:atq; in hor
rentes ſcopulos:quæ peccati ſedes eſt propellatur:& ex fa
cultatibus ac diuitiis ſuis: quæ erant ei in omnibus
operibus ſuis bonis deuoluatur: & uideat ſe in ultima
paupertate poſitum: omnes enim eius iuſtitiæ: quas
fecit non

ſecit non reminiſcentur propter peccatum: ſi ſe ergo in talibus uideat: quibus gemitibus: quibuſq; rugitibus ꝓclamabit: dicens. Rugiebam a gemitu cordis mei. Domine in cõſpectu tuo omne deſideriũ meum: & gemitus meus. Omnia ergo ex quo deliqui: ſiue concupiui concupiſcentiam ſaecularem: ſiue quid aliud commiſi: omnia ante te profero: & in orationibus meis in conſpectu tuo pono. Et gemitus meus a te non eſt abſconditus. Noſti enim qa ſemper ingemiſco. Cor meum conturbatũ eſt. & deſeruit me uirtus mea. Tu uide domine cor meum: quia conturbatum eſt pro peccatis meis. Et conſequenter exoro ne in furore arguat: neq; in ira corripiat: Quod ſi mea me fortitudo deſeruit ſine dubio fui aliquando fortis: & cõuerſatio mea fuit bona. Poſtea uero cecidi quia deſeruit me fortitudo mea: & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Haec uox illius uidetur eſſe qui poſt illuminationem: poſt traditionem doctrinae: poſt agnitionem ueritatis in tenebris decidit. Ne ergo & nos eadem patiamur, ſed potꝰ ut lumen noſtrum ſit ſemper in nobis: & opera lucis agẽtes habeamus fiduciam tanq̃ filii lucis in Chriſto Ieſu: ſemper oremus & deum patrem ineffabiliter deprecemur: cui eſt gloria & poteſtas in ſaecula ſaeculorum. Amen.

¶ Incipit homelia ſecunda de eodem pſalmo.

QVi ꝓ peccatis ſuis cõfitetur deo: & animo dolet dum penitet: ſciens poſt exitum uitae quae poena immineat peccatori: haec dicit. Exponens quanta pati neceſſe ſit eũ qui ſe ad poenitentiam: emendationemq; conuertit. quomodo derelinquant eum amici: & proximi ſui: & longe efficiantur pro eo quod ipſe ſe ad exomologeſin peccati ſui: morũq; conuertit. Dicit ergo. Amici mei: & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Intellige mihi fidelem quidem hominem: ſed tamẽ infirmum qui etiam uinci ab aliquo peccato potuit & ꝓpter hoc mugientem pro delictis ſuis: & omnimodo curã uulneris ſui ſanitatemq; requirentem licet praeuentus ſit & lapſus uolentem tamen medelam ac ſalutem reparare. Si ergo huiuſmodi homo memor delicti ſui confiteatur quae commiſit: & humana cõfuſione paruipẽdat eos qui exprobrant eum confitentem: & notãt: uel irridẽt: ille autem intelligens per hoc ueniam ſibi dari: & in die reſurrectionis pro his quibus nunc confunditur coram hominibus. tunc ante angelos dei confuſionem: atq; obprobria euaſurum: ut nolit tegere & occultare macula ſuã ſed pronũciet delictum ſuum: nec uelit eſſe ſepulcrum dealbatum: quod deforis quidem appareat hominibus ſpecioſum id eſt ut uidentibus ſe quaſi iuſtus appareat: intus autem ſit repletus omni immundicia & oſſibus mortuorum. Si ergo ſit aliquis ita fidelis ut ſi quid conſcius ſit ſibi procedat in medium: & ipſe ſui accuſator exiſtat. Hi autem qui futurum dei iudicium non metuunt haec audientes: cum infirmantibus quidem non infirmentur: cũ ſcandalizantibus non urantur: cum lapſis non taceant: ſed dicant longe te fac a me: neq; accedas ad me quoniam mundus ſum: & deteſtari incipiant eum quem ante admirabãtur: & ab amicitiis recedant eius qui delictũ ſuum noluit occultare: ſuper iis ergo conſequenter dicit qui exomologeſin (id eſt confeſſionem) facit. Amici mei: & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt & proximi mei de longe ſteterũt. Sed haec non oportet formidare eum qui poſt delictum ſaluari cupit: neq; notam eorũ pertimeſcere qui ſua quidem peccata nõ cogitãt: nec memores ſcripturae ſunt diuinae dicentis: noli improperare homini conuertenti ſe a peccato: ſed memor eſto: quoniã omnes ſumus in culpis. Non ergo cogitet de talibus: ſed cogitet de anima ſua exorans deum: ut ab ipſo exaudiatur & ſubleuetur poſt cauſam ſuam: ut poſſit etiã dicere quae ſequũtur. Quoniam iniquitatem meam ego pronunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Licet amici mei & proximi mei contrarii ſint: & propinqui mei longe ſe faciant a me dum ego ipſe mei accuſator efficior: dum crimĩa mea nullo me arguente confiteor: dum nolo imitari eos qui etiam cum in iudiciis arguantur: & teſtibus conuincantur & tortoribus etiam arguantur: tegunt tamen mala ſua: & plus apud eos obtinet cõmiſſi pudor q̃ cruciantis poena. Ego uero qui ſcio nihil latere deum: ſed nuda eſſe omnia & manifeſta in cõſpectu eius: quicquid abſcondo: occulto quod nouit. Cur non potius ipſe me arguo: ipſe me cõfuto: quid expecto accuſatorem cum accuſator meus conſciẽtia mea mecum ſit. Sic forte & ille mihi parcet: ſi mihi ipſe non parcam. Ergo proximi mei de longe ſteterunt: & uim faciebant qui quaerebãt animam meam. Et qui quaerebant mala mihi locuti ſunt uanitatem. Haec iterum de aliis dicit. Sunt enim quidam qui quaerunt mala iuſto: & nõ ſic gaudent cum audierint de bonis eius aliquid ſicut gratulantur cum audierint mala: & uelut inſultant cum in malis aliquibus uiderint iuſtum. Et iſti ſunt qui cum uiderint iuſtum cõfitentem peccata ſua: uelut noxium qdam euomunt uirus propter quod dicit: & uim faciebãt qui quaerebant animam meam. Et qui quaerebant mala mihi locuti ſunt uanitates. Et uere manifeſtiſſime peruidetur quia non ſolum ii qui iuſto quaerunt mala: ſed etiam omnis qui cuicũq; mala conatur inferre loquitur uanitatem. Nõ enim loquitur ea quae ſm deum ſunt: qui quaerit agere mala. Vnde oportet magis quaerere bona. Vtinã poſſemus etiam his qui oderunt nos reddere bona pro malis & inimicis noſtris uel ſuadere quae bona ſunt: uel optare: feroces animos eorum ad cõcordiam atq; pacem reuocare: ut per hoc efficiamur filii patris qui in coelis eſt: qui ſolem ſuum oriri iubet ſup bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Qui ergo quaerebant mala mihi locuti ſunt uanitates: & dolum tota die meditabantur. Vide inſidiatorem iuſti. Iam enim iuſtum uoco eum qui in primis ſui ipſe accuſator efficiť: ſicut ſermo ſcripturae deſignat: nam & illum ſapientem dicit ſcriptura qui cum arguitur non odit arguentem: ſed inſuper diligit eum ſic & iuſtus dicitur qui poſt delictum non permanet in delictis nec expectat diabolum fieri accuſatorẽ ſuũ: neq; ut ille ꝓferat in medium pctã ipſius: ſed ipſe ſe arguit: & cõuincit: & ꝑ cõfeſſionẽ ſuam liberatť a morte. Qui enim q̃rebãt mala mihi locuti ſunt uanitatẽ: & dolum tota die meditabanť. Ego aũt uelut ſurdus nõ audiebã. Nihil hac uirtute praeclarius: nihil excellentius inueniri poteſt: ut audiens unuſquiſq; maledicos: atq; obtrectatores ſuos male loqui: carpere: detrahere: incuſare ipſe auertat aurem ſuam quaſi nõ audiens: & declinet oculum ſuum tanq̃ nõ uidens: ne iracundia exaſperetur: & proſiliat ad uidictã: ne quaerat oculum pro oculo: nec uerbum pro uerbo: nec maledictũ pro

maledicto:nec mendacium pro mendaico:nec crimen ꝓ
crimine. Talis ergo eſt iuſtus:iam eni (ut dixi) iuſtū eum
dico qui per confeſſionem ſuam pecatorum ſuorum euo/
mit paſſiones. Ego autem ſicut ſurdus non audiebam:&
ſicut mutus non aperiens os ſuū. Et factus ſum ſicut ho/
mo non audiens. Cum maledicerer cum criminarer:cum
omnia probra de me homines proferrent:ego etiam ſicut
ſurdus:& non audiebā: & ſicut mutus nō aperui os me/
um. Pro maledictis:nulla maledicta reddebam. Sed quid
prodeſt nos hæc exponere:quid prodeſt hæc nos de ſcri/
pturis ſanctis aperire:ſi nō horū meminerimus in eo ipſo
tempore quo res expetit:cum maledicimur a fratribus:cū
detrahunt de nobis:cum etiam in faciem probris & con/
uiciis laceſſimur:cum omnia fiūt ut excitetur furor noſter:
& animus ad iracundiam moueatur? Tunc oportet horū
meminiſſe:tunc recordemur quia ſcriptū eſt: factus ſum
ſicut homo non audiens:& non habens in ore ſuo incre/
pationem. Interdum dicit aliquis aduerſum me & forſi/
tan mentitur:interdum etiam uera ſunt quæ dicit. Ego tñ
poſſum multa peiora de illo dicere:& uere dicere & ſi qui/
dem peccator ſum:& nihil horum memini quæ nunc di/
ximus imitabor illius malitiam:& reddendo maledicta ꝓ
maledictis efficar ſimilis illi: ſed non ſimilis deo efficior.
Si uero iuſtus ſum:ſicut ſurdus nō audio:& ſicut mutus
non habens in ore ſuo increpationem:nihil reſpondeo &
hbens in quibus arguam:non arguo. Itelligo enim quia
q̄ recte arguit:impoſſibiliter debet arguere:ut ſalutē expe/
tat eius qui arguit: nō uindictā. Cum ergo quis detrahit
de me: uel male de me loquitur:ſi arguam eum nō facio
competenter. Ex iracundia enim:& indignatione húc: ar/
guo:uolens ei inferre triſtitiam non illam quæ ſm deum
eſt:quæ poenitentiam in ſalutem ſtabilem operatur:ſed tri/
ſtitiam quæ lædat animam nō emendet. Si ergo horum
meminimus:hæc quidem non faciemus:ſed cum tale ali/
q̄d acciderit nobis: dicimus quia factus ſum ſicut homo
non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.
Quare autem talis effectus ſum? Quoniam (inquit) in
te ſperaui. Niſi enim ſperaſſem in te:& credidiſſem tibi di/
centi:mihi uindictam:ego retribuam:dicit dominus:me/
ipſum utiq; uindicaſſem. Núc uero memor ſum præcepti
illius quo iubemur non noſipſos uindicare:ſed dare lo/
cum iræ. Et inuenies hæc in ſcripturis diuinis: & legis. Et
factus ſum ſicut homo non audiens:& nō habens in ore
ſuo increpationes. Quoniam in te domine ſperaui:tu ex/
audies domine deus meus. Ego ſicut ſurdus non audie/
bam eos q̄ me criminabantur:ſed tu audi ea quæ loquun/
tur. Si eſſemus tales quales nos eſſe uult ſermo diuinus:ſi/
cut Helias diceremus utiq; deo ut daret pluuiam & plue/
ret:ſicut Samuel in diebus meſſium peteremus ut præſta/
ret de coelo imbrium copiam:& audiremur. Nunc autem
quomodo nos audiet deus:cum nos ipſum non audia/
mus? Quomodo faciet ille quod uolumus:cū nos quæ
ille uult non faciamus? Vult nos tales eſſe deus: ut quaſi
dii cum deo loquamur. Vult nos eſſe filios dei:ut conſor/
tes & cohæredes efficiamur filii dei:& dicamus ſicut ipſe
dixit pater ſcio quia ſemper me audis. Scimus quia dixit
ad nos deus. Ego dixi dii eſtis: & filii excelſi omnes. Sed
nos pro meritis noſtris illud magis quo digni ſumus:&
quod ſequitur expectamus. Vos uero ſicut homines mo/
riemini & ſicut unus ex principibus cadetis. Quia dixi ne
forte inſultent mihi inimici mei. Cum criminarer: & uicē
criminantibus non redderem:hæc dicebam:ſi reddidi re/
tribuentibus mihi mala utiq; derelinquar a deo:& dereli/
ctus cadam neceſſe eſt. Cum autem cecidero inſultabunt
mihi inimici mei. Si uero non reddidero mala pro malis:
ſed deo dereliquero iudicium: ab ipſo adiutus non deci/
dam: ſed ſtabo fortiter: & non inſultabunt mihi inimici
mei. Dixi etiam hoc. Dum cōmouerentur pedes mei: in
me magna locuti ſunt. Quādiu ſtetero itrepidus:& imo/
bilis:non loquentur magna contra me inimici mei. Non
enim habent quod dicant. Statim autem ut trepidauero
non dicam cecidero:ſtatim incipient exprobrare: & dice/
re. Vides hunc:ecce & ipſe quid fecit? & cum hæc doceat
agit alia. Contraria enim eorum quæ docet: agit. Iſti ergo
tale dicant neceſſe eſt dum cōmouentur pedes mei ſuper
me magna locuti ſunt. Alius autem hoc melior quantum
ad perſonas pertinet:quæ inducunt a prophetis:uel ipſæ
ſibi cōparantur illud dicit. Mei autem paulominus moti
ſunt pedes. Illius quidem moti ſunt pedes:mei autē pau/
lominus moti ſunt. Fortaſſis autem ſit alius aliquis cuius
nec parum quidem:nec paulominus moti ſunt pedes:il/
lius opinor qui dicit:ſtatuit ſuper petram pedes meos. Ille
nihil prorſus de cōmotione pedum ſuorum:ſed de ſtabi/
litate teſtatur. Beati ergo ſumus ſi nulla omnino commo/
tio in noſtris pedibus accuſatur ſed ſunt ſtantes ſuper pe/
tram: ideſt ſuper ipſum dominum ieſum chriſtū. Quod
ſi ita ſtabiles eſſe non poſſumus: ſcdm nos iſte ſaltem
& inferior ſuſcipiat gradus:ut uel paulominus mouean/
tur greſſus noſtri. Quoniam ego in flagella paratus ſum.
Etiam hæc uox boni & optimi: (ut ita dixerim) peccato/
ris eſt:qui deliquerit q̄dem:ſpectet tamen delictorum fla/
gella quibus in præſenti optet emendari: ne puniatur: &
pereat in futuro. Propone tibi ante oculos peccatorem di/
centem ad dominum: ego quoniam peccaui: iam nunc
in flagella paratus ſum noli me reſeruare igni æterno:noli
me reſeruare exterioribus tenebris. Dum in hac uita ſum
redde mihi peccata mea: quoniam flagellas omnem filiū
quem recipis. Oro te flagella me quoq;: & noli me reſer/
uare cum his qui non flagellantur: qui in laboribus ho/
minum non ſunt:& cum hominibus non flagellabūtur:
id eſt qui penitus derelinquuntur a te:quorum emenda/
tionem: correptionemq; non quæris. Sciens ergo quæ ſit
differentia cum flagellat peccator ab eo qui flagellat om/
nem filium quem recipit:& quæ ſit differentia eius qui dī/
gnus non habetur flagellis:ait ad dominum: ego in fla/
gella paratus ſum: id eſt ſi uolueris ſuperducere languo/
res:in me mittere ægritudines tolerabiliter ferā: ſcio quia
dignus ſum ut non ſolum per ægritudines peccata mea
ſoluantur: ſed per omnes afflictiones purgari deſidero:
tantum ut æternis poenis & cruciatibus non reſeruer.
Si placet inferre damna ſuſtineo: ſi placet omnes facul/
tates perire depereant: tantum ne anima pereat apud te.
Si per mortem charorum & propinquorum uis me pur/
gari:moriantur etiam ipſi:ut & ipſi ex huiuſmodi uincu/
lis liberentur:auferantur filii dum adhuc pueri ſunt: & in
rudibus annis poſiti:nondum grauioribus peccatorū ſor/
dibus maculati ſunt. Omnibus igitur flagellis emendaris
uerberatiq; paratus ſum & nihil horum recuſo:tantum ut

ſupplicii æterni ignis effugiam. Ego ergo in flagella paratus ſum: & dolor meus coram me eſt ſemper. Ante oculos meos habebo dolorem meum: ut futuros pœnarum dolores: præſentibus poſſim doloribus compenſare. Quoniam iniquitatem meam pronuncio. Pronunciationem iniquitatis (id eſt confeſſionem peccati) frequentius diximꝰ. Vide ergo quid edocet nos ſcriptura diuina: quia oportet peccatum non celare intrinſecus. Fortaſſis eñi ſicut hi qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam: aut humoris: uel phlegmatis ſtomaco grauiter & moleſte iminentia ſi uomuerint: releuantur: ita ẽt hi qui peccauerunt: ſi quidem occultant: & retinent intra ſe peccatũ intrinſecus urgentur: & propemodum ſuffocantur a phlegmate: uel humore peccati. Si autem ipſe ſui accuſator fiat: dum accuſat ſemetipſum: & confitetur: ſimul euomit: & delictum atq; omnem morbi digerit cauſam. Tantummodo circumſpice diligentius: cui debeas cõfiteri peccatum tuum. Proba prius medicum cui debeas cauſam languoris exponere: qui ſciat infirmari cum infirmante: flere cum flẽte: qui cõdolendi & compatiendi nouerit diſciplinam: ut ita demũ ſi quid ille dixerit: qui ſe prius & eruditum medicum oſtẽderit & miſericordem: ſi quid conſilii dederit: facias: & ſequaris: ſi intellexerit & præuiderit talem eſſe languorẽ tuũ qui in conuentu totius eccleſiæ exponi debeat: & curari: ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt: & tu ipſe facile ſanari: multa hoc deliberatione: & ſatis perito medici illius conſilio procurandum eſt. Quoniã iniqtatem meam ego ꝓnunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Quicũq; ueſtrum conſcius ſibi eſt in aliquo peccato: & ita ſecurus eſt quaſi nihil mali fecerit: cõmoueatur ex hoc ſermõe qui dicit: cogitabo pro peccato meo. Bonum eſt eum qui delinquit non eſſe ſecurum: & uelut eum qui nihil deliquerit: nullam ſollicitudinem gerere: nec cogitare quomodo poſſit ſuum delere peccatum. Si in corpore tuo macula aliqua uel uulnus oriatur: aut ex colliſiõe aliqua intumeſcat: ſollicitus es & perquiris quid curæ debeat adhiberi: quomodo corpori ſanitas antiqua reddatur. Si circa oculos ſe aliquis acerbus humor infuderit: ſollicitus es: & perquiris quomodo ſuccurras: & præuenias cæcitatem. Cũ anima tua ægrotet: & peccatorum languoribus urgeatur ſecurus es: contemnis gehennam: atq; ignis æterni ſupplicia deſpicis: & irrides. Iudicium dei paruipendis: & cõmonentem te eccleſiam deſpicis. Cõmunicare non times corpus chriſti: accedens ad euchariſtiam quaſi mundus & purus quaſi nihil in te ſit indignum: & in his omnibus putas quod effugias iudicium dei. Non recordaris illud qđ ſcriptum: quia propterea in uobis infirmi & ægri & dormiunt multi. Quare multi infirmi? Quoniam nõ ſeipſos diiudicant: neq; ſeipſos examinant: nec intelligũt quid eſt communicare eccleſiæ: uel quid eſt accedere ad tanta & tam eximia ſacramenta? patiuntur hoc quod febricitantes pati ſolent: cum ſanorum cibos præſumunt: ſibimetipſis inferentes exitium. Hæc de eo quod dictum eſt cogitabo pro peccato meo. Sequitur: Inimici aũt mei uiuunt: & confirmati ſunt ſuper me. Ad quæ omnia ſubſonare illud debet: ego autem cogitabo ꝓ peccato meo. Et ꝗs uideam: frequenter enim nos peccatores ſi uideamus inimicos noſtros uiuentes auſiores contriſtamur: & querelas aduerſus diuinam prouidentiam fundimus. Qui autem ſaluari uult ad hæc omnia ſemper hoc ſibi reſpõdeat etiam ſi inimici mei uiuunt: & confirmati ſunt ſuper me: ego tamen cogitabo ꝓ peccato meo. Et ꝗs uideam me peccatorem eſſe: cõſiderans tamen etiam cæterorum peccata quæ fortaſſis grauiora ſunt: uidens quoq; eos ꝓ peccatis ſuis non eſſe ſollicitos: comparãs me illis qui omnino de grauiſſimis delictis ſuis nihil cogitant: & cogitans pro peccato meo ſpem habeo ĩ te. Et multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Impoſſibile eſt in hac uita poſitum odio non haberi. Chriſtus Ieſus odio habitus eſt. Et quid dico impoſſibile eſt in hac uita poſitum odio nõ haberi? Deus ipſe qui in hanc uitam non uenit: odio habetur ab aliquibus. Si enim nõ haberetur odio: nequaq̃ diceret ꝓpheta. Nonne odientes te domine oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebã. Perfecto odio oderam illos. Marcioniſtæ & Baſilides & Valentini oderunt deũ: & uerba eius oderunt. Cum ergo deus odio habeatur: & chriſtus uſq; in hodiernum diem a iudæis anathema fiat: cum ſpiritus ſanctus qui in prophetis locutus eſt ab hæreticis odio habeatur: tu uis odio non haberi: ſed ab omnibus diligi: & benedici? Vide ne te inueniat illa ſententia quæ dicit. Væh cum benedixerint uobis omnes homines. Quin potius illud tantũmodo obſeruemus: & ut nos dicamus quoniã multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Opto cũ odio habear: ut ſciat conſcientia mea quoniam iniuſte odium patior. Odio habiti ſunt etiam prophetæ: ſed iniuſte: odio habitus eſt chriſtus: ſed gratis. Si autem pro peccato meo odio habeor: non poſſum dicere qa multiplicati ſunt qui oderũt me iniuſte. Iuſte enim odio habeor: ſi peroſus fuero propter inhoneſtos actus meos: & turpes. Nõ poſſum dicere: quia oderunt me gratis. Atq; utinam tanta confidentia dicere poſſimus & nos quia multiplicati ſunt qui oderunt me iniuſte. Qui retribuunt mihi mala pro bonis. Ego quidem bona cum eis agebam: illi uero obliti bonorum meorum reddebant mala pro bonis: criminabantur me: quoniam ſequebar iuſtitiam. Criminantur me: & exprobrant inimici mei: pro his ſi qua mihi aliquando cõmiſſa ſunt: nec erubeſcunt me iuſtitiam ſubſequẽtem: nec dant ueniam præteritis malis pro præſentibus bonis. Verum tu domine quoniam ſubſequebar iuſtitiam: ne derelinquas me domine deus meus. Et hæc uox confitentis eſt: & miſericordiam poſtulantis: ne derelinquas me domine deus meus: ne diſceſſeris a me. In alio quidem pſalmo dicit: ſpiritũ ſanctum tuum ne auferas a me. In hoc dicit ad ipſum deum ne diſceſſeris a me. Ex quo oſtenditur a qbuſdam meritis ſuis diſcedere deum: & apud alios pro ſuis meritis permanere. Infœlix tamen homo ille a quo diſceſſerit deus: beatus autem eſt ille cũ quo permanet deus. Attende in adiutorium meum domĩe deus ſalutis meæ. Et nos ergo oremus: & dicamus. Attende in adiutorium meum: quoniam grandis eſt pugna & potentes ſunt aduerſarii. Infeſtus eſt hoſtis: inuiſibilis inimicus per iſtos uiſibiles impugnat. Attende ergo in adiutorium noſtrum: & adiuua nos per ſanctum filium tuum dominum noſtrum Ieſum chriſtum: per quẽ omnes nos redemiſti: per quem tibi gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorũ. Amen.

¶ Explicit Homelia ſecunda de pſalmo. XXXVII.

¶ De pſalmo trigeſimo octauo Homelia prima.

Sicut unus homo profici ſm deū &
ſtudium ſibi adhibens melior ſeipſo
efficitur:ita etiā populo uniuerſo acci
debat. Propter quod & ipſo proficiē
te:etiam legis ei fiebat augmentum.
Deniq; quomodo in lege ſcriptū eſt:
praecepta quaedam ſacerdotibus ſūt:
& leuitis de ſacrificiis caeteteriſq; ſolēnibus. Verum cū ꝓfi
ceret populus eo tempore quo inerat ei uirtus adhuc pro/
ficiendi: non ſtetit res in illo prio ordine:ſed alligatae ſūt
illis eminentiores quaedam legis lationes ſecundo & ter/
tio. Et ſi quis uult ſcire quae ſunt iſta quae de ſacerdotibꝰ:
ac leuitis adiecta ſint:legat primum librū paralipomenon
& patienter inſpiciat omnem illum catalogum nominū.
Et inueniet ibi admirandum quendam ordinem:& diſtri
butionē tribuum pro ſuo quoq; nomine & loco praecipu
um quid in ſolēni ordine eſſe ſortitam. Sed & leuitas:& ſa
cerdotes inueniet diuerſis,officiis atq; ordinibus diſtribu/
tos:ut alii quidem ſint aperiendas ianuas templi praepoſi
ti:alii quibus claues creduntur:aliis ſacrificiorum & altari
um cura committitur. Et multa ſunt quae ex illius libri hi/
ſtoria poſſumus dicere de ſacerdotalibus inſtitutis. Si qs
ergo inſpicere poteſt quomodo exēplari & umbrae coele/
ſtium deſeruiunt iudaei:aſcendat ab inferiori uerbi crepidi/
ne ad ſumma eius ac ſuperiora faſtigia: & contempletur
ex iis futuri ſacerdotii ſtatum:& electionem illam coeleſtē:
atq; inibi contemplabitur qui ſunt iſti ordines ſacerdota/
les:uel quae ſint officia leuitarum quae in coeleſtibus mini
ſteriis exhibentur:& omnia in coelis mente conii ciet:quae
diſpoſita uidit in terris. Erat enim & ibi populus: & ex po
pulo dei electi leuitae:& ex his rurſum electi & eximii ſacer
dotes:& ſacerdotum nihilominus differentiae ꝗplurimae
ſicut in primo libro Paralipomenon indicat̃ uiginti quat
tuor eſſe ordines ſacerdotum:alios quidem ſub eleazaro:
alios uero ſub principe thamar: quorum & effemeria eſſe
dicuntur. Sed dicat aliquis fortaſſis auditorū. Quid haec
pertinent ad pſalmum? Plurimum. Nam ſuperſcriptio eſt
huius pſalmi in finē pro idithun. ps. Dauid. Hunc idithū
inuenimus unum eſſe ex his quibus hymnorum ſtudium
dei:ac ſollicitudo cōmiſſa eſt. Oportuit ergo nos iuenien
tes hoc nomen pſalmi ſuperſcripti: oſtendere quis fuerit
iſte idithun:& quomodo poſt primam legem:ſecunda fa
cta ſit de obſeruatiōibus ſacerdotalibus ordinatio. Apud
graecos quicūq; carmina uel ſonos muſicos conſcribe/
bant:quibus eis uiſum fuiſſet in agone ea canenda praeſta
bant: & fiebat ut alius qdem coronaretur in agone: alius
autem uictori conſcriberet carmen. In pſalmis ergo diui/
nae ſcripturae quicūq; ſūt ſuperſcripti ſm ſeptuaginta in/
terpretes:uictoriales:uel ad uictoriam uel uictori attitulan/
tur:pro eo uidelicet ꝙ uelut uictoriae laus in ipſis inferat̃.
Fecit ergo Dauid diuino ſpiritu repletus pſalmum hunc:
& dedit idithun: cui officium canendi deo hymnos fue/
rat iniunctum: tanq̄ pollenti in huiuſmodi diſciplina. Et
ideo ergo ſuperſcribitur in finem pro idithū pſalmus Da
uid. Sed nūc iam uideamus quid uos proferat iuſti. Et ui/
dentes tanq̄ in ſpeculo noſmetipſos intueamur ſi poſſu/
mus tales eſſe:aut ſi multum nobis deeſt:aut certe iam ꝓxi
mi ſumus:licet nondum plene aſſecuti ſumus. Quoniam
igitur multorum peccatorum initium humanus eſt ſer/
mo:& os noſtrum multis malis miniſtrat: & ualde diffi/
cile eſt inuenire hominem: qui una ſaltem hora os ſuum
& linguam ſuam obſeruet a peccato: ait. Dixi cuſtodiam
uias meas:ut non peccem in lingua mea. Mihi ipſi dixi:&
itra me locutus ſum. Et haec addidi. Sic uolo ſeruare uias
meas:ut non peccem:hoc modo ſeruare poſſum ſi cuſto
diam linguam meam. Ex uerbis enim (inquit) tuis iuſti/
ficaberis:& ex uerbis tuis condemnaberis. Et iterū. Amen
dico uobis: de omni ocioſo uerbo reddetis rationem in
die iudicii. Non ſolum (inquit) de eo quod male locuti
fueritis:ſed quod ocioſe locuti fueritis: quia malus ſermo
non eſt ocioſus:opatur enim opus malum. Ocioſus au/
tem ſermo eſt: qui neq; boni neq; mali aliquid agit. Si er/
go in die iudicii rationem reddemus:non ſolum pro ma
lis uerbis:ſed etiam pro ocioſis quis gloriabitur caſtum ſe
habere cor: aut quis confidit dicens mundus ſum a pec/
cato? Verūtamen ait iuſtus:dixi cuſtodiam uias meas: ut
nō peccem in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. Ali/
bi qdem ſcriptum eſt: omni cuſtodia ſerua cor tuum: hic
autem. Poſui ori meo cuſtodiam. Et iterum alibi ſcriptum
eſt uide circunduc ſepem ſpinarum circa poſſeſſionē tuā.
Et iterum. Pecuniam tuam & aurum tuum alliga: & ori
tuo facito oſtium:& ſeram:& uerbis tuis iugum:& ſtate/
ram. Ego arbitror ꝙ obſeruatio horum mādatorum ob/
ſeruantem & manſuetum faciat & beatum nō ſolum re/
rum exitus uerum etiam ipſa obſeruātia. Dum enim ſem/
per obſeruat os ſuum/& linguā cuſtodit ne prius ſermo/
nem proferat q̄ diſcutiat: & pertractet apud ſemetipſum:
ſi oporteat dici:ſi ſermo talis eſt qui debeat ꝓferri:ſi perſo
na talis eſt quae aut debeat aut poſſit audire:ſi tempus op
portunum eſt proferendi ſermonis dum ſingula iſta per/
pendit:excluditur omnis iracundia & timor:& inconſul/
ti furoris impetus mitigatur:atq; omnem penitus delibe/
rationem talis abſcindit:& ita demum uelut ex tranquilli/
tate quadam: & conuicti animi per manſuetudinem ſer/
mo procedens:proferentibus gratiam praeſtat:& audien/
tibus medicinam. Verum quoniam in illo maxime tem/
pore peccamus:quando peccator cōſtitit aduerſum nos:
inſtigans & prouocans: ut aliquid tale emittamus ex ore
in quo rei teneamur in futuro iudicio:hoc deſcribens ſan
ctus propheta dicit. Dum cōſtitit peccator aduerſum me
obmutui:& humiliatus ſum:& ſilui a bonis. Si quando
qdem peccator aſtitit aduerſum me: & loquebatur de me
male:& obtrectabat:atq; irritabat me:ut ſimilia ei redderē:
& paria de meo ore proferrem: ego in illo tempore ſilen/
tium meditabar:ut nihil penitus reſponderem. Propterea
ergo dicit dum conſtitit peccator aduerſum me:obmutui
& humiliatus ſum:& ſilui a bonis. Nos uero aliquando
ſi nolumus hūiliari:talia cogitamus:& dicimus apud noſ/
metipſos. Quid hoc eſt? Iſte me cōtemptui habuit:& au/
ſus eſt talia in nos ingerere:& ita aduerſum me mouere ſer
monem. Nonne & ego huic ſimilia aut etiam grauiora
inferam:ut & ipſe audiat peiora q̄ dixit? Sed iuſtus nō ita
agit:quin potius humiliat ſe: etiā ſi ſeruus ſit ille qui ob/
trectat:& conuitia ingerit:aut ſi humilis & peccator ſit:&
indignus. Ille dicit dum conſtitit peccator aduerſum me:

obmutui

obmutui:& humiliatus ſum:& ſilui a bonis. Non dixit &
ſilui tantũmodo:ſed a bonis ſilui : in quo oſtẽdit ꝙ cum
ſint in me bona : & edoctus atq; inſtitutus ſim bonis &
dogmatibus:atq; diſciplinis:& poſſim etiam cæteros do/
cere quæ bona ſunt : tamen in eo tempore quo peccator
aſſiſtit aduerſum me:& conuitiis me laceſſit:ac iurgiis:ego
etiã bona uerba mea cohibeo & reprimo:ne uel illi ignẽ
ſuæ perditionis inflammem:dum non poteſt pariter pa/
rere malis:& conſpicere bona:uel ſermonum meorum fa
ciam detrimentum. Quid ergo? Hoc uidebitur perfectum
eſſe quod dicit:dum conſtitit peccator aduerſum me ob/
mutui : & humiliatus ſum & ſilui a bonis : aut profectus
quidem eſt:nõdum tamen perfectio. Tria nãq; in hoc lo/
co de ſcripturis puto poſſe aſſignari:in quo dicit ſtare pec
catorem aduerſum ſe : & loqui in auribus ſuis ea quibus
irritari & exacerbari poſſit ad retribuendum. Et ſi quidem
ego paruus ſum ſimilia : & oculum pro oculo requiro:
dentem pro dente : & maledicta pro maledictis reporto.
Si uero iam aliquantum profeci : nondum tamen perfe/
ctus ſum:& taceo:& fero cõuitia patienter:nec quicq̃ om/
nino reſpondeo. Si uero ſim perfectus nõ taceo : ſed cum
maledicor : benedicor : ſicut & Paulus dicebat. Maledici/
mur & benedicimus:perſecutionẽ patimur:& ſuſtinemus:
blaſphemati deprecamur. Et quoniã qui hæc agunt:ideſt
qui pro maledictionibus benedictiones reddunt:qui pro
blaſphemiis deprecantur : uidentur hominibus uelut pe/
cudes: & purgamenta : tanq̃ qui ſenſum iniuriæ non ha/
beant. Propterea ergo addidit dicens. Tanq̃ purgamenta
huius mũdi facti ſumus omnium periſpema. Sed nos no
lumus cum apoſtolis purgamenta huius mundi fieri:ſed
uolumus nõ contẽni ab hominibus:imo potius & time/
ri. Et ſatis agimus reddere his qui lædũt:& præuenire uin
dictam quam ſibi dominus reſeruauit:dicens:mihi uindi
ctam:ego retribuam dicit dominus. Verum ſi non poſſu/
mus in tantũ proficere:& ad iſtud culmen ueritatis aſcen
dere:ut dicamus cũ Paulo maledicimur & benedicimus:
perſecutionẽ patimur & ſuſtinemus:blaſphemati depre/
camur:uel hoc quod adhuc per prophetam docemur:di
camus. Dum conſtitit peccator aduerſum me obmutui:
& humiliatus ſum:& ſilui a bonis. Et quid addidit his? Et
dolor (inq̃t) meus renouatus eſt. Hi q̃ i agonis certamine
mutuis inter ſe uerberibus agunt:in his ſemper præparare
conantur: ut illa ſibi ab aduerſariis uerbera fortiter ferant:
nec ſenſum doloris accipiant:& eſt eis ſumma uirtus:lacer
torum ictus:uel calcium abſq; dolore ſuſcipere:in quibus
ille eſt perfectior qui ad ictum uulneris:nullum recipit ſti/
mulum doloris. Secundus uero eſt is qui dolet quidem:
ſed nequaq̃ doloribus cedit. Tale aliquid intellige etiam
in nobis cũ maledicimur:& aſſiſtit aduerſum nos antago
niſta. ſi quidem bene inſtituti ſumus & animo longa me/
ditatione roborati in nullo penitus ex illatis maledictis:
uel conuiciis contriſtamur ſed ſumus pro nimia mentis
conſtantia:ac patientia uelut ſenſu doloris carentes:& per
multam manſuetudinem (ut audeam ita nominare) ue/
lut imitatores efficimur quodammodo dei. Deus enim
maledicitur ab hæreticis:blaſphematur ab his qui proui/
dentiam eius negant:culpatur ab his qui theſauros ſapien
tiæ eius ignorant. Et dic mihi nunquid potes hoc cogi/
tare:ꝙ pro his omnibus iniuriis doleat quidem deus ſed
patiatur ſicut nos:an tanq̃ diuina natura per impaſſibilita
tem : neq; ſenſus doloris ullatenus recipit : neq; ullis : aut
iniuriis:aut conuiciis excitatur? Talis ergo erit imo imita
bitur talem omnis perfectus & iuſtus : qualis erat ille qui
dicebat. Maledicimur & benedicimus:perſecutionem pa
timur:& ſuſtinemus:blaſphemati deprecamur. Qui autẽ
nondum eſt perfectus proficit tamen:cũ maledicitur ob/
muteſcit:& humiliatur & ſilet a bonis. Sed iſte qui huiuſ/
modi eſt dolet:& dicit : & dolor meus renouatus eſt. De/
ſcribe mihi uulnus quod curatur:& curam eius proficien
tem etiam proximam cicatrici. Tum deinde in ipſo uul/
nere quod iam cœperat obducere cicatricẽ : intuere aliud
uulnus infligi:& per hoc uulnus recens : illud priſtinum
renouare. Tale etiam euenit huic qui proficit:ſed nõdum
perfectus eſt:nec iam ad ſummam perductus eſt ſanitatẽ.
Si ergo dum adhuc in tenero eſt cutis:accedant ei maledi
ctorum:& conuiciorum uulnera:renouatur dolor:& pa/
rantur anguſtiæ. Et tunc merito dicit dum conſtitit pecca
tor aduerſum me obmutui:& humiliatus ſum : & ſilui a
bonis:& dolor meus renouatus eſt. Vide ergo quomodo
is qui in certamie poſitus eſt:qui ſe refrenare cupit ab ira/
cundia uel furore:& dum ipſe hæc apud ſe meditatur:&
irritatio ei ſuperuenit peccatoris quæ eum cõturbet qui/
dem:& fatiget:non tamen uincat:ſed q̃uis prouocetur &
inflammetur ad reſpũdendum:remordens tamen dolo/
rem ſuum cohibeat & reprimat:hic dicit : dolor meus re/
nouatus eſt. Pro eo ꝙ ſcilicet iam proficiebam : etiam me
ad ſanitatem peruéniſſe credebam:anteq̃ exacerbarer:& an/
teq̃ cõuiciis laceſſerer:ſed modo reſcinditur uulnus meũ
& maledictum mucronibus renouatur:dum iniuriæ do/
lor patientiam rumpit. In cõſequentibus adhuc amplius
paſſionem deſcribit eius qui proficit:cum dicit. Conca/
luit cor meum intra me. Cum enim audit q̃s maleloquen
tis:& detrahentis uocem non poteſt ſine dolore ſicut ille
qui perfectus eſt:qui iam diuturna conſtantia beatitudinẽ
meruit:ſed iſte dolet:& dolens cor de concaleſcente feruet
intra ſe:ac perturbatur : ſed non eo uſq; : ut & ſermonem
proferat corde turbato. Verum concaleſcet quidem in in/
terioribus ſuis rei indignitate permotus:ſed caloris ſui flã
mas per ſilentium decoquet. Videamus etiam alium ſer/
monem iuſti:quem & ſummo ſtudio debemus æmulari.
Et in meditatiõe mea exardeſcet ignis. Et ego meditor elo
quia domini:& frequenter in ipſis me exerceo: ſed neſcio
ſi talis ſum:ut in meditatione mea ex unoquoq; ſermone
dei ignis procedat:& accendat cor meum : & inflammet
animam ad ea quæ meditor obſeruanda. Et ego nunc lo/
quor ſermones dei:ſed optarem ut primo in meo corde:
ſecundo quoq; in auditorum mentibus exardeſcerent. ſi/
cut erant illi ſermones quos loquebatur Ieſus : de quibus
dicebant illi qui audierant. Nonne cor noſtrum erat ar/
dens in nobis cum in uia aperiret nobis ſcripturas? Vtinã
& nunc adaperientibus nobis ſcripturas diuinas : conca/
leſceret cor noſtrum intra nos : & in meditatione noſtra
accenderetur ignis:& concitaremus in opus eorum quæ
audimus : & legimus. Tales deniq; erant & Hieremiæ
ſermones:ſm quod ſcriptum eſt cum dicit ad eum domi
nus. Ecce dedi ſermones meos retrorſum in os tuũ ignẽ.

Quare ignem? Quia ſermones quos loquebatur accende
bant auditores: & nihil tepidum in eis neq; frigidum per/
manebat: ſed ſicut ignis cõſumit: ac interimit omnem ma
teriam: nec imundum aliquid in ſe recipit: aut pollutum:
ita & hi quorum cor diuini uerbi ignis accenderit nõ pa/
tientur ultra materialibus & mundanis ſordibus pollui.
Nihil in ſe tepidum recipient: & quod euomi dignum ſit
nec patientur multiplicata in ſe iniquitate refrigeſcere cha
ritatem: ſed erunt ſemper lampades eorum accenſæ: & lu/
cernæ ardentes: & ipſi parati tanq̄ ſerui expectantes domi
num ſuum de nuptiis redeuntem. Aut nõ iſtæ erat ignis
illæ de quo ſaluator noſter dicebat: ignem ueni mittere in
terram: & quid uolo niſi ut ardeat? Iſte procul dubio ignis
eſt qui frigus peccati fugat: & calorẽ ſpiritus reuocat. Hoc
nimirum eſt etiam quod in actibus apoſtolorum refertur
cum dicit quia uiſæ ſunt eis diuiſæ linguæ ſicut ignis: &
conſediſſe ſuper apoſtolos: pro eo ſcilicet quod euangelii
uerbum prædicatur: & ignei uigoris deberent gratia robo
rari: ut auditorum animæ flammam per ſermonis tradu/
cem ſumerent. Sed unde mihi hoc ut linguæ ignis ueniat
in cor meum: & de lingua ignea ego quoq; proferam ſer/
monem: ut ex me uelox ſermonibus meis accendaſ ignis
in cordibus auditorũ: & arguat eum qui peccauit: & effi/
ciatur ei ſermo meus ſupplicium: ut adultus & inflamma
tus ſermonibus meis ueniat in pœnitentiam quæ ſaluẽ
ſtabilem operatur ex triſtitia quæ ſm deum eſt: quam ex
uerbi dei increpatione ſuſcepit? Atq; utinam poſſim ita
accendere omnem animam auditorũ: ut quicũq; ſibi con
ſcius eſt non ferens noſtri ſermonis incendium: ſed om/
nibus intra ſe uiſceribus inflammatus uelocius conſume
ret latentes intrinſecus uitiorum ſordes: ut poſteaq̄ inter/
miſſet omne quicquid carnis & materiæ craſſioris pro/
prium eſt & amicum: tunc iam ignis iſte fieret in eo lux &
lucerna ardens: quæ non ſub modio: ſed ſuper candela/
brum poni deberet: ut illuminaret oĩs qui in domo ſunt.
Si ergo accendit te ſermo auditus: & intellexiſti quid di/
xit Apoſtolus: & quis eſt qui me lætificet: niſi qui cõtriſta
tur ex me? Quoniam uerba ipſius erant ignis: & lætaba/
tur Apoſtolus ſicubi uidebat aliquem audito ſermõe ſuo
contriſtatum: & compunctum ex his quæ audierat quo/
dam conſcientiæ ſuæ igne ſuccenſum ex recordatiõe de/
licti propter ea dicebat: & quis eſt qui me lætificet niſi qui
contriſtatur ex me? Ita ergo & nos ſatis agamus ut i me/
ditationibus noſtris accendaſ ignis: qui nos primo exu/
rat & recordatione: & conſcientia peccatorum. Poſtea ue
ro expurgatos iam uitiis illumiet & illuſtret. Locutus ſum
(inquit) in lingua mea. Quid locutus ſit in lingua ſua: cõ
ſideremus. Videtur enim mihi per hæc myſticum aliquid
indicare. Ait ergo. Notum fac mihi domie finem meum:
& numerum dierum meorum qui eſt ut ſciam quid deſit
mihi. Si (inquit) notũ feceris finem meum mihi: & quã/
tus ſit numerus dierum meorum notum feceris mihi: po
tero per hæc etiam illud agnoſcere qd deſit mihi: aut for/
te per hæc etiam illud uidebitur indicari: quia ſicut om/
nis artis eſt aliquis finis (uerbi gratia) ſtructionis finis: do
mum facere: naupagi: nauem conſtruere quæ poſſit flu/
ctus maris ſuperare: & ferre impetus uentorum: & uniuſ/
cuiuſq; artis eſt aliquis talis finis: propter quem ars ipſa ui

detur reperta: ita fortaſſis eſt uitæ noſtræ: uel totius mun/
di finis quidam: propter quem geruntur omnia quæ ge/
runtur in uita noſtra: uel propter quem mundus ipſe: uel
inſtitutus eſt: uel conſtat. Cuius finis etiam Apoſtolus
meminit dicens: deinde finis cum tradiderit regnum
deo & patri. Ad quem finem utiq; feſtinandum eſt: ut ſit
operæprecium hoc ipſum quod a deo creati ſumus & rur
ſus ſicut corporis noſtri compago parua quædam & exi
gua ab initio natiuitatis: confeſtim tamen urget: & tendit
ad finem quẽdam proceritatis ſuæ per ætatis augmenta.
Et iterum: ſicut anima noſtra ſm hoc ꝙ i corpore hoc de/
git: feſtinat primo loquelam recipere balbutientem: ſecun
do deinde clariorem: tum demum ad diſputationẽ perfe/
ctam atq; integram peruenire: hoc modo etiam omnis ui
ta noſtra imbuitur quidem nunc uelut balbutiens inter
homines in terris. Conſumatur uero: & ad ſummum
peruenit in cœleſtibus apud deum. Cupit ergo propheta
iſta de cauſa agnoſcere finem ſuum propter quem factus
eſt: ut intuens finem: & dies ſuos perſpiciens: & conſide/
rans perfectionem uideat quantum ſibi deeſt ad illum fi/
nem quo tendit. Verbi gratia ut ſi ponamus aliquem arti
ficio traditum: & hunc dicere ad magiſtrum ſuum uolo
ſcire quæ ſit artis huius ꝑfectio: & noſſe qui ſit faber per/
fectus: uel ſtructor: & cum hoc didicerit requirat quãtum
ſibi deeſt ab illa perfectione: uel quantum profecerit in ar/
tis diſciplina: ut cum utrũq; cognouerit: ſciat quid habeat
& quid perfectioni deſit agnoſcat. Ita etiam & nunc pro/
pheta orat a deo diſcere ut innoteſcat ſibi finis: & nume/
rus dierum ſuorum qui ſit. In quo non eſt putandum ꝙ
de corporali tempore & annis huius uitæ loquatur: ſed
omnem numerum dierum ſcire uult qui fuerit in prima
uita: qui fuerit in ſecundo incolatu/qui in tertio. Multum
enim (inquit) incola fuit anima mea. Velut ſi dicerent illi
qui exierunt ex ægypto. Notum fac mihi domine finem
meum: quæ eſt terra bona: & terra ſancta: & numerũ die/
rum meorum in quibus ambulo: ut ſciam qd deſit mihi:
quãtum reſtat uſq; quo perueniam ad terram ſanctam re/
promiſſionis. Ita & hic uult noſſe numerũ dierum in qui/
bus iter agit. Habemus enim dies quoſdam qdem in hoc
mundo: quoſdam autem & extra hunc mundum. Alium
eni facit diem ſol iſte curſus noſtri huius cœli ſpaciis ter/
minatus: alium habet diem ille qui ad ſecundi cœli perue
nire meretur aſcẽſum. Multo enim clariorem diem ducit
ille qui uſq; ad tertium cœlum: uel rapi uel peruenire po/
tuerit. Vbi non ſolum ineffabile lumen inueniet: ueruetiã
uerba quæ homini loqui nõ liceat: audiet. Noui & alios
dies quorum numerum fortaſſis propheta merito requi/
rit. Nam ſicut in hoc cœlo ſol exortus & uniuerſum mun
dum illuſtrans diem facit: ita & in corde iuſti quod pro
conſtantia & firmitate fidei firmamentum merito appel/
latur: ſi exoriatur ſol iuſtitiæ Ieſus Chriſtus dominus no/
ſter: & illuminet eum lumine ſcientiæ & ueritatis: diem fa
cit in corde eius. Et quanto frequentius exoritur & illumi
nat: tanto maiorem ſibi talium dierum numerum cõputa
bit. Digne ergo conſcius ſibi propheta de huiuſcemodi il
luminatione dicit. Notũ fac mihi domine finem meum
& numerum dierum meorum quis eſt: ut ſciam quid de/
ſit mihi. Et addit. Ecce ueteres poſuiſti dies meos. In græ/
co ſcribitur

eo ſcribitur:pale'cas:quod ſignificat mẽſuram quattuor digitorum. Volens ergo docere nos qui iam in hac uita breues & perpaucos ducimus dies: dixit hũc uerſiculum de quo ſupra diximus. Ex quo intelligitur quia poſſit & alius dicere quia dies meos poſuiſti unum digitum:uelut conſequens de temporis breuitate:& alius duos digitos: uel tres. Quæro autem ſi poteſt aliquis hominum dicere quia dies mei decem digiti ſunt:aut uiginti:aut etiam amplius. Et quia loca difficilia incurrimus: uelim requirere ſicubi in ſcripturis tale aliquid inuenimus:ex quo poſſit aperiri planius id quod uidetur obſcurum. In Eſaia ſcriptum recordor quis metitus eſt (inquit) manu aquam: & cœlum palmo: & omnem terram pugillo. Ex quibus conſideret quiſquis ille eſt prudentior auditorum per ſingula loca differentias mẽſurarum. Quomodo eorum quidem qui cœlum merentur appellari pars uitæ quæ cœleſtis eſt: palma dei metiri dicitur:quæcũq; illa eſt dei palma: & eorum quorum uita adhuc terrena eſt:pugillo dei uita metitur:ſed pugilli diuini differentiam nunc requirere: & noſtrum ſermonem & auditum ueſtrum fortaſſis excedat. Veruntamen ſicut ibi manu aquam metitus eſt:palma cœlum: & omnem terram pugillo: & appendit montes in ſtatera: & colles in iugo: ita etiam hic ſm eandem conſequentiam menſura iſta intelligẽda eſt:quoniam nihil deo ſine menſura eſt:nihil ſine pondere:ſed omnia ei in numero conſtant:& menſura. Ita quoq; prophetæ uita: & numerata:& demenſa deo eſt: dum prouidentiæ eius rationibus regitur. Addit etiam in ſequentibus:& dicit:ſubſtãtia mea tanq̃ nihilum ante te eſt. Niſi addidiſſet ante te ualde contriſtabar pro eo q̀ humanam ſubſtãtiam nihil eſſe dixiſſet. Nunc uero quia dixit ante te:uelut ſi diceret ad cõparationem quidem:uel angelorum:uel reliquarum creaturarum non eſt abiecta:nec minima ſubſtantia mea. Denique & ſi bene egerimus:& mãdata domini ſeruauerimus. ad conſortium inuitamur angelicum. Erunt (inquit) ſicut angeli dei in cœlo:ad comparationem dei uero etiam ſi Petrus ſim aduerſus quem portæ inferi non præualebunt: ſubſtantia mea ante eum nihil eſt. Et ſatis proprio uocabulo naturæ uſus eſt. Nihil enim eſt omne:q̃uis magnum ſit:quicquid ex nihilo eſt:ſolus enim eſt ille qui eſt: & qui ſemper eſt. Noſtra autem ſubſtantia tanq̃ nihil eſt ante eum:quippe quia ab eo ex nihilo procreata eſt. In ſequentibus uero uelut explanans hoc ipſum quod dixit: quia ſubſtantia mea tanq̃ nihilũ ante te eſt: addit & dicit: uerũtamen uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Quomodo accipis uiuens:ſi quidem ueram uitam uanitatem putamus: ut quid laboramus? Sed uide ne forte hoc quod dicit omnis uiuens: de hac præſenti uita accipiendum ſit:ſicut ſcriptum eſt:& teſtimoniis cõprobabimus. Omnia enim quæ in hac uita ſunt apud homines uana ſunt. Etiam ſi Moyſes in hac uita ſit: & ipſe enim ex parte cognoſcit:& ex parte prophetat:& per ſpeculũ & in ænigmate uidet:& umbram ſcit ac figuras docetur:& ueritatem nondum uidet:& ideo eſt quidem uiuens:ſed uanitas eſt uita eius. Et uis uidere quia uanitas eſt? Cum uenerit quod perfectum eſt deſtruentur iſta quæ ex parte ſunt. Omne autem quod deſtruitur uanitas eſt. Et ſi quicquid ex parte eſt deſtruitur:ſi ꝓphetæ ex parte cognoſcuntur:de etiam ipſorum uita uanitas appellatur. Deſtruũtur autem inferiora cum uenerint ea quæ meliora ſunt & perfecta:& per hæc uana eſſe arguuntur per quod tanq̃ ex parte & imperfecta deſtruuntur. Vniuerſa ergo uanitas omnis homo uiuens. Quia autem de hac uita accipiatur iſta ſententia:audi eccleſiaſtem proteſtantem & dicentẽ. Laudaui omnes qui mortui ſunt: ſuper omnes qui uiuunt. Quicũq; ipſi uiuunt uſq; modo & bonus ſup iſtos duos qui nõdum natus eſt. Laudat ergo mortuos pluſq̃ uiuos: quia illi hoc ſaltem lucri habent:q̀ de uinculis huius corporis liberati ſunt: nec ultra carne ac pellibus induti ſunt: nec oſſibus: ac neruis inſerti ſunt: nec ultra ſubiacent neceſſitati corporis. Si ergo intellexiſti quale ſit uiuere in carne etiam ſi moyſes ſit quis:uel quiſquis ille eſt: moleſta ei eſt iſta uita. Non enim a corruptione reſoluitur quæ mortali corpore terrenoq; circundatur. Vide ergo quia uniuerſa uanitas eſt omnis homo uiuens. Contẽnamus uanam iſtam uitam:& feſtinemus ad ſanctam uitam: & beatam ac ueram:& in illam animo & mente tendamus omni uanitate diſcuſſa. Nec dicamus dulcẽ iſtam lucem qua nunc utimur. Hoc enim illi dicunt qui dulcedinem ueræ lucis ignorant: ſed ne auſpicia quidem ueri luminis ulla ſenſerunt:nec ſciunt angelicam uitam ſperandam eſſe animæ cum ex uanitate uitæ huius euaſerit. Vnde & nos qui hæc credimus iam mente: & fide trãſferamur ad cœlum:& in terris ambulantes conuerſationem habeamus in cœlis:ut ibi ſit theſaurus noſter ubi eſt & cor noſtrum:& ut regnũ cœleſte conſequi mereamur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum:cui eſt gloria & poteſtas & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Incipit Homelia ſcda ſuper Dixi cuſtodiam uias meas.

QVãq̃ in imagine ambulet homo:imago neceſſario alicuius eſt imago. Nam & ſcriptura ſancta cum imaginem nominat:interdũ quidem diffinit:& dicit cuius ſit imago:interdum autem abſq; ulla diffinitione ponit imaginem. Denique de ſaluatore cum dicit qui eſt imago: non ſiluit cuius imago eſſet:ſed addidit dicẽs qui eſt imago dei inuiſibilis primo genitus omnis creaturæ. Et rurſum cum docet nos de diuerſis imaginibus: & quia ſinguli quiq; aliquam imaginem portẽt:dicit:ſicut portauimus imaginem terreni:ita portemus imaginem cœleſtis. Cum adiectione:uel terreni uel cœleſtis imaginem nominauit. Alibi autem abſq; ulla diffinitione dicit:ſicut & hoc loco ait: q̃q̃ in imagine ambulet homo. Sed in imagine cuius? Dei: an imaginẽ terreni: an imagine cœleſtis? Quomodo ſciam in hoc quid eſt quod docere nos uult ſcriptura diuina:quæ abſq; ulla adiectione ait:q̃q̃ in imagine (neſcio cuius) ambulet homo. Et ſi quidem de iuſtis ſolis diceret:ſine dubio dixiſſet:q̃q̃ in imagine cœleſtis ambulet homo. Aut ſi de peccatoribus tantum diceret:dixiſſet certe in imagine terreni ambulet homo. Verum quoniam generaliter de uniuerſis mortalibus pronunciatur: quorum alii imaginem cœleſtis portant:quicunq; ſm legem dei uiuunt:alii terreni imaginem portant qui carnaliter uiuunt:propterea neceſſario reticuit ſpecialem imaginis deſignationem:& generalem ſententiam de omnibus hominibus ꝓtulit:quia omnis homo in imagine ambu-

let. Tuum eſt iam diſcutere: & exquirere ex uniuſcuiuſq; fide: & operibus ex conuerſatione: & actibus, ex cogitationibus & uerbis: & conſiderare utrum in imagine cœleſtis ambulet: an in imagine terreni. Si miſericors es ſicut pater tuus cœleſtis miſericors eſt: ſine dubio in te patris cœleſtis imago eſt. Si non ſolum amicis tuis benefacis: ſed etiã inimicis reddis bona pro malis: ſicut pater cœleſtis ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos imago in te cœleſtis eſt. Et ſi ſic in omnibus perfectus es: ſicut pater tuus cœleſtis pfectus eſt: imago in te cœleſtis eſt. Et rurſum ſi non es imitator Chriſti nec apoſtoli Pauli q dicit Imitatores mei eſtote ſicut ego Chriſti: ſed imitator es: operum diaboli qui homicida fuit ab initio: & ſi terrena ſapias: & terrena loquaris: & theſaurus tuus: & cor tuum in terra ſit: terreni imaginem portas. Verum quia in his locis inuenti ſumus in quibus de imagine ſermo cõmotus eſt: neceſſariũ uidetur etiam pſalmi illius uerſiculum in medium producere in quo de peccatoribus ſcriptum eſt. Domie in ciuitate tua imaginẽ ipſorum ad nihilum rediges. Conſtat ergo quia peccatorum imaginem in ciuitate ſua deus ad nihilum redigit: iuſtorum autem imaginem ſine dubio tuetur: & ſeruat. Hæc eſt ergo imago terreni (ideſt peccatorum) quam ad nihilum rediget deus in ciuitate ſua: ideſt ſi quis exierit de hoc mundo: & tulerit ſecum imaginẽ terreni: propter huiuſce modi imaginem in ciuitate illa dei ad nihilum redigetur: nec conſequetur partem inter ciues cœleſtis illius ciuitatis: q cœleſtis imaginis nõ reportat inſignia. Sed & aliud ſacramentum mihi uidetur cõtinere iſte uerſiculus quod huius qdem mundi uita: & conuerſatio imaginaria quædam ſit: & imago. Futura autem nõ ſit imaginaria: ſed uera: & hoc eſt qđ dicitur quia imaginem habet unuſquiſq; uirtutis: non tamen proprie & ſincere uiuit in ipſa uirtute. Tale autem quod dicimus: ſapientia & ſcientia pars eſt magna uirtutum: ſed in præſenti uita ſi quis putat ſe cognouiſſe: nondum cognouit ſicut oportet ſcire: qui enim cognoſcit: in ænigmate cognoſcit. Ergo in imagine ſcientiæ ambulamus & non in ipſa ſcientia: per quam facie ad faciem cognoſcitur. Ita nihilominus & in ipſa ſapientiæ imagine: & nondum in ipſa ſapientia ambulamus: quia nondum reuelata facie gloriam domini ſpeculamur. Eandem audeo de iuſtitia dei dicere ꝙ i imagie iuſtitiæ ambulamus: & nõdum in illa iuſtitia quæ eſt facie ad faciem incedimus. Neq; enim capere poterit humana natura pellibus & carne ueſtita: oſſibus & neruis iſerta: nudam ipſam iuſtitiæ: ſincerã q; ueritatẽ ferre & tolerare ſm naturæ ſuæ potentiam: ac uirtutem. Siquidem ipſe Chriſtus eſt natura uirtutum: ipſe enim iuſtitia quæ humano generi nõ in plenitudinem ſplendoris aduenit. Quia Ieſus chriſtus ſeipſum exinaniuit forma dei ut formam ſerui acciperet. Et ſi quidem de ſolis iudæis ſermo ſcripturæ loqueretur: dixiſſet forſitan q̃q̃ i umbra ambulet homo. Sed quia ut arbitror de melioribus ſermo fit q̃ erant illi qui ſm umbrã legis uiuebant: propterea ſcriptum eſt q̃q̃ in imagine ambulet homo. Quod clarius ad intellectũ ueniet ex ſermonibus apoſtoli Pauli qui tres quaſdam ſpecies proprietatis deſignat in lege: umbram dicens: & imaginem: & ueritatem. Ait nãq;. Vmbram enim habens lex bonorum futurorum: non ipſam imaginem rerum per ſingulos annos hiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter nunq̃ poteſt accedentes facere perfectos. Ergo lex umbram habet futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum: oſtendens ſine dubio aliam eſſe imaginem rerum q̃ illam quæ legis umbra deſignatur. Et ſi quis poteſt deſcribere obſeruantiam illam iudaici cultus: conſideret templum illud non habuiſſe imaginem rerum: ſed umbram. Videat quoq; altare umbram eſſe. Videat & hircos: & uitulos qui adducuntur ad uictimam umbram eſſe illa omnia: ſm illud quod ſcriptum eſt: umbra enim eſt uita noſtra ſup terram. Si quis uero trãſire potuerit ab hac umbra: ueniat ad imaginem rerum: & uideat aduentum Chriſti in carne factum: uideat eum pontificem: offerentem quidem & nũc patri hoſtias: & poſtmodum oblaturum: & intelligat hæc omnia imagines eſſe ſpiritalium rerum: & corporalibus officiis cœleſtia deſignari. Imago ergo dicitur hoc quod recipitur ad præſens: & intueri poteſt humana natura. Si potes mente & animo penetrare cœlos: & ſeq Ieſum qui penetrauit cœlos: & adſiſtit nunc uultui dei pro nobis: ibi inuenies illa bona quorum umbram habuit lex: & imaginem: Chriſtus oſtendit in carne quæ præparata ſunt beatis: quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcẽdit. Quæ cum uideris intelliges qa qui in ipſis ambulat: & in illorum deſiderio & cupiditate perdurat: iſte non in imagine: ſed in ipſa iam ambulat ueritate. Verũ tamen in imagine ambulat homo. Repetamus ergo ſermonem illum quẽ dixit Apoſtolus i quo generales duas imagines deſignauit: unam quidem terrenam: aliam uero cœleſtem: & comparemus ad hoc q̃q̃ in imagine ambulat homo. Et hoc quod generaliter dictum eſt in multas ſpecies diuidamus: ut cum diuiditur ſermo per ſingula: atq; diſcutitur: clareſcat quod intrinſecus latet. Hoc eſt autem quod dicimus. Omnis poteſtas inimica: & unaquæq; uirtus diuina quæ auxilium præſtat his qui ſalutem cõſequi cupiunt: ſingulæ harum imagines quaſdam exprimunt in anima eorum qui ſe ad receptaculum earum diuerſis ſtudiis exhibẽt. Verbi gratia ſicut ſuperius diximus omnes quidem homines: aut cœleſtis aut terreni imaginem portamus: ſed & in his ipſis multa diuerſitas. Vt puta omnis peccator portat imaginem terreni: ſed non omnis ſimiliter. Non æque imaginem terreni portat homicida & mendax: aut adulter & conuitioſus: aut puerorum corruptor: & fur. Quãuis omnes iſti terreni imaginẽ portent: ſed multa eſt inter ipſos differẽtia pro diuerſitate peccati. Secundum has ergo diuerſitates imaginis terreni cõtemplare etiam diuerſitatem imaginis cœleſtis: & intuere Paulum portantem imaginem cœleſtis: & Timothæum. Et qd putamus quia ut ſimiliter in Paulo: ita & i Timothæo erat imago cæleſtis? Nihil amplius: nihil præclarius habebat imago Pauli præter imaginem Timothæi? Ego arbitror quia ſm hoc ꝙ præcedebat uitæ merito: uerbi potentia: magnanimitate, ꝓpoſiti Paulus Timotheum: ita & in illo maior: ac ſplendidior refulgebat imago cœleſtis: qualem in illo faciebat imaginem chriſtus: cum in eo loqueretur: & aliam & longe (ut ergo arbitror) inferiorẽ in illo faciebat imaginem qui dicebat: & dixit angelus qui loquebatur in me: & ſic per ſingula: etiam apud teipſum.

requirens:

requirens: diuerſitatem inuenies imaginis: ſiue terrenæ in peccatoribus: ſiue cœleſtis in ſanctis. Omne ergo quod agitur a nobis per ſingulas horas uel momenta: imaginē aliquam deformat. Et ideo per ſingula ſcrutari debemus actus noſtros: & noſmetipſos probare in illo opere: & in illo ſermone utrū cœleſtis an terrena imago in anima noſtra depingitur. Sed & illud admonere uos inutile nō uidebitur ꝙ multi in hoc mundo propter imagines malorum regum imo potius tyrannorum perierunt: pro hoc tantūmodo ꝙ tyrannicæ apud eos imagines depræhenſæ ſunt: & hoc ſolum eis ſuffecit ad crimen. Perſcrutetur ergo nunc ſe unuſquiſq; ueſtrum: & cordis ſui archana recenſeat: ac diligenter inquirat quas ibi imagines gerat. Si inuentus fueris habere ibi formas diaboli: & imaginem ſathanæ: quod tibi erit uitæ refugium? Quis miſerebitur tui cum de intimo conclaui cordis tui tyrannica imago proferetur? Si autē uis ut per ſpecies tibi huiuſmodi imagines deſignem: audi ita: imago tyrannica eſt: auaritia: dolus: ſuperbia tumor: gloriæ ſæculares: inuidiæ: ebrietates: comeſſatiōes: & his ſimilia. Quas ſi nō citius abieceris de domo tua: ſi nō detraxeris: & abraſeris a ſenſib⁹ tuis oēm fucum peſſimæ huius picturæ: & omne figmentum uenenati coloris abſterſeris: ipſæ te imagines pire faciēt. Hæc de eo quod ſcriptum eſt: in imagine ambulat homo. Sequitur. Theſaurizat: & ignorat cui congreget ea. Oportebat enim requiri quæ ſunt quæ theſaurizantur & ignorantur cui congregentur: & quæ ſunt quæ congregantur & nō ignorantur cui permanent. Sequitur. Et nunc quæ eſt expectatio mea: nonne dn̄s? Sicut ſapientia noſtra Chriſtus eſt: & iuſtitia Chriſtus eſt: ſm quod ſcriptū eſt. Qui factus ē ſapiētia nobis a deo & iuſtitia: & ſctificatio & redēptio: ita & expectatio ideſt patiētia nr̄a Chriſtus eſt. Propterea non glorietur ſapiens in ſapientia: nec fortis in fortitudine ſua: quia omnia habemus in chriſto. Et nūc ergo quæ eſt expectatio id eſt patientia mea? Dominus. Et ſubſtantia mea a te eſt. Si habeo ſubſtantiam diuitiarum ſpiritualium: a deo eſt. Inſufflauit enim deus ī faciem hominis ſpiritum uitæ: & factus eſt homo in animam uiuam. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me. Neceſſario addidit: ab omnibus: quo ſcilicet nulla nos teneat: & cōſtringat iniquitas. Sed quomodo deus ab iniquitatibus eripiat: conſideremus. Si pœnitentes pro malis geſtis conuertamur ad deum: ſuſcipiens a nobis deus conuerſionem noſtrā: abſolutionem iniquitatum donat ſm menſuram cōuerſionis. Cui enim plus remittitur plus diligit: & propterea dicitur quia mulieri illi multa remiſſa ſūt: quia dilexit multum. Pro menſura ergo pœnitentiæ remiſſionis quantitas moderatur. Ne noſmetipſos ſeducamus putantes nullis hæc regulis: nullis diſpēſari iudiciis. Puto enim ꝙ qui omnes iuſtitias impleuerit: ille omnes abluat iniquitates: qui uero paucas: uel partem aliquam iuſtitiæ operatus eſt: partem aliquam iniquitatum reſoluat. Qui uero perfectā pro omnibus malis & integram pœnitentiam geſſerit: ita ut purum cor iam offerat deo: iſtæ ſimul omnem labem diluit peccatorū: ſi uero ex parte pœnituit: & ex parte iam meruit abſolutionem. Hæc ergo ſciens propheta: & quia quoſdam quidem eripit deus ab omnibus iniquitatibus ſuis: quoſdam ab aliquibus iniquitatibus liberat: puto ꝙ propterea cōfidens egiſſe ſe ea quibus dignum eſſet eum ab omnibus iniquitatibus eripi: dicit audacter ad dominum: ab omnibus iniqtatibus meis eripe me: obprobriū inſipienti dediſti me. Donec habemus peccata neceſſe eſt nos exprobrari ab inſipiente & accuſatore noſtro diabolo: & ſi inueniantur peccata noſtra non eſſe deleta: ſed ſcripta in nobis ſtilo diaboli ꝑ hæc ipſa quæ geſſimus exprobrabit nos inimicus. Sicut enim bona quæq; ſcripta dicuntur nō atramento: ſed ſpiritu dei uiui: ita mala quæq; conſcribuntur atramento: & calamo diaboli. Propter qd̄ dominus & ſaluator noſter deleuit chirographum peccatorum noſtrorum quod erat aduerſum nos: diabolo adſtipulante conſcriptum: ſicut & ante prædixerat per prophetam dicentem. Ecce de leo ſicut nubem iniqtates tuas: & ſicut nebulam peccata tua: & ultra non ero memor. Vt ergo non exprobremur ab inſipiente: conuertamus nos ab omnibus iniquitatibus nr̄is: ne depræhendens in nobis maculas peccatorum (ideſt ſuæ uoluntatis inſignia) exprobret & dicat. Ecce hic chriſtianus dicebatur: & ſigno Chriſti ſignabat̃ in fronte: meas autem uoluntates: & mea chirographa gerebat in corde. Ecce iſte qui mihi & operibus meis renunciauit in baptiſmo: meis rurſum operibus ſe inſeruit: meiſq; legibus paruit. Liberari ergo ab omnib⁹ iniquitatib⁹ ſtudeamus ne ī die iudicii huiuſcemodi obprobriis inſipientis diaboli ſuccumbamus. Obmutui: & non aperui os meum quia tu & qui feciſti. Iam ex hoc ſuperius expoſuimus cum tractaremus illum uerſiculum q ait. Dū cōſiſtit peccator aduerſum me: obmutui: & humiliatus ſum: & ſilui a bonis. Bonum eſt enim eo tēpore cū aduerſum nos: uel derogationum: uel cōuiciorū: uel proborum tela iaciuntur: nos huius uerſiculi meminiſſe: qui ait. Obmutui: & non aperui os meum quia tu es qui feciſti. Hoc ſane requirendum uidetur quid eſt quod dixit: tu es qui feciſti: nec tn̄ adiunxit qd̄ fecerit. Sed ordo ipſe nos docet. Quoniam quidem uelut agonem quendam inter nos: & cōſiſtentē aduerſum nos peccatorem deſcribit: & quia hoc ipſum iudicet feciſſe deum: ideſt ꝙ exercitii noſtri cauſa: & profect⁹ deus fecerit iſta certamina. Ideo ergo memor ero: qa tu feciſti agones iſtos: & tu nobis hæc exercitia patientiæ præparaſti. Cum enim ad iracundiam prouocarer: cum conuiciis laceſſerer: ne patiētiæ lineas excederem: & uerbum aliquod quod tibi non placeat proferrem de labiis meis: obmutui: & non aperui os meū. Si uero amplius aliquid ſm Pauli ſtatuta ualuero profligare: non ſolum obmuteſcam: & nō aperiam os meum: ſed & cū maledicor benedicam: & blaſphematus deprecabor. Amoue a me plagas tuas: a fortitudine man⁹ tuæ ego defeci. Q̄d latini interpretes plagas dixerunt: in græcis codicibus flagella ſcriptum eſt: ut ſit amoue a me flagella tua. Quod uidetur utiq; dicere poſitus quaſi in correptione flagellorū: cum ſicut homo pro peccatis corripitur uel flagellatur ut emendetur. Sicut & illud a q̄plurimis intelligitur qd̄ ſcriptum eſt: fili noli tediare a diſciplina dei: neq; deficias cū ab eo increparis. Quem enim diligit deus: corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Si quādo ergo qs huiuſcemodi correptionibus increpatur: competenter dicere uidetur: amoue a me flagella tua. A fortitudine manus tuæ ego defeci. Sed illud competenter uidetur apta

ri quod ſcriptum eſt. In increpationibus propter iniquita
tem corripuiſti: uel erudiſti hominẽ. Sed noui ego & alia
flagella quibus uehementius cruciamur: illa ſcilicet quæ ꝑ
prophetam deſcribit ſapientia. Prophetam etenim eum di
co. Quis dabit in cogitatu meo flagella: & in corde meo
correptionẽ ſapientiæ: ut ignorationib⁹ meis quæ feci nõ
parcatur: & peccata mea non prætereãtur. Vides quomo
do orat flagellari cor ſuum pro peccatis ſuis: & uerberari
cogitationes ſuas? Si quãdo ergo uides temetipſum poſt
peccatum affligi: & cruciari in corde: & a propriis cogita
tionibus accuſari: ſi quando notari te uides a conſcien/
tia tua: & eius uerberibus flagellari: ſpem tibi emendatio/
nis ac ſalutis præſume. Vicinior namq; tibi conuerſionis
eſt uia: q̃ illis qui nec peccaſſe ſe quidem ſentiunt: nec in
delictis ſuis contriſtantur: nec flagella cõſcientiæ patiunť.
Tu ergo ſi uideris te flagellari: & cruciari in cogitationib⁹
tuis: & ſpem ſalutis de proximo attendens: dicito de his
qui peccauerunt quidem ſimiliter: tamen ſimiliter nõ pœ
nitent pro delictis. Quia in laboribus hominum nõ ſunt:
& cum hominibus non flagellabuntur: propterea tenuit
eos ſuperbia. Tu ergo ſi cruciaris: & affligeris in corde tuo
dic ad dñm. Multa quidem flagella peccatorum: ſed ſperã
tes in dño miſericordia circumdabit. Oſtẽdimus igitur du
pliciter hominibus flagella præparari: ſiue ſenſibiliter extri
ſecus: cũ uel lãguoribus uel dãnis: uel diuerſis afflictionũ
generibus flagellamur: ſiue etiam cum ex recordatione de
licti purgentis conſcientiæ ſtimulis terebramus in corde.
Ad utrũq; ergo cõuenit dici: amoue a me plagas tuas. Sed
fortaſſe aliquis dicit: eſto quia ꝓ his cruciatibus qui extrin
cus inferuntur commoda huiuſcemodi uideatur oratio:
quæ ceſſaſſe ſupplicat cruciatus. Nũquid & cordis ſtimu/
lum: ac mentis reſpectum uidebitur inhibere? Menſura in
omnibus quæritur: multo magis in flagellis mẽſura per/
commoda eſt: ſi enim fuerint ultra menſuram: nocebunt
tibi: etiam ipſa quæ bona ſunt. Et quid de flagellis dicam?
Mel (inquit Salomon) inuenies: manduca quantum ſuf/
ficit: ne forte ſatiatus euomas. Quod ſi in melle menſura
utilis eſt: quanto rectius requiretur & ſeruabitur in flagel/
lis? Propter quod & apoſtolus uerens nimia flagella cor/
dis eius qui deliquerat: & nimium triſtabatur: dicebat: ne
forte maiore triſtitia abſorbeať qui huiuſmodi eſt. In icre/
pationibus pro iniquitate erudiſti hominem: & tabeſcere
feciſti ſicut araneam animã eius. Anima quæ peccat craſ/
ſior efficitur. Talis namq; eſt natura peccati. propter quod
ſcriptum eſt. Incraſſatum eſt cor populi huius. Sicut autẽ
peccatum incraſſeſcere facit: ita econtrario uirtus ſubtilem
animam reddit: & ut extorqueam quodammodo uoca/
buli nouitatem: omne quod in ea corporeum eſt: abſter/
git: & perimit: & prius eam incorporeã reddit. Quod aũt
craſſeſcat: & ut ita dicã carnea efficiatur aĩa peccatoris: in/
dicatur ex eo quod ſcriptum eſt. Nõ permanebit ſpiritus
meus in hominibus iſtis quia caro ſunt: Carnem ſine du
bio nominat animas craſſiores & peccatrices. Si ergo
ĩcraſſeſcat anima: ut efficiať caro: quid remedii deus præ/
paret: docet. In increpationibus (inquit) pro iniqtate eru/
diſti hominem: & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam
eius. Eſt ergo opus dei ut tabeſcere faciat: & conſumat oẽ
quicquid eſt craſſioris materiæ quo circundat anima: ut
extenuet: & elimet prudentiam carnis: & ita demũ animã
ad ſubtilem rerum cœleſtium & inuiſibilium reuocet in/
tellectum. Talia quædam inuenimus ſub ſacramento nõ
minimo apud Ezechielem prophetam deſignari cũ i lebe/
tem uel cacabum carnes immitti dicuntur: & decoqui
& dicitur: qa coctæ ſunt: & detabuerunt: uel decoctæ ſunt
carnes/ & excoctum eſt ius. Scripta ſunt hæc hiſdem ipſis
ſermonibus: pro eo ꝙ lebetes uel cacabi nos ſuſcipient flã
mis ſuccenſi. In quos iniiciemur nos qui animas noſtras
incarnauimus uel incraſſauimus: ſi non prius dum i hoc
mundo ſumus: preuenerimus ꝑ pœnitẽtiam ut tabeſcant
carnes noſtræ: & craſſitudo animæ noſtræ ad ſubtilitatẽ
deducatur araneæ. Si hinc adhuc carnes fuerimus egreſſi:
mittemur in illos cacabos qui ſuccẽduntur lignis/ uel fœ/
no uel ſtipula: ideſt operibus noſtris quæ ſuperpoſuerim⁹
fundamento Chriſti. Tale eſt illud (ut opinor) quod Hie
remias dicit. Vidi (inquit) lebetem uel cacabum ardentẽ:
& facies eius a facie aquilonis. Vel iterum cum uirgam ui/
dit nuceam. Requiramus ergo de iſta ſententia ꝙ propte/
rea ſimul uirgam oſtendit: & cacabum igne ſuccenſum: &
ut ſiquidem diſciplinas accipias per uirgam & emẽderis:
cacabo non indigeas ſuccenſo. Si uero permanes indiſci/
plinatus: & uirga non emendaris: id eſt uerbo correptiõis
uel confutatus uel pœnitens: & tali uirga correptus qua/
lem dicit Paulus: quid uultis in uirga ueniam ad uos/ aut
in charitate ſpiritus/ & manſuetudinis? Si ergo tali uirga
non emendaris: in cacabum mitteris: & cacabus ſuccende
tur. Propterea ergo uidit Hieremias ſimul utrunq;: & uir/
gam & cacabum ſuccenſum: ut metuentes utrũq;: alterũ
uideamus ex altero. Hæc propter hoc quod ſcriptum eſt
tabeſcere feciſti ſicut araneam animã eius. Si ergo ſermo/
nem ad naturam animalis iſtius retorquemus ex illa par/
te qua opus ſubtiliſſimum & quod uix oculus compræ/
hendere poteſt expleat: apta uidebitur expoſitio iſta: quam
ſuperius explanauimus. Si uero qs ad illud referat quod
Eſaias in libro ſuo ſcribit: quia telam araneæ texuerunt: ali
ter accipiendum eſt: quia omnia quæ texit & agit pecca/
tor: tam nihil ſcias eſſe q̃ ſunt illa quæ texit aranea: licet ua
ria uideantur & compoſita: licet exquiſita quadam arte di
geſta. Quanta texuerunt illi diuites qui ante nos fuerunt:
qui diuitias uariis artibus & callidis adinuentionibus cõ
gregabant: qui magiſtratus: qui honores qui conſulatus
diuerſa uel ambitione quærebant iſti omnes telas araneæ
texuerunt. Tam enim uana: tam friuola: q̃ eſt araneæ textri
na fuerunt omnia quæ gerebant: & propterea tabefactæ
ſunt ſicut araneæ animæ eorum. Verũtamen uanitas om/
nis homo. Iam hoc in ſuperioribus explanauimus. Exau/
di orationem meam deus: & deprecationem meam: auri/
bus percipe lachrymas meas. Oportet iterum & cum la/
chrymis offerre orationem deo: & ex intimis penetralibus
in precem domini cõmoueri ut mens credens de iudicio
futuro recordationem delictorum ſuorum: non abſq; la/
chrymis & lamentatione recenſeat. Cum quis reſolutus
in lachrymas dicit ad dominum effundo in cõſpectu tuo
orationem meam: auribus ergo percipe lachrymas meas:
& ne ſileas (inquit) a me: id eſt me orante: ne ſileas. Sed
quid? Adhuc loquente me dic ecce adſum. Quia incola
ego ſum apud te: & peregrinus ſicut omnes patres mei:

quia peregrinus

q peregrinꝰ ſum neceſſario ēt & icola ſum:nō ēt ſum ſicut
tu. Tu eni æternus es ſolus:& nos quãtũ iuenit habemus
initium. Ego autem ſi dignus efficiar eſſe apud te:incola
tamen ſum:& peregrinus apud te:quia & omnes patres
mei incolæ fuerunt & peregrini apud te:& Habraam pe/
regrinus eſt apud te:quia non erat ſemper:ſed tũc eſſe cœ/
pit quãdo tu uoluiſti:& Iſaac:& Iacob:& omnes iuſti. Re/
mitte mihi ut refrigerẽ priuſq̃ abeam:& amplius non ero.
Quoniam incola ſum / donec apud te ſum : tandiu ſum:
ſi autem a te exiero:perdidi etiam hoc ipſum quod ſum/
& ero tanq̃ qui non ſum. Deniq; propterea de peccatori/
bus dicit:& erunt tanq̃ qui non ſunt. Et alibi:qui uocauit
ea quæ non ſunt. Remitte mihi ut refrigerem priuſq̃ abeã:
& amplius non ero. Sciendum tamen eſt ꝙ in nobis eſt:
ſiue ut ſimus : ſiue ut non ſimus. Donec enim adhæremꝰ
deo:& inhæremus ei qui uere eſt:etiam nos ſumus. Sin//
autem abſceſſerimus ab eo:& non adhæſerimus deo:no/
ſtro uitio in contrarium decidimus. Nõ ergo per hoc ſub
ſtantialis animæ deſignatur interitus : ſed non eſſe dicitur
cum in eo nõ pmanet qui uere,& ſemp eſt/ex quo ipſe eſt.
Propterea ergo & ſermo nos ꝓpheticus adhortat dicẽs:
poſt dominum deum noſtrum ibimus:& ipſi adhærebi/
mus:ſed & nos ipſi dicamus:adhæſit anima mea poſt te:
in Chriſto Ieſu domino noſtro:cui eſt honor & gloria in
ſæcula ſæculorum. Amen.

℄ Explicit homelia ſecunda de pſalmo. XXXVIII.

℄ De benedictionibus patriarcharum. Homelia. XVII.
Capitulo. XLIX.

SCiendum eſt primo ꝙ in ſingulis
qbuſq; locis ubi ſcriptura de duo/
decim patriarchis cõmemorat:mul
ta ſit in ipſa ordinis conſcriptione
diuerſitas. Aliꝰ ordo eſt i ipſa eoꝝ
natiuitate conſcriptus: alius cũ ter/
rã Aegypti una cũ patre ſuo Iſrael
& ſobole poſteritatis referuntur intrare. Alius nunc cum
benedictiones obituri parentis excipiũt. Alius cum egreſ/
ſæ de Aegypto tribus:uel cum in deſerto commemoran/
tur aliquid agere:uel terram repromiſſiõis igreſſæ in mõ
te gebal pro benedictionibus & maledictionibus ſtatuũ/
tur. Alius etiam cum diuiſionẽ terræ hæreditatis ſorte ſu/
ſcipiunt:& in tantum ordo iſte uariatur:ut interdum qui/
dam ex ipſis:nec aſcripti inueniantur in numero. Quod
utiq; certum eſt non abſq; aliqua ratione uariari:& extare
cauſas probabiles. quibus in alio loco ille:in alio uero ali/
us preferatur. Sed de his nobis nunc propoſitum non
eſt:niſi ea tantũmodo prout deus dederit explicare : quæ
in bñdictiõibus quas mortis tpe a pře ſuſcipiũt cõtinent.
Quæ qdẽ bñdictiões ex eo fortaſſe ſolũmõ appellari po/
tuerũt:ꝙ in nouiſſimis dicit. Et hæc locutus eſt eis pater
eorum:& benedixit illos:unumquemq; ſecundum bene/
dictionem ſuam benedixit illos. Cæterum in initiis ubi cõ
uocat eos pater. Non quaſi ad benedictionem conuocat:
Sed ita ſcriptum eſt. Vocauit autem Iacob filios ſuos & di
xit congregamini:ut annũciem uobis:quæ occurſura ſũt
uobis in nouiſſimis diebus. Quod utiq; magis propheti ã
ſignificat per quam quæ eis euentura ſunt præſignantur.

In ipſo autem corpore & ſerie uerborũ : neq; benedictio/
nes tantum:neq; futurorum ſola pronunciatio:quantum
mores uel propoſitum eorum:uel etiam quædam ab eis
geſta notabiliter arguuntur. Quæ res nobis triptitam (ut
in aliis fecimus) explanationis materiam ſubiicit:ita ut be/
nedictiones hiſtoriæ locum ſeruent:prophetia uero myſti
cum atq; dogmaticum. Quorũ correptio & obiurgatio
moralẽ dirigat ſtilum. Ruben (inqt) primogenitus meꝰ:
uirtus mea & initium filiorum meorum:durus in conuer
ſatione:durus & temerarius contumelias irrogaſti. Tanq̃
aqua nõ ferueſcas. Aſcendiſti enim ſuper cubile patris tui.
Tu poſuiſti thorum ubi aſcendiſti:Inceſtus hiſtoria nemi
nem latet:quomodo Ruben concubinam patris ferbue/
rit flamma libidinis:& paternum maculauerit thorũ. Sed
ꝙ in initiis laudis ei aliquid uidetur aſcribere dicens:tu uir
tus mea. Icirco fit ut grauius notetur in crimie : qui cum
uirtus patris haberetur:& initium filiorum:neſciit ſeruare
reuerentiam patri. Quale eſt & illud quod dicitur per pro/
phetam. Ego te plantaui uineam fructiferam totam feracẽ
quomodo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ. Se/
cundum uero intelligentiam. Videtur mihi Ruben prio/
ris populi Iudæorum ferre poſſe perſonam:qui & primo
genitus eſt:& initium filiorum:ſicut propheta dicit. Iſrael
primogenitus meus. Primo nãq; illis data ſunt eloqa dei.
Quod autem durus fuerit ille populus & temerarius ſcri
pturæ denunciant:dicit enim de eis propheta. Omne qđ
loquitur populus hic : durum eſt. Et iterum alibi de ipſis
dicit. Vos ſemper dura ceruice:& incircunſi corde:patri ue
ro deo irrogauit iniurias. Cum conuertit ad eum dorſum
& non faciem ſuam : thorum autem concubinæ polluit
quem aſcendit:id eſt legem ueteris teſtamenti quam ſæpe
præuaricando maculauit: quod autem in cõcubinæ per/
ſona:lex ueteris teſtamenti ponatur. Paulus docuit dicẽs.
Habraam duos filios habuit:unum de ancilla : & unũ de
libera. Hæc autem ſunt duo teſtamenta. In quo Agar quæ
concubina fuit : in ueteris teſtamenti ponitur typo. Vna
etenim erat perfecta columba genitricis ſuæ : quæ uirgo
caſta regina ſponſo regi eccleſia per euangelium iungitur
Chriſto. Sed & moralis nobis in hoc ita tractabitur locus:
Ruben iterpretatus eſt a maioribus filius qui uidetur hoc
eſt uiſibilis & carnalis:ipſe credo de quo dicit Apoſtolus.
Primus homo de terra terrenus. Et alibi. Si enim is qui ui
detur noſter homo corrumpitur:ſed qui intra eſt renoua
tur : hunc eundem qui uidetur exteriorem hominem ap/
pellans. Et iterum dicit:quia nõ primo quod ſpiritale eſt:
ſed quod animale:primo ergo omnis homo in hoc mun
do carnaliter uiuit:& ſm carnem mouetur. Et prius eſt car
nalis motus in concupiſcentia libidinis : qui cum primæ
iuuentutis tempus obſederit:durum & temerarium ſimul
& laſciuum iuuenem reddit. Aſcendentem etiam ſuper cu
bile patris:& polluentem thorum paternum.i.etiam præ/
cepta & monita naturalis legis : quæ in nobis eſt (& nũc
patrius thorus dicitur) præuaricãtem. Eſt enim intra nos
lex quædam naturalis quæ arguit unũquẽq; peccantem:
& malum ei eſſe ſuggerit ꝙ delinquit : Cubile ergo legis
huius temerat : ac ſedem ſecreti eius maculat qui præceps
& infernis fertur ad uitia. Symeon & Leui fratres perfece/
runt iniquitatem uoluntatis ſuæ. In conſilium eorũ non

introeat anima mea:& in conſilio eorum non innitantur
uiſcera mea : quoniam in ira ſua occiderunt homines : &
in cupiditate ſua ſubneruauerunt taurum. Maledictus fu/
ror eorum quia temerarius eſt:& ira illorum:quia indura/
ta eſt. Diuidam illos in Iacob : & diſpergam illos in iſrael:
Quãtum quidem ad hiſtoriam pertinet:uidetur illud eo/
rum culpare cõmiſſum:ꝙ Emor filium Sichem:qui poſt
ſororis eorum concubitum familiæ Iſrael:uoluerat ſocia/
ri:ſraude & circũuentione iugularunt:atq; omnes eius po
pulos peremerunt : quando & dicebat eis Iſrael pater eo/
rum quia odibilem me feciſtis in hoc mundo : maledictũ
eorum furori temeritatiq; imprecatur:& diuidẽdos eos ꝑ
populum Iſrael proteſtatur utpote ex ipſis leuitas & ſacer
dotes futuros q forte terrã ꝓpriã nõ habuerit:ſpiritalis aũt
de his explanatio talis mihi quædam poſſe uidetur aptari:
ꝙ Symeon & Leui ſcribarum & phariſæorũ iudaici po/
puli poſſint ferre perſonam: de quibus dictum eſt:quia cõ
ſilium fecerũt ſcribæ & phariſæi ut Ieſum tenerẽt:de quo
conſilio dicit ſanctus qui mente deum uidebat. In conſili
um eorum non introeat anima mea:falſis teſtibus adhi/
bitis condemnabant Ieſum. Non (inquit) in conſilio eo/
rum innitentur uiſcera mea:non tibi hoc uidet̃ dicere:mũ
dus ego ſum a ſanguine iuſti huius:mundus ego ſum a ſẽ
tentia quam decemuiris aduerſus inocentem:quia i ira ſua
(inquit) occiderunt homines:& in cupiditate ſua ſubner
uauerunt taurum. Requiro quos homines occiderũt cũ
certum ſit ante paſſionem domini neminem credentium
eſſe punitum:ni forte quis ipſis aſcribat etiam ſanguinem
prophetarum:quia ut dicit dominus ꝙ a ſanguine Abel
iuſti uſq; ad ſanguinem Zachariæ omnis qui effuſus eſt
ſanguis iuſtorum ab iſta generatiõe requiratur. Sed uidea
mus ne forte & illos homines occiderint quos perſuaſe/
runt clamre:ſanguis illius ſuper nos & ſuper filios nr̃os.
Et in cupiditate ſua ſubneruauerũt taurum:taurum apella
ri filium dei legimus in ſcripturarum figuris:nimirum in
euangelio ubi ſcriptum eſt:ex perſona filii ſenioris dicen/
tis ad patrem:ego ſemper tecum fui:& mandatum tuum
nunq̃ præterii. Et nũq̃ dediſti mihi hœdum ut cum ami
cis meis epularer. Cum autẽ uenit filius tuus hic iunior q
delapidauit omnem ſubſtantiam ſuam occidiſti ei uitulũ
ſaginatum. Iſtum ergo taurum ſiue uitulum conſilio ſuo
ſcribæ & phariſæi ſubneruaſſe dicũtur:quorum maledict⁹
furor (quia temerarius eſt) & ira illorum (quia ĩdurata ẽ)
diuidam illos in Iacob:& diſpergam eos in inſrael. Viden
dum eſt ne forte diuiſio iſta quæ hic commemoratur ta/
lis ſit : qualis & illa de qua in euangelio dicitur : quia
cum uenerit dominus ſerui illius diuidet eum partemq; il
lius cum infidelibus ponet:uel certe ut audiui quendam
ex ſanctis patribus diſſerentem: quia diuiſio ſimul & diſ/
perſio nominatur:pro eo ꝙ nõnulli ex ipſis domino cre/
diderunt:& alii in infidelitate permanſerunt:diuiſi dican/
tur hi qui ab eis ſeparantur:& uenitũt ad fidem:& diſperſi
hi quorum patria totũq; per orbem terræ icredulum diſ/
pergitur genus. Videtur & per ipſos tripartitus iſte motus
totius animæ deſignari. In quibus Ruben ſeruat primam
notam ſanguinis cum macula effuſi:ſecundam iræ uel fu
roris:ſpeciem tenet Symeon:qui & ipſe ex furoris eius de/
monſtratur obprobrio. Tertiam formam motus irratio/
nabilis tenet Leui:quippe cui etiam legem ſeruare permiſ/
ſum eſt. Has ergo tres ſpecies uidetur mihi omnis prope
anima quæ in hunc mundum uenit primis motibus cul/
pabiliter agere : uſq; quo peccatorum uitiis prægrauata &
malorum ſocietate feſſa ad locum poſſit pœnitentiæ per/
uenire. Iudas enim poſt hæc ſequitur qui purgat confeſ/
ſionis peccata : quia Iudas confeſſio interpretatur lingua
Hebræa:ait ergo Iuda te collaudant fratres tui:manus tuæ
ſuper dorſum inimicorum tuorum:poteſt hoc uel ad ip/
ſum Iudam : uel ad eos qui ex ipſius uidentur eſſe proge/
nie referri:qui regnum gentis illius miniſtrantes:inimico/
rum terga domuerunt:ſed & in chriſto competenter acci
pitur qui a fratribus ſuis.i.ab apoſtolis quos ipſe fratres in
euangelio nominauit merito collaudat̃.inimici uero eius
ſuper quorum dorſa manus eius eſt : illi intelligunt̃ quos
pater promittit ſub pedes ſe eius poſiturum:dicens. Sede
a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſub pedibus
tuis. Sunt ergo inimici:donec increduli ſunt:& infideles.
Et ideo cæduntur in tergo qui poſtea q̃ conuerſi fue/
rint:efficiuntur fratres:& collaudant eum qui eos in ado/
ptionem patris uocatos ſibi & cohæredes fecit & fratres:
bene autem terga inimicorum cædi dixit a chriſto. Om/
nes enim qui adorabant idola terga dabant deo. Sicut &
per prophetam dominus exprobrat dicens:qui cõuerte/
runt ad me dorſa ſua & non faciem. hæc ergo dorſa cædit
ut conuerſi aliquando terga dent idolis : & faciem erigãt
ad deum:& faciant hoc quod in conſequentibus ſcriptũ
eſt : & adorent te filii patris tui. Tunc enim eum adorant
cum filii patris fuerint effecti:& ſpiritum adoptionis acce
perint:in quo clament abba pater. Nemo enim dicit do/
minum Ieſum niſi in ſpiritu ſancto. Iſte ſermo paulo du/
rius refertur ad Iudam:niſi abuſiue dicamus adoratos eſſe
quaſi reges a fratribus ſuis : id eſt a cæteris contribulibus:
filios Iuda. Catulus leonis Iuda:de germine eius aſcendit
Recubans dormiſti ſicut leo:& ſicut catulus leonis. Quis
ſuſcitabit eum ? In his uerſiculis non iam concludimur:
ſed pene excludimur:nam catulum leonis ſi ponamus Iu
dam dici poſſe pro uirtute bellandi:quomodo exponitur
quod de germine eius dicitur aſcendiſſe ? germẽ autem
hic in græco βλαστον dicitur:quod magis uirgultum : uel
ramus rectius interpretatur : qui de radice repullulare uel
de ipſo robore arboris ſolet. Ex quo ergo uirgulto : uel ex
quo ramo Iudas aſcendiſſe dicitur:uel quomodo recum/
bens dormiſſe ut leo:& ut catulus leonis. Ita ut quæratur
quis eum ſuſcitet:niſi forte aliqs uim faciens uelit ita aſſe/
uerare. Ex germine proceſſiſſe Iudam.i.ut ſupius diximus:
uel ex uirgulto:uel ex ramo quod de ipſa patris fortitudi/
ne & uirtute ſignificet : qui uirtutis confidentia recubet:
& requieſcat ut leo:& ut catulus leonis nec eum auſus ali
quis ſit ſuſcitare:dum pro magnitudine uirium de potẽ/
tia bellatorum ſuſcitare eum nullus audeat ad prælia. Sed
multo conuenientius aptabitur huic loco myſtica expoſi
tio in qua catulus leonis Chriſtus:nõ ſolum tropicus ue/
rum etiam phyſicus deſignatur:nam phyſiologus de ca/
tulo leonis hæc ſcribit: ꝙ cum fuerit natus tribus diebus
& tribus noctibus dormiat:tum deinde patris gemitu uel
mugitu tanq̃ tremefactus cubilis locus ſuſcitet catulum
dormientem. Iſte catulus ergo oſtendit ex germine : ex uir

gine enim

gine enim natus eſt: non ex ſemine: ſed ex uirgine abſq; cõcubitu uiri: & abſq; ſemine naturali naſcitur Chriſtus: uelut uirgultum ſiue ramus: in quo manifeſtiſſime & ueritas carnis aſſumptæ ex uirgine declaratur. In ſacro ſancto germine contagio humani & carnalis ſeminis excuſatur: recumbens dormiſti ſicut leo: & catulus leonis manifeſte recubuiſſe: & dormiſſe dictum de paſſione mortis oſtenditur. Sed uideamus quare ut leo & ut catulus leonis dormit? De catuli quidem ſõno iam ſuperius dictum eſt: q̄ ualde conuenienter aptatur in Chriſto qui tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ ſepultus ſomnum mortis impleuit: ut leo autem hoc modo debere intelligi arbitror. Mors Chriſti oppreſſio & triumphus dæmonum fuit: omnem namq; prædam quam leo ille contrarius intulerat proſtrato homie & deiecto: hic leo iterripuit. Quiq; rediens ab inferis & aſcendens in altum: captiuam duxit captiuitatem. Hoc ergo modo & ſomno ſuo leo fuit uincens omnia/ & debellans: & deſtruxit eum qui habebat mortis imperium. Et uelut catulus leonis die tertia ſuſcitatur: quis ſuſcitabit eum? Recte quaſi inquirentis prophetæ perſonam quæ ſuſcitarit Chriſtum ſermo ſignificat. Quia Apoſtolus quidem dicit quia deus ſuſcitauit eum a mortuis: ſuſcitabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis: & iterum Chriſtus dicit in euangeliis: Soluite templum hoc: & ego in trib' diebus ſuſcitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis ſui: quia ergo & ipſe ſe dicit ſuſcitare templum ſuum: & deus illum dicitur ſuſcitaſſe. Recte prophetæ ſtupore tantæ patris & filii unitatis: atq; indiſcretionis attonitus ē. quis ſuſcitauit eum? Non deficiet princeps ex Iuda: neq; dux de ſemoribus eius uſq;quo ueniant ea quæ repoſita ſunt ei: uel (ut in aliis exemplaribus habentur) ueniat is cui repoſitũ eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Hic locus manifeſte refertur ad Iudam: conſtat enim uſq; ad natiuitatem Chriſti non defeciſſe principes ex genere Iudæ: nec duces de ſemoribus eius uſq; ad Herodem regem qui ſm hiſtoriæ fidem quam Ioſephus ſcribit alienigena fuiſſe: & per ambitionem in regnum iudæorum dicitur irrepſiſſe. Statim ergo ut hoc factum eſt: & ut defecit dux de ſemoribus Iudæ aduenit ille cui erat regnum repoſitum: In quo quomodo gentes ſperent euangelii fides: & eccleſiarum docet propagatio. Repoſita autem dicũtur ea quæ oportuno tempore proferenda ſunt. Sicut & Chriſtus ĩ finem ſæculorum aduenifſe dicitur cum dicit Apoſtolus. Ecce nunc tempus acceptabile: ſcilicet ad ſalutem gentibus inferendam. Si uero quis in omnibus cupiat curſum utriuſq; expoſitionis aptare: poteſt extorquere fortaſſis: ut etiam de Chriſto hæc hoc modo uideantur intelligi: quia non deficiat princeps ex Iuda: ideſt hic qui poſt reſurrectionem ei' eccleſiarum princeps ordinetur. Et dux de ſemoribus eius duces quoq; chriſtianorum de ſemorib' Chriſti hoc modo exponit membra Chriſti eē dicit Apoſtolus: Fidelium populum ſine dubio intelligẽda ſpiritualiter iudicare eos qui pro firmitate & conſtantia fortitudinis omne corpus eccleſie ſuſtentare uidentur & ferre: uel quia humani ſeminis indicium ſolet in ſemorum apellatione figuraliter dici. Apud nos autem qui ſeminat uerbum ſeminat. Poterunt ergo qui myſterium uerbi eccleſiæ exhibent de Chriſti ſemoribus intelligi duces uſq;quo ueniant quæ repoſita ſunt. Et uidebitur ita poſſe intelligi quouſq; ad conſummationem ſæculi non deerũt iſti duces donec ueniãt ea quæ repoſita ſunt quæ præparauit deus his qui diligũt eum: & ipſe erit expectatio gentium (in die ſcilicet iudicii) cum omnes gentes & populi Chriſtum iudicem in pauore cordis: & tremore conſcientiæ expectabunt. Alligans ad uitẽ pullum ſuum & ad palmitem aſinam ſuam: hoc de Chriſto & proprie & ſingulariter dicitur: ipſe enim alligauit ad uitem pullum ſuum qui dixit: Ego ſum uitis uera. Ad hanc uero uitem pullum ſuum alligauit & ad palmitem aſinam ſuam. Pullus eſt ex gẽtibus populus cui utiq; nũq̄ adhuc legis onus fuerat impoſitum: & ſuper quem nemo niſi ipſe Chriſtus inſederat: pullus uero aſinæ ſunt hi qui de priore populo qui nunc in figura aſinæ nominati: electi ſunt ad ſalutem: de quibus propheta dicit. Si fuerint filii iſrael quaſi arena maris: reliquiæ ſaluæ fient: abiecta ergo aſina quæ onus legis in infidelitate portare maluit: pullus ex ipſa natus eligitur: id eſt nouellus ex uetere per fidem populus aſciſcitur: ac populo ex gentibus ſociatur. uitis ergo Chriſtus ex ea parte dicitur qua naturam ſuſcepit humanam: ad quem deus uerbum ſuum pullum alligat: id eſt populum ſuum coniungit & ſociat ei conuerſationi quã ipſe exigit in carne: ut mutatione ipſius pullus qui ad ipſam alligatus eſt efficiatur cum illo & filius dei: & cohæres Chriſti. Palmitem uero de quo in initiis quid ſignificaret expoſuimus: intelligere poſſumus hoc modo. Fides quæ in Chriſto eſt & p̄ſentis uitæ regulam tenet: & futuræ ſpei fiduciam præſtat: uitis ergo illud uidetur oſtẽdere q̄ Chriſti in carne poſiti geſta in ipſo credẽtes imitãtur. Palmes uero illud itelligitur: q̄ palmes arbori cõnectitur & confirmatur a lapſu: quo adminiculo fretus uentos ac turbines contẽnit: & reſpuit: futurorum bonorum indicat ſpem: quia fideles quiq; non ſolum in his quæ gerunt ſed & in his quæ ſperant & credunt futuram conſummationem ſalutis expectant: In quo quaſi ad quendam patientiæ ardorem ſpe iuncti & confirmati tentationum procellas ac turbines ferunt: quod de hiſtoriali Iuda interprætari nulla mihi ratio uidetur poſſe permittere: niſi iudaicis fabulis annuentes putemus ita poſſe itelligi: pro eo quod dicunt partem tribus iudæ quam in terræ hæreditate ſuſcepit ita refertam eſſe uineis: ut tanq̄ nullo alterius generis exiſtenti uirgulto tanta uitis eſſe copia uideatur: ut ne animal quidem alligandi ad aliud genus arboris detur facultas. Sed hæc: ut diximus: iudaica magis cõmenta uidebuntur: nobis autem myſtica & plus etiam ſi ſola ſit placeat expoſitio. Lauabit in uino ſtolam ſuã: & in ſanguine uuæ amictum ſuum: uidebuntur & hæc q̄tum ad hiſtoricam expoſitionem agrum fertilem uite υπερβολικωσ uini abundantiam ſignificare: ſed nobiliorem ſenſum myſtica ꝑducit expoſitio. Nam ſtola Chriſti q̄ lauatur ĩ uino merito eius intelligitur eccleſia: quam ipſe mundauit ſibi ſanguine ſuo: non habentem maculam aut rugam: non enim inquit Apoſtolus argento uel auro redempti eſtis: ſed precioſo ſanguine unigeniti a deo: in huius enim ſanguinis uino: ideſt lauacro regenerationis a chriſto lauatur eccleſia. Conſepelimur enim ei per baptiſmum in mortẽ & in ſanguine ipſius id eſt in morte ipſius baptizamur: In ſanguine autem uuæ quomodo amictum ſuum lauit uidendum eſt. Amictus propinquior quædam: uel ſecretior

corpori ueſtis uidetur eſſe q̃ ſtola: hi ergo qui prius per lauacrum loti ſtola eius fuerant effecti. Poſteaq̃ ad ſacramẽtum ſanguinis uuæ peruenerint: uel interioris myſterii ſecretioriſq; facti ſunt participes: amictus eius eſſe dicuntur. Lauatur enim & etiam in uuæ ſanguine anima: cum ſacramenti huius cœperit capere rationem: agnita namq; & intel'ecta uirtute ſanguinis uerbi dei q̃to capacior effecta fuerit anima: tanto purior fit & lauatur quotidie ad ſcientiæ profectum & iungens ſe deo: non ſolum amictus eius: uerum & unus iam cum ipſo ſpiritus fiet: huic contrarius erat amictus ille populi iſrael: in quo ut gentis impudicitiam deſignaret non tam amictum: q̃ præcinctorium nominauit quod Hieremias circundare lumbis ſuis & auferre rurſus atq; in euphratem iubetur abſcondere: gratifici oculi eius a uino: & dentes eius lacte candidiores. Vides quomodo hiſtorialem intellectum erga finem præcipue amputat & abſcindit. Si enim adhuc contentioſius agentes dicere uelimus quia gratifici ſunt oculi Iudæ ex uino: pro abundantia (ut ſupra diximus) uini: & abundantia poculorũ. Quid de candidis dentibus reſpondebimus: & qualitati lactis prælatis? in quo aduerſum ueritatẽ impudenter non eſt agendũ: ſed interruptione intelligentiæ hiſtorialis excluſi ad ſpiritalis expoſitiõis ordinẽ redeamus. Gratifici (inquit) oculi eius a uino. Superius oſtendimus apoſtolica auctoritate membra Chriſti dici dignos quoſq; fidelium: & diuerſa ſingulariter membra nominari ꝑ eo quod unuſquiſq; omni eccleſiæ corpori dependit officium. Erunt enim pedes Chriſti q currunt ad faciendã pacem: qui pergunt ad ſubueniendum his qui in neceſſitate ſunt poſiti. Erunt manus Chriſti quæ ad miſericordiam extenduntur: quæ auxilium indigentibus ferunt: quæ inualidis ad ãminiculũ porriguntur. Sic erunt & oculi Chriſti qui ſcientiæ lumen uniuerſo corpori ꝓſtant. Sicut ĩ euãgelio ſcriptum eſt. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Gratifici ergo ſunt oculi iſti: ſmo enim ſcientiæ ſale conditus eſt: ut det gratiam audientibus: non ergo per hoc ſolum gratificus dicitur quia ſcientiæ ſmonem miniſtrat: ſed qđ habet in ſe gratiam facit. His enim (inquit Sapiẽs) auditis: Sapiẽs ſapiẽtior erit: gratifici ergo ſunt oculi eius a uino: quia nihil eſt aquatum in uerbo ſcientiæ: nihil fluidum: nihil frigidum. Sed uinum quod lætificat cor hominis: & quod infunditur uulneribus illius qui incidit in latrones: quo. ſ. audientium uulnera peccatorũ non ſolũ olei lenitate mitigentur: uerũ etiam uini auſteritate purgentur. Et quis eſt (inquit Apoſtolus) qui me lætificat niſi q contriſtatur ex me. Candidi dentes eius ſuper lac: ſæpius de membrorũ Chriſti ordine & ratione iam diximus: & eadem frequentius in eis locis repetere abſurdum uidetur. dentes ergo eius ſuper lac candidi erunt hi: qui fortem & ſolidum cibum uerbi dei mandere: & comminuere ad ſũmam ſubtilitatem dentibus poſſunt: de quibus dicit Apoſtolus in epiſtola ad hebræos. Perfectorum autem eſt cibus ſolidus: qui pro poſſibilitate ſumendi exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Semiperfectis autem corinthiis dicit: Lac uobis potum dedi: non eſcã: nondum enim poteratis Super eos qui lacte aluntur: dentes eius ſunt candidi: id eſt hi qui perfectum cibum capere poſſint: & comedere ſuper illos ſunt qui tanq̃ paruuli adhuc lacte indigent. Deniq; & in lege ea animantia quæ ruminant: & ſumptum cibum ad dentes denuo reuocant quem ſubtiliter minutatum ſuſtentationi corpori tradũt: munda eſſe animalia deſignantur aptiſſime. Sane etiam candidos dẽtes eius dicit. Omnes enim qui perfecti ſunt: & qui ſcripturarũ cibos dignis & competentibus interpretationibus explanantes ſubtilem & minutum intellectum (qui ſpiritalis dicitur) eccleſiæ corpori ſubminiſtrant candidi debent eſſe & puri atq; omni malo liberi: ne forte dicatur eis qui alios doces te ipſum nõ doces. Verum quoniam diuina ſcriptura non ſolum ſacramentorum debet ſcientiam continere: uerum etiam mores geſtaq; informare diſcentium. Sic enim & ſapientia per Salomonẽ dicit: deſcribe hæc tibi dupliciter & tripliciter in corde tuo: & arca quæ conſtruebatur a Noe bicamerata & tricamerata fieri iubetur. conuenit & nos poſtea q̃ dupliciter iſta ꝓut potuimus ſentire deſcripſimus. i. ſm hiſtoriã & ſm myſticũ intellectum. nunc in quãtum recipere locus põt: etiam moralem in eo diſcutere ſermonem: ut ſcripturarum ſtudioſis non ſolum quid in aliis uel ab aliis geſtum ſit: ſed etiam ipſi intra ſe quid gerere debeant doceantur. Iudas confeſſio interpretatur. Qui ergo uel peccata ſua confeſſus pœnitentiam gerit: uel Xp̃m in perſecutione coram hominibus confitetur: collaudatur a fratribus ſuis. Lætitia enim & gaudium eſt angelis in cœlo ſuper unum peccatorem pœnitentiam agentẽ. Ab ipſis ergo tanq̃ a fratribus (unius etenim & creatoris: & patris filii) ſunt & homines: & angeli: collaudantur. Verum is qui confitetur dominum Ieſum: quia in ſpiritu ſancto confitetur: manus eius ſuper dorſum inimicorum efficiuntur. Qui enim ante exhibuerat membra ſua ſuire iniquitati ad iniquitatem: nunc ea exhibens ſuire iuſtitiæ in ſanctificationem: Iam fugientiũ ſe in inimicorum ſuorum: id eſt dæmonum: terga uexat & cædit. Sic enim pugnat: non quaſi aerẽ cædens ſed dæmones fugans: quiq; ob nimios ꝓfectus uelut dei iam in ſe participium habens: etiam adorari dicitur a filiis patris ſui: filios patris ſui quaſi in morali loco poſſumus intelligere minoris meriti fideles qui in eo maiores quoſq; & ꝑfectiores adorant: qui eorum opera humiles ac ſubiectĩ uenerantur & laudant. unde ad eccleſiam dicitur: adorabunt ueſtigia pedum tuorum.

℄ Explicit Homelia. XVII.

℄ De filiis Orientis: & de Gedeon ex parte.

℄ Homelia octaua.

ESto: conuenerint aduerſum iſrael Madianitæ: qui interpetantur extra iudicium. Eſto iſti conuenerint aduerſum iſrael: qui extra iudicium dei ſunt: & qui extra legem peccauerunt: & extra legem peribunt. Eſto: cõuenerit & Amalech: qui & ipſe interpretatur populus ablingens. Eſto & hæc natio terrena: & uentri: & gulæ dedita: impugnare uenerit iſrael carnalem: Quid eſt hoc quod etiam filii Orientis iis admiſcentur & cum ipſis ad impugnandum iſrael uenire dicuntur? Dic enim mihi auditor. Si ſcriptum eſſet quia filii occidentis conuenerunt cum ipſis: nihil quærerẽ. Diceres enim mihi allegoricis ſenſibꝰ quia filii occidentis ſunt filii tenebrarum: & ipſi iunguntur illis gentibus: uel quæ extra iudiciũ dei ſunt: uel quæ uentri deditæ impugnant eos: qui mente deum uidere

contendunt

cōtendūt. Nunc autem cum dicatur quia filii orientis uenerūt cū Madianitis: & Amalech: quō haec poſſunt competenter exponi? Videamus ergo ſi poſſumus in tam difficilibus locis ſcripturae: dignum aliquē in iis ſenſum diuinis paginis iuenire. Omnis qui ſuper ſe quoquo mō nomen ſuſcipit Chriſti: filius efficit oriētis. Sic enim ſcriptū eſt de Chriſto. Ecce uir oriens nomen eſt illi. Quiſq; ergo Chriſti ſuſcipit nomen filius eſſe dicitur oriētis. Sed non ſemp q̄ nomen Chriſti accipiunt: etiam in eccleſia permanēt Chriſti. Si ergo uideas haereticos Chriſti qdē nomine cenſeri: expugnare autem eccleſiā Chriſti: & arma cōferre aduerſum Chriſti fidem: & impugnare populum dn̄i: bella ſuſcitare aduerſum catholicam fidem: nolo dubites de iis dicere q̄ iſti ſunt qdē filii orientis: ſed cum Madianitis: & cum Amalech expugnare ueniūt populū dei: q̄a cum paganis & cū iudaeis eccleſiā dei ēt haeretici pſequunt. Et ipſos eſſe opinor q̄ deſignant in filiis oriētis. Oēs ergo (inqt) Madianitae: & Amalech: & filii oriētis cōuenerūt ſimul: & aſcenderunt: & ſupuenerūt eis: & caſtra poſuerunt in ualle Iezrahel. Iſti q̄ impugnare uolūt populū dei: caſtra in uallibus collocāt in deiectis: & humilibus locis: in ualle (inqt) Iezrahel. Inuenimus aūt interpretari Iezrahel: ſemē dei. Vides ubi collocāt caſtra aduerſarii? Nō ſunt auſi ire illuc ubi uidēt iam nati eſſe fructus ſpiritus: ſed ubi adhuc ſemen dei iacet: ubi nōdum fructus aſcēdit. Qui enī exiit ſeminare ſemē: ſeminat ſup omnem locū. Sed audi ipſum dn̄m dicētē qd pati ſoleat ſemē dei. Aliud (inqt) cecidit ſecus uiā: & uenientes aues coeli diripiūt illud. Quod ipſe in poſterioribus interpretatus dixit. Qui aūt ſecus uiā ſeminati ſunt: hi ſūt: q̄ audiūt uerbū: & cū laetitia accipiūt. Venit aūt Zabulus: & tollit de corde eoꝝ qd ſeminatū eſt. Si ergo & iſti tūc ueniunt ad ſemē dei: & uolūt illud tollere de corde eoꝝ in q̄bus ſeminatum eſt: q̄a inueniunt eos in uallibus poſitos: & ima quaeq; ſectantes. De illis ſunt enim q̄ humiliter & indigne & (ut ita dicā) iudaico intellectu ſuſcipiunt uerbum dei & ideo poſſunt illud rape daemones de corde eoꝝ. Qui aūt ab humilitate literae ad ſpiritus excelſa conſcendit: & intelligentiā refugiēs carnalem: ſectat in altioribus quae ſunt ſpiritus dei: de iſto nihil poſſunt rape Madianitae: neq; Amalechitae ſed ne ipſi qdē oriētis filii depraedari eum potuerunt: in excelſo intelligentiae ſpiritalis uertice conſtitutū. Illi ergo caſtra in uallibus collocāt. Sed ſpiritus (inqt) dei confortauit Gedeō: & tuba cecinit: & uocauit poſt ſe Abiezer. Continentia qdē explanatiōis alium ordinem regrebat. Verum quia nos non tam ſcripturas cōmentantes nunc loquimur: q̄ populum de iis quae recitata ſunt: conſolantes: ſparſim quae occurrūt de ſingulis quibuſq; tractamus. Vocauit (inqt) poſt ſe Abiezer qui utiq; nuſq̄ erat. Interpretatur autem Abiezer patris mei auxilium. Nō ergo humilē aliquem: ſed patris ſui Gedeon inuocaſſe uidetur auxilium. Mittit interea & auxilia cōuocat. Cōueniunt populi: & oēs ad Gedeon exercitus congregantur. Et tunc (inqt) Gedeon dixit ad deum. Si ſaluum facis in manu mea iſrael quēadmodum locutus es: ecce ego ſumam: & ponam uellus lanae in area. Et ſi quidem ros ceciderit ſuper uellus: & ſuper omnē terram ſiccitas fuerit: agnoſcam quoniam ſaluum facies in manu mea iſrael ſicut locutus es. Et factum eſt ſic. Cum tā multa ſint & innumera ſigna: uel prodigia: quae petere potuiſſet a deo Gedeon ad confirmandam pollicitationē dei: quid ei uiſum eſt poſt angelicam uocem: ac pollicitationē coeleſtē petere iſtud tam nouū ſignum a deo? Ait enim. Ponam uellus lanae in area: & ſi fuerit ſupra uellus ſolūmodo ros: & ſuper omnem terram ſiccitas: ero cōfidens quoniam tu ſaluum facias iſrael in manu mea. Et cum popoſciſſet Gedeon a deo ſignum iſtud: meruit effectū: ſed eſto impetraueris hoc o Gedeon. Quid & accipis uellus lanae in aream: & exprimis in peluim? Quid te permouit hoc facere? Sed eſto: impetraueris primū ſignum. Quid ut ſcđm ēt ſignum permutato: ac pūerſo ordine poſceres? Fortaſſis enim dicit aliquis ex iis: qui attentius audiunt q̄ leguntur: quia non uident cōuenire haec ad illud quod ſcriptum eſt. Nō tēptabis dn̄m deum tuum: quod lex praecepit. Sex exitus rei docet non eſſe contra mandatū factū. Neq; enim exaudiret deus petitionem contra legem aliqd depoſcētem. Nunc autem cum uideamus quia & in pⁱmo ſigno ros cecidit ſup uellus lanae: in omni autem terra facta eſt ſiccitas: & in ſecundo ſuper omnem terram cecidit ros: ſiccitas autem fuit in uellere: in quo & fiduciam accipit Gedeon: quia dn̄s in manu eius ſaluum faciat iſrael: uidenda eſt huius myſterii ratio: de qua memini etiam quendam ex praedeceſſoribus noſtris in libellis ſuis uellus lanae populum dixiſſe iſrael: reliquam autē terram reliquas gētes poſuiſſe: & ros qui cecidit ſuper uellus: uerbum dei eſſe quod illi ſoli populo coelitus fuiſſet indultum. Supra ſolum namq; iſrael ros diuinae legis aduenerat. Siccitatem autem habebant omnes gentes: quia nullus eis humor diuini infundebatur eloquii. Secundi uero ratio ſigni in cōtrarium permutatur: in quo ait ut ſupra omnem terrā ros deſcendat: ſupra uellus autem maneat ſiccitas cuius rei talis quaedam ratio depraehenditur. Vide omnem hunc populum qui per omnem terram ex gentibus congregatus eſt: habentem nunc in ſe rorem diuinum. Vide eū Moyſi rore infundi: pphetarum litteris irrorari. Vide eum etiam in euangelico & apoſtolico humore uiridantem. Illud autem uellus: id eſt iudaicum populum ſiccitatem & auiditatem uerbi Dei patientem ſm̄ q̄ ſcriptum eſt: quia erunt filii iſrael multo tempore ſine rege: ſine principe: ſine ppheta non erit altare: neq; hoſtia, neq; ſacrificium. Intueris quanta apud illos ſiccitas permanet: quanta eis auiditas diuini ſermonis euenit. Haec quidem nobis (ſicut fateri decet) ex maiorum labore collata ſunt. Verum quoniam etiam nos audito uerbo a ſapientibus (ſicut ſcriptum eſt) collaudare debemus: & adiicere ad illud: uideamus quid etiam ſuperaedificare poſſimus in talibus. Cum ſeptuageſimum primum pſalmū apud metipſm ſaepe diſcuterem: mouit me in hanc rem q̄ cum aduētum Chriſti in eo deſcriberet in ipſo etiam hoc aſſerit euenturum. Et deſcēdet (inquit) ſicut pluuia in uellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terrā. Vellus hic noiatum: uellus & in pſalmis deſcribit. Deſcendit enim ſicut pluuia (inquit) ſuper uellus. Deſcēdit ergo in illud uellus populi circumciſionis: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram: hoc eſt ſuper reliquam terram deſcendit dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſtillans etiam ſuper nos: & guttas nobis quoq; afferens roris coeleſtis ut & nos bibamus qui eramus ſup omnē terrā iugi auidi-

tate ſiccati. Hunc igitur myſterii ordinem Gedeõ ſanctus ꝓphetico ſpiritu cõtuẽs: non ſolũ primum ſignum poſcit a deo: ſed & ſcḋm cõuerſo ordine repetit. Sciebat enim rorem diuinũ q eſt aduentus filii dei: nõ ſolum iudæis: ſed & poſtmodum etiã gẽtibus eſſe uẽturum: quoniam quidem ex incredulitate Iſrael ſalus fit gẽtibus. Et hoc eſt: ꝙ pro ariditate uelleris uniuerſa terra gratia diuini roris infunditur. Sed & illud in hoc facto uiri fideliſſimi Gedeonis prætereũdum minime puto: qđ uobis ad formam põt cautelæ ſpiritalis accedere. Angelum uidit: ſed uir eruditus & habens iã Ieſu ꝓceſſoris exemplum cautius agit. Sciebat enim poſſibile eſſe etiam angelos tenebrarum transfigurare ſe in angelos lucis: & ideo examinatiõe cautiſſima: uolo (inquit) probare ſpiritum ſi a deo eſt: ga ſpiritalis examinat oia. Sic naꝗ & ꝓceſſor eius fecerat Ieſus Naue: cum principẽ militiæ cœleſtis uidiſſet: inquirit: & diſcutit: ſi noſter ſit: an aduerſariorum. Hoc nõ etiam ſanctiſſimus Gedeon diſcutit angelicam uiſionem: diuerſitate & imutatione ſignorum. Sed & illud qđ ait Gedeon ponam uellus nõ ubicũꝗ: nõ in campo: neꝗ in ſaltu: ſed in area: quale tibi uideť in area ubi meſſis eſt? Meſſis quidem multa operarii aũt pauci. Ponam (inquit) uellus ubi meſſis eſt. Quid mouerat ſanctum uirum Gedeon: uel quid ei uiſũ fuerat ut hoc faceret? Præuidebat eni ꝑ ſpiritũ: quia Chriſtus in areã ſuã populum ſuum cõgregat: & ibi eũ expurgat tenẽs uẽtilabrum in manu ſua: & ibi paleas ſeparat a frumẽto. Nõ ergo ſine cauſa uir tãtus & talis cuius & ſanctus Apoſtolus ad Hebræos ſcribẽs facit in prophetarum cathalogo mẽtionem aream elegit ad uellus ponẽdum: nec ſine cauſa expꝛſſit uellus in peluim gñ & repleuit eam aqua. Requiramus & de hoc in ſcripturis ſanctis ſi qua nobis etiam huius itelligentiæ præſtatur occaſio. Veniamus ad euãgelium. Inuenimus ibi dñm & ſaluatorẽ noſtrum exuentem ueſtimenta ſua: & lintheo præcinctum mittere aquam in peluim: Lauare pedes diſcipulorũ ſuorum. Vides ergo quia hæc adũbrabant ꝓphetæ que erant in nouiſſimis tꝑibus iplẽda per dñm. Illa ergo aqua quam mittebat Ieſus in peluim ros erat gratiæ cœleſtis: ex quo lauabat pedes diſcipulorũ ſuorum. Vñ & merito dicebat ad eos Vos aũt mundi eſtis propter uerbum quod locutus ſum ad uos. Sed hoc nos modo ſi præbeamus pedes noſtros paratus eſt dñs Ieſus lauare pedes aiæ noſtræ: & purgare eos rore cœleſtis gratiæ ſpiritualĩ: uel dicti uerbo doctrinæ. Nõ enim ſolus Apoſtolos mundos eſſe uoluit: ſed & omnes qui credunt ꝑ uerbum illius. Et oibus credẽtibus dicit illud qđ & Petro dixit: Niſi lauero te nõ hẽbis partem mecum. Certum eſt enim quia nemo habet partem cũ Chriſto: niſi fuerit lotus & mundus. Veni precor dñe Ieſu fili Dauid: exue te ueſtimẽta quæ tu dñe induiſti ꝑꝑ me: & accingere ꝑꝑ me: & mitte aquã in peluim: & laua pedes ſuorũ tuorum: & dilue ſordes filiorum & filiarum tuarum. Laua pedes aiæ nr̃æ: ut nos te imitãtes & ſectantes exuamus nos ueterum ueſtimenta & dicamus nocte exui me ueſtimẽtum meũ: quõ iduã illud? Et iterum dicamus: Laui pedes meos quõ ſordidabo eos? Stati naꝗ ut laueris pedes meos ẽt recũbere me facias tecũ: ut audiã abs te. uos uocatis me magr̃ & dñe & recte dicitis. Sũ etenĩ. Si ergo ego dñs & magr̃ laui pedes urorum: & uos alterutrũ pedes lauate. Volo ergo & ego lauare pedes fratrum meorum: lauare pedes cõdiſcipulorum meorum. Et propterea accipio aquã: & haurio de fontibus iſrael: quam exprimo de iſraelitico uellere. Exprimo eni mõ aquã euellere libri iudicũ: & alio tꝑe aquã de uellere regnorum: & aquã de uellere Eſaiæ/uel Hieremiæ: & mitto eã in peluĩ aiæ cõcipiẽs ſenſum in corde meo: & accipio pedes eorum q ſe ꝓbẽt & præparant ad lauãdũ: & inquãtũ præualeo lauare cupio pedes fratrũ meorum: & cõplere mãdatũ dñi: ut in uerbo doctriæ purgentur auditores a ſordib⁹ pctõrum: & abiiciant a ſe oẽm imũditiam uitiorum: & mũdos habeãt pedes qbus recte ingrediãť ad ꝓparationẽ euãgelii pacis: ut oẽs ſimul in xp̄o Ieſu purificati ꝑ uerbũ nõ abiiciamur de thalamo ſpõſi ꝓ ſordidis idumẽtis ſed cãdidis ueſtibus lotis pedibus: mũdi corde recũbamus in cõuiuio ſpõſi ipſius dñi noſtri Ieſu Chriſti: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De proelio quod Gedeon cum trecentis uiris electis geſſit.

Homelia Nona.

INgẽs erat multitudo quæ aduerſum iſrael fuerat congregata: ita ut locuſtis ꝓ multitudine cõferret̃. Et cameli: inq̄t eorum ſicut arena q̃ eſt ad oram maris inumerabilis. Quõ ergo hæc potuerit tã innumera multitudo hoſtium ſuperari uideamus. Exierũt (inq̄t) duo & triginta milia armatorum ex filiis iſrael cũ Gedeon aduerſus oẽm iſtam multitudinem pugnare. Et deus reſpõſa dedit ad Gedeõ dicẽs. Grãdis multitudo eſt tecũ. Et qđ ſi grãdis eſt multitudo: Nõne in bellis nũeroſior exercitus ꝓſtat: & eſt tutior ad ſubſidia? Nequaq̃ (inq̄t) qa nõ ſunt humana ꝓlia. non enim ſicut humana: ita & diuina proelia peraguntur. Nõ efficitur clarum diuinæ uirtutis opus ſi humanis adminiculis fulciat̃: qa nõ fit ſaluus rex in multitudine uirtutis ſuæ. Ne forte ergo gloriaret̃ iſrael: & iactantia uictoriæ partẽ præſumeret: propterea dicit dñs ad Gedeõ. Multus eſt populus tecũ. Non tradam Madiam in manus eorum ne forte exultet aduerſum me iſrael: dicẽs. Quia manus mea ſaluum me fecit. Propterea loquere in auribus populi dicens. Qui timidus eſt: & formidoloſus corde reuertatur. Et reuerſi ſunt de mõte Galaad de populo uigintiduo milia uiri: & remanſerũt decẽ milia. Videamus ergo primo qđ eſt quod dicit: timidus & formidoloſus corde: duo enim dicta ſunt humanæ fragilitatis indicia: qb⁹ arguitur humana fragilitas: id eſt timidi & formidoloſi corde. Timidus poteſt uideri & ille qui primo aſpectu trepidat ad cõgreſſum: nõ tñ toto corde terretur: ſed reparari & animari denuo põt. Formidoloſus eſt aũt qui iam quaſi inoleſcẽte uitio ẽt anteq̃ uideat mala ſola cogitatione terreť gelidam ꝑ membra formidinem uoluens: ita ut nõ tam in cõſpectu malorum: q̃ ipſo auditu & expectatiõe ſoluať: & ideo addidit formidoloſus corde enim iam hoc & in interioribus animi defixum uitium manet. Et ergo dicimus quia tunc tantũmodo Gedeon dicebat ad populum. Siqs eſt timidus & formidoloſus corde diſcedat ex populis: bella deſerat: certamina uirorum fortium derelinquat. Nam & hodie Princeps militiæ noſtræ dñs & Saluator noſter Ieſus Chriſtus clamat ad milites ſuos ut ueniant. Hoc enim eſt quod quidem aliis uerbis eodem tamen ſenſu in euangelio dicit. Qui nõ tollit crucem ſuã & ſequit̃ me: nõ eſt me dignus. Et q nõ oderit patrẽ ſuũ: & matrẽ: & frẽs ſuos: & ſorores: inſup & aiam ſuã nõ eſt me dignus. Et iterum qui

nõ renũciauerit

non renunciauerit omnibus quæ poſſidet:nõ poteſt me/
us eſſe diſcipulus. Nonne in his uerbis euidenter timidos
& formidoloſos e caſtris ſuis Chriſtus ſeparat & ſecernit?
Omnes igitur qui militiam Chriſti ſequi uultis:qui in ca/
ſtris ipſius eſſe deſideratis:procul a uobis timorem mẽtis:
procul a cordis expellite formidinem : ut cum cõfidentia
dicat miles Chriſti. Si conſiſtant aduerſum me caſtra:non
timebit cor meum . Si cõſurgat in me prælium:i hoc ego
ſperabo. Confidenter dicat Dominus illuminatio mea &
ſalus mea quem timebo:dominus protector uitæ meæ a
quo trepidabo? Sed ne nos deterreat talis iſta militia:nihil
in ſe difficile:nihil arduum : aut impoſſibile continet. Vis
ſcire ꝗ facile ſit implere hæc:in fide militantibus ? Solent
in iſtis caſtris ſæpe etiam mulieres uincere:quia non cor/
poris robore:ſed fidei uirtute pugnaᷓ . In ſuperioribus in
hoc ipſo libello Iudicum legimus de Debboræ mulieris
triumphis:nec fœmineam mentem mulieris formido tur
bauit. Quid uero illam magnificam:& omnium fœmina/
rum nobiliſſimam memorem Iudith:quæ iã perditis pe/
ne rebus non dubitauit ſola ſuccurrere:ſeq; ſuumq; caput
imaniſſimi Holofernis : neci ſola ſubiicere. Et proceſſit ad
bellum non in armis:neq; in equis bellicis:aut i ſubſidiis
militaribus fræta:ſed uirtute animi : & confidentia fidei:
conſilio ſimilis & audacia hoſtem peremit : & quam uiri
perdiderant:fœmina reddidit libertatem patriæ . Et quid
tam longe nobis antiquorꝫ exempla reuoluimus?i oculis
nrĩs:ſepe uidimꝰ mulieres & uirgines primæ adhuc ætatis
pro martyrio tyrãnica pertuliſſe tormenta:quibus ad ifir/
mitatem ſexus nouellæ adhuc uitæ fragilitas addebatur.
Sic ergo in his qui militãt ueritati:ſed & qui militant deo:
non corporis : ſed animi fortitudo requiritur : quia non
iaculis ferreis ſed orationum telis uictoria queritur:& fi/
des eſt quæ in certamine tolerantiam præbet. Vnde & ſan
ctus Apoſtolus ad huiuſcemodi bella armis conuenienti/
bus inſtruit milites dei dicens . State ergo induti loricam
iuſtitiæ: & ſuccincti lũbos ueſtros i ueritate:ſed & galeam
ſalutis accipite:& gladium ſpiritus:ſuper omnia autẽ ſcu/
tum fidei aſſumite in quo poſſitis iacula maligni extigue/
re : ſed & calciati pedes in præparatione euangelii pacis &
hoc modo armatos tollere uexillum crucis Chriſti & ſeq
eum . Licet tamen etiam hoc in militia Chriſti : ut ſi forte
aliquando inferiorem te uiribus ſenſeris in perſecutionibꝰ
& non equum tibi aduerſum crudelitatem tyranni per fra
gilitatem corporis uideris eſſe certamen:dare locũ iræ : &
fugere de loco ad locum:nec tibi in hoc adſcribitur milita
re cõmiſſum. Deſignatur hoc etiam in legibus Chriſti di/
centis. Si uos perſecuti fuerint in hac ciuitate:fugite i aliã.
Summa namq; rei eſt Ieſum quem ſemel cõfeſſus es:non
negare. Certum eſt enim ꝙ Chriſtum confitetur ille : qui
propterea fugit : ne neget . Si quis ergo timidus eſt & for
midoloſus corde diſcedat a caſtris : reuertaᷓ domum ſuã
ne exemplum timoris/& formidinis cæteris præbeat. Vis
autem uidere quanti criminis ſit timidus & formidolo/
ſus ? In apocalypſi ubi enumerantur hi qui in ſtagnum
ignis mittendi ſunt ibi ante omnes:timidos & formido/
loſos ponit cum qbus & infideles/& fornicatores : & ui/
narios deputat . Sic inter ingentia & nefanda crimina ti/
moris & formidinis crimen ponitur. Hæc autem diximus
propter eos qui primo uelut timidi & formidoloſi corde
dimittuntur de caſtris. Sed poſteaꝗ iſta uiginti duo milia
diſceſſerunt:addit adhuc ſermo diuinus : & dicit ad Ge/
deon. Adhuc (iquit) Populus multus eſt:depone eos ad
aquam:& ibi eos probabo tibi. Vt uideo illi:qui primi re/
probati ſunt:nec in aquam deſcenderant:ſed adhuc ſe ca/
tecuminos deſignabant:& in tãtum formidinis uitio de/
territi ſunt : ut nec ad lauacrum ſalutare deſcenderent . Illi
ergo ſic reprobati ſunt. Iſti uero ſecundi ad aquã ueniunt
ut ibi probentur. Et quomodo probentur : uideamus. Et
dixit (inquit) dominus ad Gedeon. Omnem quicunq;
lambet aquam in lingua:ſicut lambit canis : ſtatues eum
ſeorſum:& oẽm qui curuauerit genua ſua ut bibat : tranſ/
feres eum. Et factus eſt (inquit) numerus eorum:qui lam
berunt in manu aquam:uel lingua trecenti uiri. Cæteri au
tem omnes curuauerũt genua ſua : ut biberent aquam. Et
dixit dominus ad Gedeon. In trecentis uiris iſtis:qui lam
berunt aquã ſaluos uos faciam:& tradam Madian in ma
num tuam. In omnibus pene ueterum geſtis myſteria de/
ſignantur ingentia:ſicut etiam in hoc loco fieri uidemus:
quia ii qui deſcendunt ad aquam : id eſt qui ad baptiſmi
gratiam ueniunt:non debent procidere in terram:nec fle/
ctere genua ſua: & cedere tentationibus uenturis:ſed ſtare
firmiter & conſtanter (ſicut & propheta dicebat) dimiſſas
manus & diſſoluta genua erigite:& greſſum rectum facite
ſemitis ueſtris. Veniſti ad aquam baptiſmi : iſtud eſt certa/
minis:& pugnæ ſpiritalis initiũ . Hinc tibi aduerſum Za/
bulum naſcitur pugnæ principium. Si remiſſior fueris:ſi
flecti facile potueris:quomodo pugnabis:quomodo ſta/
bis aduerſus aſtutias Zabuli? Propterea & Apoſtolus cla
mat. State ergo & nolite iterum iugo ſeri ituus hærere. Et
iterum dicit. State in domino. Et tertio dicit:quoniam tũc
uiuimus:ſi nos ſtatis in domino. Ille igitur probabilis:ille
electus eſt:qui poſteaꝗ ad aquas baptiſmi uentum eſt:fle/
cti ad neceſſitates terrenas & corporeas neſcit : q uitiis nõ
indulget neq; ob peccati ſitim ſternitur pronus. Sed & qd
dicit eos manu uel lingua aquam lambere:non abſq; ſa/
cramenti quadam ſignificantia hoc mihi uidetur ſcriptũ:
ſcilicet ꝙ & manu & lingua operari debent milites Chri/
ſti:hoc eſt opere & uerbo:quia qui docet & facit : hic ma/
gnus uocabitur in regno cœlorum . Quod autem etiam
ſimilitudinem canis lambentis ſcriptura poſuit : uidetur
mihi iſtud animal hoc in loco propterea nominatum:ꝙ
ſupra omnia cætera animalia amorem dicitur proprii do
mini ſeruare:nec tempore:nec iniuriis oblitterari in eo fer/
tur affectus. Trecenti ergo ſoli:qui ſacramenti huius ima/
ginem præformabant:iſti electi:iſti probati:iſti ad uictoriã
conſecrati:qui ex ipſo numeri ſacramento obtinere aduer
ſarios poſſent. Trecenti etenim ſunt:qui tertio cẽtena mul
tiplicent:& perfectæ trinitatis numerum ferunt : ſub quo
numero omnis chriſti cenſetur exercitus . In quo obtine/
mus : ut etiam nos mereamur aſcribi. Quomodo tamen
iſti pugnant ? Hydrias (inquit) portant:& lampadas &
buccinas corneas in manibus ſuis:& ſic (inqt) ueniũt ad
illas inumeras multitudies hoſtiũ:i qbus erãt cameli ſicut
arena maris. Et cũ ueniſſent ad bellũ:buccinis (inquit) cor
neis iſonuerũt. Et dimiſerũt (inqt) Hydrias de mãibus:&
contritæ ſunt. Tunc uero arreptis lampadibus ꝓruunt in

aduerſos ſimul & buccinis concrepant. Vide qa electi milites dei cum lampadibus pugnant. Sic enim eos Chriſtus armauerat dicens. Sint lũbi ueſtri præcicti: & lucernæ ueſtræ ardentes. Et iterũ. Sic fulgeat lux ueſtra coram hominibus: ut uideant opera ueſtra bona: & glorificent patrẽ ueſtrum: qui in cœlis eſt. Talibus ergo lampadibus accenſis: pugnare decet milites Chriſti luce operum refulgentes: & ſplendore geſtorum. Quæ ſunt autem buccinæ corneæ: in quibus tuba canunt? Qui de cœleſtibus loquitur: qui de ſpiritalibus diſſerit: qui myſteria regni cœlorum reuelat ille buccina concinit: ille de tuba loquitur: qui de magnis & maximis loquitur: qui ſcientiam Chriſti humanis auribus pandit. Sed cur & cornea dicit̃ buccina? Quia & ſancto dicit̃ cornu eius exaltabitur i gloria. Vnde & uniuſcuiuſq; buccina dicitur cornea: in eo ꝙ multiplicem ſcientiam Chriſti & crucis eius: quæ in cornu deſignatur diſſerit ſacramenta. Cum hac ergo buccina militantes & cum hac pugnantes uincimus alienigenas: & hoſtes in fugam uertimus: etiam ſi fuerit multitudo eorum ſicut locuſtæ. Locuſtis enim comparata eſt dæmonum multitudo: quibus neq; in cœlo: neq; in terris eſt ſedes. Præcedat ergo & nos hoc bello operum lux: ſcientiæ uirtus: diuini uerbi ꝑdicatio. Pugnemus & nos in hymnis & pſalmis: & canticis ſpiritalibus concinentes: & clamantes ad deum: ut ab ipſo uictoriam conſequi mereamur in Chriſto Ieſu domino nr̃o: Cui eſt gloria & imperiũ i ſæcla ſæculorũ. Amen.

℄ Explicit Homelia nona Origenis in librum Iudicum.

℄ Incipit Homelia decima tertia de eo quod dicitur. Fili hominis leua planctum ſuper legem tyri: & pone faciem tuam contra Sidonem.

PRæcipitur nobis ab epiſcopis diſcutere ſermonem principis tyri: ut laudes eius culpaſq; dicamus: necnon iuſſum ẽ ut de Pharaone Rege ægypti aliqua retractemus. Plãgitur itaq; princeps tyri. Nec putandum eſt hunc hominem eſſe. In medo quippe cherubin nullus hominum eſt creatus: & in paradiſo dei ſi ſimpliciter litteram ſequimur hominum nullus eſt enutritus. Et cum in paradiſo delitiarum ſicuti diximus nemo fuerit: nunc dicitur princeps tyri i paradiſo deliciarum natus atq; nutrit᷒. Quis eſt iſte princeps tyri? Veniamus ad Danielem & occaſionem intelligentiæ reperientes. Dicamus nõ eſſe principes corporeos de qbus nũc q̃rit̃. Poſt Danielem ab apoſtolo petamus exemplum. Deinde rurſum porphetarum teſtimonia uocemus. His omnibus etiam ille copulandus eſt locus q a Moyſe in deuteronomio nõ tacet̃. Age nũc replicemus exempla. Incipientes a Daniele. Princeps ait uidetur Michael. Ibiq; rurſum princeps iſrael: & in cõſequẽti Michael adiuuabat principẽ regni gẽtium. Ad hæc addat Apoſtolus. Gloria autem & honor & pax omni operãti bonum: iudæo primum & græco. Et adiuuate: principem iſraelitarum: principem regni græcorum: fortaſſe iã factum eſt in aduentu quippe domini mei Ieſu Chriſti: priceps iſrael adiuuit principem regni græcorum: ut gentes conſequerentur ſalutem: & illi credendo ſaluarentur. Atq; ita in hunc modum dicitur quidam princeps regni perſarum ſicut dictus eſt Michael priceps iſraelitarum: & alius græcorum. Non ſunt ergo hi homines nec ſm locorum uocabula in quibus imperant nominantur. Vnde & Apoſtolus quaſi non de hominibus diſputãs ait. Sapientiam enim loquimur inter perfectos: ſapientiam autẽ non huius ſæculi: neq; principium ſæculi iſtius qui deſtruunt̃: ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio abſconſam quã prædeſtinauit deus ante ſæcula in gloriam noſtram quã nullus principum ſæculi iſtius cognouit. Si enim cognouiſſent: nunq̃ dominum gloriæ crucifixiſſent. Et ꝙ iſtius ſæculi principes crucifixerũt ſaluatorem: & dominũ prophetia teſtis eſt dicens. Aſteterunt reges terræ: & principes conuenerunt in unum aduerſus dominum: & aduerſus Chriſtũ eius. Vnde & alibi in pſalmis ſcribit̃. Ego dixi dii eſtis: & filii excelſi omnes: uos autẽ ut homines moriemini: & tanq̃ unus de principibus cadetis. Et eſt ibi ſermo de nullo penitus principe corporali. Si igitur eſt qdam princeps regni perſarum: ſi eſt princeps iſraelitarum Michael conſequenter: & tyri princeps eſt. Et de his nunc principibus propheticus ſermo loquitur. Quoniam autem & de Moyſe teſtimonium polliciti ſumus: auſculta quod ſequitur. Quando diuidebat altiſſimus gentes: cum diſſeminauit filios Adam ſtatuit fines gẽtium ſm numerum angelorum dei: ſiue ut melius habet ſm numerũ filioꝝ iſrael: & facta eſt pars domini populus eius Iacob. Alia principi facta eſt pars tyrus: alia Babylon: aliæ nationes: atq; ita in hunc modum principes poſſederunt omnes fines gentium. Si quis autem putat legens in ſcripturis quaſi de hominibus dictum: intelligat altius ſpiritalis: & a nullo iudicatus. Dinoſcũtur enim quædam de Nabuchodonoſor rege aſſyriorum quæ non conueniunt perſonæ eius. Dixit enim in fortitudine faciam: & ſapientia intellectus auferam gentium: & cõmouebo ciuitates inhabitatas: & orbẽ terrarum omnem comprænhendam: & aſcendam ſuper ſydera cœli: & nubes: & reliqua: & ero ſimilis altiſſimo. Hæc Nabuchodonoſor. Sic & princeps tyri: & Pharao. Neq; enim in tantũ agitatus eſt furiis: uerus: & corporeus pharao ut diceret: mea ſunt flumina: & ego feci ea. Hoc autem ante lectum eſt in prophetia quæ eſt aduerſum Pharaonem. Neq; unq̃ principem illum ideſt corporeum pharaonem draconem nuncupaſſet dicens. Ecce ego ſuper pharaonem draconem qui ſedet in medio fluminum ægypti qui dicit mea ſunt flumina: & ego feci ea. Verum hoc in loco proprio reſeruetur: quod nũc icirco aſſumpſimus: ut per notitionem ſcripturarũ manifeſtius fieret id quod uidebatur occultum. Aduerſum hos principes eſt nobis pugna. Et beati Apoſtoli qui miſſi fuerant ad prædicandum quando ab his qui fines gentium poſſederant: homines abducebant: patiebantur inſidias: uerbi gratia dictum ſit: ingreſſi ſunt apoſtoli tyrum: perſecutus eſt eos princeps tyri. Aſcenderunt antiochiam: impugnauit eos princeps regni Syriæ. Iſte erat qui bellabat aduerſus eos: non omnes qui putabantur ut Iudas proditor. Quomodo enim ille non principaliter putandus eſt prodidiſſe ſaluatorem. Sic etiam apoſtolis: omnibus qui perſecutionẽ paſſi ſunt: alius fuit princeps perſecutionis. Scriptum eſt quippe de Iuda. Et poſt bucellam introiuit in illum ſathanas. Non eſt enim nobis pugna aduerſus carnem: & ſanguinem: licet uideantur ex carne & ſanguine qui nos perſequuntur.

ſequuntur. Non eos oderimus quin potius diligamus.
Licet inimici nobis uelint permanere miſereamur eorum:
dæmonium habent: patiuntur inſaniam. Nõ tam hi ſunt
aduerſum nos qui nos pſequũtur q̃ illi qui corda eorum
repleuerunt. Verum dominum deprecemur auxilium: ut
infirmos habeant conatus tanti aduerſarii: contra huma/
nam animam dimicantes: & dicamus: niſi quia dominus
erat in nobis: in eo cum exurgerent homines in nos forſi
tan uiuos deglutiſſent nos. Igitur eſt q̃dam princeps tyri:
& prophetia: non de hyram nos docet: hoc quippe no/
men in tertio regnorũ libro ſcriptum eſt: non de alio prin
cipe tyri: neq; de quoq̃ homine: non nos humana docent
eloquia: ſed diuina & quædam ineffabilia: & ſacrata ſub
perſonis hominũ. Pharao homo eſt. Aliud quiddam eru
dior: intelligere pharaonem. Et Nabal carmeli homo eſt:
& hyram homo: ſed aliud ſub eorũ doceor effigie. Quis
eſt tantus & talis qui a corporalibus cõſcẽdat: qui a uiſibi
libus inuiſibilia cõtẽplet: & poſſit uniuſq̃uſq; hoꝶ ſm dei in/
telligere uolũtatem. Quis eſt ergo princeps iſte diſcamus:
ut cognoſcentes lamentationem etiam quod nunc ſuper
ea dicitur: euitemus? Plangitur princeps tyri. Quã bonus
deus qui etiam eos qui ſe negauerunt deflet? & hoc ue/
nit etiam ex amoris affectu. Nemo quippe plangit quem
odit: & qui plangit̃: plãgit̃ q̃dẽ ut mortuus: uerum quaſi
adhuc quæratur: quaſi uiuis deſiderio ſit diligitur. Et hie/
ruſalem quando plangitur ſcriptum eſt. Et factũ eſt poſtq̃
captus eſt Iſrael: & deſolata eſt hieruſalem: ſedit Hieremias
flens: & lamentans lamentationem iſtam ſuper hieruſalẽ:
& ait. Quomodo ſedet ſola ciuitas quæ abundat popu/
lis: facta eſt ut uidua quæ multiplicata erat in nationibus:
princeps in regionibus facta eſt in tributum. Plangitur &
Nabuchodonoſor: ubi ſunt hæreſes: ubi ſunt qui aiunt
iſtos in perditionem creatos eſſe? Criminantur creatorẽ:
ut ſe criminibus abſoluant. Accipe lamentationem iſtam
ſuper regem babylonis: & dices. Quomodo ceſſauit qui
repetebat: quomodo quieuit qui exigebat? In regem ba/
bylonis iſta dicuntur. Quomodo cecidit lucifer de coelo:
qui mane oriebatur contritus eſt in terram. Et ille de coelo
cecidit: & iſte ſignaculum ſimilitudinis: corona decoris in
paradiſo delitiarũ nutritus. Ecce omnes de coelo cecidiſſe:
non deſcendiſſe referuntur. Dominus uero meus de coe/
lo deſcendit: & qui deſcẽdit ipſe eſt filius hominis. At nõ
ſicut ſathanas. Non enim deſcendit de coelo: neq; ei mali
quicq̃ acciderat ſi deſcendiſſet. Audi Ieſum dicentem: ui/
debam ſathanam quaſi fulgur de coelo cadentem: nõ de/
ſcendentem: uerum non ſolus ſaluator e coelo deſcendit.
Quottidie multitudo deſcendit: & aſcendit ſuper filium
hominis. Videbis enim coelum apertum: & angelos dei
aſcendentes: & deſcendentes ſuper filium hominis. Et tu
expecta aſcenſionem tuam. Tantum a ruina conſurge: &
audi exurge hieruſalem a ruina tua: ſpera quia ſis aſcenſu/
rus in coelum: & caue ne tibi quoq; dicatur. Nũquid qui
cadit non reſurget: aut auerſus non conuertetur: Væh qui
conuertuntur conuerſatione peſſima: dicit dominus. Et
iſte itaq; de his unus eſt qui ruerunt: & plangitur ab homi
ne princeps: cum princeps hominẽ flere debuerit. Homo
eſt Ezechiel: & filius hominis. Qui uero plangitur. Nabu/
chodonoſor eſt rex Babylonis. Accipe & tu lamentatio/
nem tuam ſuper regem Babylonis: & dices: q̃uo quieuit
q repetebat: & reliqua. Cõſidera in quantam ſpem uoca/
tus ſis o homo qui carne circundatus dicis quaſi lac me
emulſiſti: coagulaſti autem me ad ſimilitudinem caſei: cu/
te: & carnibus me ueſtiſti: oſſibus & neruis me contexiſti.
Tu ergo qui de cõditione tua dicebas: ecce plangis: & ille
qui carne non eſt circundatus a te plangitur: uocatus es
enim in eam ſpem de qua ille cecidit. Peccato iſrael: ſalus
gentibus ſubintrauit. Audebo aliquid ſacratius dicere in
locum angelorum qui ruerunt: tu aſcenſurus es: & myſte/
rium quod aliquando illis creditum eſt: tibi credendum
erit: de quo dicit̃: quomodo cecidit lucifer qui mane orie/
batur? Tu uero lux factus es mundi: tu pro illo factus es
lucifer: unus de ſtellis erat lucifer qui de coelo ruit: & tu ſi
tamen de ſemine es Habraam: inter ſtellas coeli computa/
beris. Eduxit enim Habraam foras: & dixit ei deus reſpice:
ſic erit ſemen tuum. Hoc autem tunc erit: quando ſtellæ
cadent ut folia de coelo: & erit alia gloria ſolis: & alia glo/
ria lunæ: alia gloria ſtellarum. Stella enim ab ſtella differt
in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. Verum noli glo
riari aduerſum iſtiuſmodi ramos qui in infidelitate ceci/
derunt: & fracti ſunt: tu quia in fide ſtas: fide & aſcendes.
Et per hoc q̃ plangis principem tyri: & ea cum lamenta/
tione deploras quã ſuperius interpoſuimus: edocere ne
forte in his bonis repertus quæ princeps tyri habuit: etiã
tu incipias ruere ſi paululum fueris gloriatus: & non cu/
ſtodieris omni cuſtodia cor tuum. Vide quippe quid di/
cat ad principem tyri. Tu ſignaculum ſimilitudinis: uolo
noſſe quid fuerit: ut ſignaculum ſimilitudinis nuncupa/
tus ſit. Cum pfeceris: accepiſti ſignaculum: quoniã deus
uere huius pater quem ſignauit: & miſit: & ideo ſemper
credentes ſignantur a domino. Iam autem: & commune
prouerbium uenit: ut dicamus ille: & ille nõ accepit ſigna/
culum: ille: & ille ſignaculum habet. Quis habet ſignacu/
lum? ille quem ſignauit deus. Audebo aliquid dicere q̃a
ſignaculo iſto ille ſignatus eſt: qui baptizat in ſpiritu ſan/
cto: & igne: ille qui largitur imaginẽ coeleſtis: qui format
te ad ſuperiora: ut ultra non portes imaginem terreſtris.
Caue homo ne ſæculũ iſtud egrediens ſignaculo diaboli
ſis impreſſus. Habet quippe ille ſignaculum. Sicuti porta/
uimus imaginem terreſtris: unde: uel quãdo: uel qui ſigni
ficauit hoc ſigno portauerimus imaginem terreſtris. Cir/
cuit diabolus & luſtrat omnia: uolens & ipſe ſignare ſub/
iectos ſibi. Signat autem ſingulorum corda conſiderans:
& imprimit in eis figuram terreni per peccata: per uitia ut
portent imaginem terreſtris. Audi Ieſum quid reſpõdeat:
quando imaginem & inſcriptionem cæſaris poſtulatur.
Qui habet aures audiendi audiat. Nam quia nõ habebat
eam imaginem quam petebatur: neq; ipſe neq; diſcipulus
ſuus. Docet ubi ualeat reperiri imago quæ quæritur. ua/
de (inquit) ad mare: & mitte hamum: & eum piſcem qui
primus aſcenderit tolle: & aperies os eius: & cum inuene/
ris ſtaterem: tolle illum: & dabis pro me: & te. Neq; ego ha
beo hanc imaginem & ſuperſcriptionem: neq; tu ſi tamẽ
uere diſcipulus meus es: ſi portæ inferorum non præua/
lent aduerſum te. Ergo Ieſus aliter dat p ſe imaginem de
mari illam accipiens: quæ in piſce fuerat incluſa ſimili his
piſcibus de q̃bus hodie lectum eſt: qui adhærent in ſquaꝫ

mis draconis: qui ſedet ſuper flumia ægypti. Vere quippe
iſtiuſmodi piſces ibi adhærent. Quāti & hodie piſces ſūt
quorum rex eſt iſte qui in aquis multis regnat! Scriptum
eſt quippe de inuiſibili dracone: quia ipſe rex ſit omnium
qui ſunt in aquis: uerum tu non es in aquis: ſed in ea terra
quæ tibi repromittit. Et hæc dicta ſunt ut diligentius uen
tilaremus quod ſit ſignaculum ſimilitudinis. Quam bea
tus fuit in illo tempore quo ſignaculū ſimilitudinis erat.
Tibi adhuc deeſt ut ſimi itudo ſignaculi fias: & procul es
ab eiuſmodi munere: dixit quidem deus. Faciamus homi
nem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Attamen
necdum conſecutus es ſimilitudinem. Fecit quippe deus
hominem ad imaginem dei: fecit: ubi dei eſt ſimilitudo!
Cum apparuerit ſimiles ei erimus: quoniam uidebimus
eum ſicuti eſt. Ego ſic accipio: & hoc quod dicitur a pro/
pheta: deus quis ſimilis ſibi: quaſi illud: quis putas fidelis
& ſapiens diſpenſator: ſicut & hoc: cum enim apparuerit
ſimiles ei erimus. Quis eſt qui aſſimiletur ei. Pauci admo/
dum ſunt qui receperunt ſimilitudinem: ut Apoſtoli. Fa/
ciamus hoīem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.
Iſte ergo qui nunc plangitur: ſignaculum erat: & plenus
ſapientia quem & tu planges: ſi factus fueris Ezechiel. Ne/
ſcio autem ſi & tu ſapientia plenus fueris: interim iſte qui
plangitur plenus erat ſapientia: & erat decoris corona. Cō
ſidera qualis fuerit: qui fuit corona decoris. Non ſimplici
ter decor: nec gloria erat in eo: ſed corona gloriæ. Hunc
autem decorem noli extra te quærere: ſed circa animæ re/
gionem: ubi cogitatorium: ubi intellectuale conſiſtit: ubi
uera eſt pulchritudo. Quod ſi uolueris ibi quærere deco/
rem ubi caro eſt: & ſanguis: humor: & uenæ: ubi materia
corporalis: non poteris inuenire. Si quidem uerus decor
in ſaluatore eſt: & ita ab illo iuxta largitionem: & miſeri/
cordiam eius in cunctorum diuiſus eſt animas. Accinge/
re gladium tuum circa femur tuum potētiſſime: ſpecie tua
& decore tuo: & pulchritudine tua. Eſt igitur aliqs decor
in principali cordis noſtri: & in anima. Quia autem iſtiuſ/
modi decor etiam ad animam pertingat humanam: pro/
phetes te doceat dicens. Audi filia: & uide: & inclina au/
rem tuam: & obliuiſcere populi: & domus patris tui: quia
concupiuit rex decorem tuum (ideſt) ſponſus. Quis ita
habet pulchram animam: quis tantum poſſidet decorem:
quis ita eſt extraneus ab omni fœditate: ut poſſit ei dici: cō
cupiuit rex decorem tuum! Et tu quidem adhuc iſtum
quæris decorem: & niteris ad placendū: iſte uero a decore
quem habuit in turpitudinem concidit. Et quomodo in
corporibus ſæpe uidemus accidere: ut mulier ſpecioſa: &
pulchra facie ab ægrotatiōe decorem ſuum perdat: & per
ſenectutem ſplendorem uultus amittat: eodem modo &
anima quæ pulchra erat: per infirmitatem amittit decorē:
& per ſenectutem deformis efficitur. Cum enim ſuſcepe/
rit ueterem hominem cum actibus ſuis: ſenectute eius pri/
ſtinum perdit decorem. Venit Ieſus ut transferat nos a ue
tere homine: & ſenectutis inſignibus: ruga quippe ſenectu
tis indicium eſt: ut ait Apoſtolus: ut exhibeat ſibi glorio/
ſam eccleſiam: nō habentem maculam: aut rugam: aut ali/
quid iſtiuſmodi: uerum ut ſit ſancta & immaculata. Licet
igitur a ſenectute & ruga ad iuuentutem tranſcendere. Et
hoc eſt in hac pte mirabileq; corpus ab adoleſcentia per/
git ad ſenium: anima uero ſi uenerit ad perfectum: a ſene/
cta in adoleſcentia tranſmittit. Iccirco etiam ſi exterior ho
mo noſter corrumpitur: ſed interior renouatur de die in
diem. Oportuit te noſſe decorem quem rex concupiſcit:
oportuit te ſcire eum qui aliquando fuit decoris corona:
& tu cum fueris conſecutus hāc gloriam: caue ne corruas.
Siquidem & iſte qui corruit ſignaculum erat ſimilitudi/
nis: plenus ſapientia: & decoris corona: in delitiis paradiſi
dei tui. Inquinatus es: non ait ſimpliciter in paradiſo: ſed
in paradiſo delitiarum. Quæro utrum ſint quædam para
diſi differentiæ: & cum quis in paradiſo dei fuerit: tamen
non ſit in paradiſo delitiarum ſicut latro ille prima hora
cum Ieſu ingreſſus eſt paradiſum. Si a te rogē putaſne in
paradiſum introgreſſus eſt: an non: non dubium quin eū
reſpondeas introgreſſum. Deinde ſi ruſum a te quæram:
quid ergo introgreſſus paradiſum: ſtatim ne delitiarum
loco exceptus eſt: dicas forſitan quia prima hora ingreſſus
ſit paradiſum in paradiſi delitiarum dei: factus nō eſt. Sin
autem iam uideris eum accipientem de ligno uitæ: & de
cunctis arboribus quas non interdixit deus. Ita ut de om/
ni ligno paradiſi ueſcentem: ſi aſpexeris eum & illius li/
gni: & omnium quæ tunc prohibita nō ſint cibum edere.
& a te rogem putaſne iſte nō ſolum in paradiſo factus eſt:
uerūetiam in paradiſo delitiarum dei: quid mihi aliud re/
ſponſurus es niſi eum in paradiſi delitiis cōſtitutum. Ad
hāc beatitudinem tu feſtinas: qui uideris plangere. Iſte ue/
ro qui plangitur: fuit quondam in delitiis dei. Omnem la
pidem bonum indutus eſt ſardinum: & carbunculum: ſa/
phirum: & berillū: & iacinthū: & Iaſpin: & reliquos duo/
decim lapides. Difficilis eſt & ultra uires noſtras naturāq;
huius loci ſe expoſitio ſuſtollit. Quis enim poteſt naturā
uniuſcuiuſq; lapidis exponere: & deſcribere: ſiue colorem:
ſiue uim eius ut ſic ualeat reperire quare lapides iſti aſſum
pti ſint! Attamen licet non ſimus tales: qui cuncta intelli
gere poſſimus pauca uideam⁹: quomodo duodecim iſtis
lapidibus indutus fuerit: ſicut diuinæ litteræ curæ ſūt. Ad
quā rem ſæpe exhortamur adoleſcētes: ſed ut uideo nihil
proficimus tantūmodo tempora cōſumentes. Nō enim
potuimus aliquos eorum ad id perducere ut ſacris uolu/
minibus inſiſterent. Et duodecim iſtos lapides: & cætera
requirant in ſcripturis: inueniet & in apocalypſi eodem
modo atq; ordine nūcupatos. Qui ibi primus: & hic pri/
mus eſt poſitus: qui ſecundus ſecūdus: qui tertius tertius:
qui quartus quartus: atq; ita uſq; ad duodecimum lapi/
dem: ordo ſeruatus eſt. Cur ergo & ſuper quo lapides iſti
in apocalypſi nuncupati ſunt! Vtiq; ſuper portas hieru/
ſalem cœleſtis. Ibiq; dicitur: quia prima porta topacium
ſit: ſecunda Smaragdus: tertia Carbunculus: quarta Saphi
rus: atq; ita in hunc modum in ſingulas portas ſinguli la
pides diſtribuuntur. Si intellexeris portas hieruſalem: &
portas filiæ Syon ubi & oportet te canere deo: cantabo
quippe ait omnes laudes tuas in portis filiæ Syon: ſi ani/
maduerteris quomodo indutus ſit aliquis duodecim la/
pidibus: & ingreſſus hieruſalem: & per alias portas ingreſ/
ſus cōſpicies uirgines duodecim in libro paſtoris: in quo
angelus pœnitentiam docet: duodecim uirgines habent
nomina ſua: fides: continentia: & cætera: poteſtis quippe
legere ſi uultis. Deinde quādo turris ædificatur cū aſſum/

pſeris fortitudines

pſeris fortitudines uirginum:pariter accipes et id quod de portis dicitur. Ornamétum quippe tibi eſt unaquæq; uirtus:atq; ita in húc modum ſupædificant fundaméto chriſti:nó ſolum aurum & argétum:uerum et lapides precioſos. Prohibitum eſt aút ædificare ligna: fœnum & ſtipulam. itus eſt igitur iſte lapis duodecimus. Et nobis adhuc imparatum eſt ut dicamus de tyro & ſydone & pharao. Anguſtia tpis:neq; ſuperiora quæ cœpimus implere pmiſit: & hæc quæ uolumus enarrare quaſi cómenti more perſtringenda ſunt breuiter. Cómínatio eſt in ſydonem:quæ interpretat uénatores. Aia noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Si hebraice legis. Habes de laqueo ſydoniorū. Igitur ſydonii uenatores ſunt:et cóminatio quæ fit in eos.ppter te:fit,qm̃ uolunt te capere:& diligéter obſeruant quó auditores ſcripturarum de eccleſia auellant: quó de finibus iudeæ ad fines ſynodis transferát:uerum tu omni cuſtodia ſerua cor tuum: & diſce quia cóminatio in uenatores tui cauſa fit. De Pharaone uero iam aliqua ſermo memorauit:affirmás eum draconem ſedétem in medio fluminum:atq; dicentem:mea ſunt flumina: & ego feci illa. Noui ego differentias fluminum:& ſcio flumina in qbus draco ſedeat:ſup flumina hi qui de iſrael capti fuerát ſedentes cum carmé ſyon canere nó poſſent:flebant:ſm id qđ in pſalmis ſcriptum eſt. Sup flumina babylonis illic ſedimus & fleuimus. Et ſcio aliud flumen:cuius impetus lætificat ciuitatem dei iuxta pſalmiſtæ uocem dicentis. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Vis audire qs eſt iſte fluuius:cuius impetus lætificat ciuitatem dei? Ieſus chriſtus dñs noſter eſt fluuius:cuius impetus lætificat ciuitatem dei. Iſte eſt qui ait per Eſaiam. Ecce ego declino in uos quaſi fluuius pacis. Scio ego quoſdam eſſe fluuios repromiſſos q ex hoc fluuio manát. Omnis enim qui biberit ex aqua iſta:ſitiet rurſum:q aút biberit ex aqua quam ego dedero (ait Ieſus) nó ſitiet in æternum:ſed erit fluuius in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam:& flumina de uentre eius egredientur. Habes igitur fluuios ſanctos a quibus procul eſt draco. Quomó enim tria ſunt impoſſibilia mihi ad intelligédum:uia ſerpétis ſupra petram: petra aút erat Chriſtus:& nó eſt uia ſerpentis:ubi eſt Ieſus: ſic nó poſſum in his fluminibus draconis iuenire ueſtigia. Eſt aút quidam fluuius quem draco fecit:dicit quippe draco & cóminatur:deus tam draconi q̃ fluuiis in quibus eſt draco:mea ſunt flumina:& ego feci illa. Audi hæreticum cum omni uerſutia & ingenio prædicátem: necdum uenire Ieſum chriſtum. Iſta ſunt flumina in quibus uerſatur draco:& ipſe fecit ea:& dicit draco. Mea ſunt flumina:& ego feci illa. Iccirco diligenter attende cum aquam biberis ne forte de illo fluuio libas in quo ſedit draco:ſed bibe ex aqua uiua: & de eo fluuio in quo eſt ſermo dei: in quo dominus noſter Ieſus chriſtus:cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De eo quod dicitur:Porta hæc clauſa erit:nó aperitur: & nemo per eam tranſibit:quia dominus deus tranſibit per eam. Homelia. XIIII.

ET ait dñs ad eum. Porta hec clauſa erit:nó aperietur & nemo per eam tráſibit:quia dominus deus iſrael tranſibit per eam:& egredietur. Et erit clauſa. Portas plures tépli deſcribit ſpiritaliter Ezechiel filius hominis: & quid de ſingulis deſcripſerit portis:nunc rurſus exponet:his qui habent aures ad audiendum de porta ſanctorum exteriore quæ reſpicit contra orientem:& clauſa ſit ſemp. Et ait dominus ad eum:porta hæc clauſa erit:non aperietur:& nemo per eam tranſibit:quia dominus deus iſrael ingredietur per eam:& egrediet:& erit clauſa. Et aliam cauſam addit:cur clauſa ſit porta: non ſolum quia dominus deus tranſibit per eam: ſed quia & dux ſedebit in ea: ut comedat panem coram domino ſm uiam eloam:quod interpretatur ueſtibulum portæ. Et ingredietur ſm uiam eius: & egredietur. Dominus deus uniuerſitatis auditor per aliquam portam quæ ex ſenſibili materia eſt:atq; clauſa ſemper ingreditur. & egreditur:& eius cauſa qui cœlum terramq; fundauit. ingrediens & egrediens nuſq̃ porta reſerabitur:uerum alia ratio eſt portæ exterioris: & ſm uiam ſanctorum. Quæ eſt ergo illa ratio ut clauſa permaneat? Supradictus dux ibi ſedet:ut nemo eum uideat edentem panem in cóſpectu domini. Qui hæc obſeruate legit:nónne quodámo ſcripturam audit loquentem:ſurge qui dormis nónne ſtimulatur ut exurgat a mortuis:& ea quæ clauſa ſunt quærat? Ego audéter dicam ſecretiora quæq; clauſa eſſe & maniſeſtiora reſerata:& nó eſſe clauſa: aperientes ea quæ clauſa ſunt:hæc nos dicimus:ſed euangelia teſtantur:uæh uobis ſcribæ & phariſei:hypocritæ: & uobis legis doctoribus:uæh quia tuliſtis clauem ſcientiæ: & ipſi non intraſtis: & ingredientes prohibuiſtis. Eſt igitur quædam clauis ſcientiæ ad ea quæ ſunt clauſa reſerãda:& ſunt plurimi:neq; ipſi ingredientes:neq; eos permittentes qui ingredi uolunt. Et in alio loco ſenſus ſcripturarum liber dicitur eſſe ſignatus. Et erút ſermones libri iſtius quaſi ſermones libri ſignati:quem ſe dederint homini litteras neſcienti dicétes ei:lege:& dicet neſcio litteras:& dabút eum homini ſcienti litteras:dicentes ei:lege:& dicet nó poſſum legere:ſignatus eſt enim. Manifeſtius aút uoluntaté huius exépli:apocalypſis Ioánis cótinet memorás. Circúiuit angelus dicens:quis dignus aperire ſignacula: & ſoluere ea: & legere quæ ſcripta ſunt? Et nemo inuentus eſt in cœlo neq; in terra:nec ſub terra: qui poſſit apire ſignacula:& legere quæ ſcripta erant in libro:ſed flebat. Et uenit quidé ad me:et dixit mihi. Noli flere. Ecce uicit leo de tribu iuda: radix & genus Dauid:aperire librum:& ſoluere ſignacula eius. Et aperuit qui erat de tribu iuda:& manifeſtauit quæ erant ſcripta. Quádiu nó uenit deus meus clauſa erat lex: clauſus ſermo propheticus:uelata lectio ueteris teſtaméti: & uſq; ad hanc diem quando legit Moyſes: uelamétum in corde iudæorū eſt poſitum. Sunt autem quidam qui amant uelamétum:& oderunt eos qui de uelamine interpretantur:ſed nos conuertamur ad dominum: ut ablato uelamine dicamus. Nos autem omnes reuelata facie gloriam dei ſpeculantes:in eandem imaginé transformamur a gloria in gloriam:uerum eſt quædam porta: & una: & clauſa:per quá nemo tranſiit. Sunt quippe quædam uniuerſæ creaturæ incognita:& uni tantúmodo nota. Neq; enim quicquid nouit filius hoc mundo aperuit. Non capit creatura quod nó capit deus:& ut ad maiora ueniam: non capiunt ſigna æqualiter cognitioné. Plus erat in Paulo q̃ in Timotheo:cú eſſet uas electionis. Et uere magnum in domo uas Timotheus:rurſum capit quæ ego ſæpe nó poſſum. Et eſt forſitan aliquis qui etiam me minimus ca

piataſunt quædã quæ ſolus Chriſtus capit: & iccirco clau ſa eſt ianua templi dei. Quæ eſt enim iſta obſecro exterior quæ extra mundanas res & incorporeas: & ut ita dicã ma teriales aperit. Neq; enim fruſtra poſitum eſt: exteriorem ianuam ſemper eſſe clauſam. Quæ eſt? iſta ianua exterior ſanctoꝝ: quare clauſa? Quia dñs deus iſrael ſolus ingredi/ tur & regreditur per eam. Quare egreditur? ut cognoſca/ tur a quoſa duce. Quis ad clauſam portam dux iſte? Sal/ uator eſt: qui panem comedit: qui portam cum patre clau dit: qui ſpiritali paſcitur cibo: meus cibus eſt dicens: ut fa/ ciam uoluntatem eius qui miſit me: ut pficiam opus eius. Clauſa eſt itaq; ianua ut nemo uideat magnum ſacerdo/ tem panem in ſanctis ſanctorum comedentem. Ad hæc autem probanda quæ dicimus qui leuiticum legit ablato ex corde ſuo uelamine poterit agnoſcere myſterium ſacer dotum. Ibi quippe de ſacrificiis & cibis quos ſoli ſacerdo tes comedũt refertur. Sunt qdam cibi ſacerdotales: quos non comedit ſacerdos in domo ſua: non cum filiis: licet ſacerdotales ſint: non cum uxore: licet legitime ei nupſe/ rit: ſed in loco ſancto comedit eos: & comedit ibi eſcam in ſancta ſanctorum. Quomodo ſacerdos non comedit eſcam in domo ſua: aut in alio quoq̃ loco: ſed in ſanctis ſanctorum: ſic Saluator meus ſolus comedit panem nul/ lo ualente comedere cum eo. Eſt autem quidam locus: in quo comedens: & me ſecum attrahit ad ueſcendum. Ecce enim (inquit) ad oſtium ſto: & pulſo: ſiqs mihi aperuerit ingredi tur ad eum: & cœnabo cum eo: & ipſe mecum. Ex quo apparet & alium poſſe cœnare cum eo. Porro quæ/ dam eſca eſt: qua ſolus tantũmodo ueſcit. Excellẽs quip/ pe ab uniuerſa conditione natura eius: & ab omnibus ſe/ gregata: facit eum quotidianum panem: de patris natura comedere: unuſquiſq; noſtrum petit panẽ quotidianum: & petens quotidianum panem: non eũdem: nec eiuſdem menſuræ eum accipit: uerum ſemper in orationibus puris & munda conſcientia: in factis iuſtitiæ: quotidianum co/ medimus panem. Siquis uero minus purus eſt alio mo/ do quotidianum comedit panem. Dominus autem qui omnium iudex eſt det nobis panem uiuentem: ut cibati eo: & corroborati poſſimus in cœlum iter facere glorifi/ cantes deum omnipotentem: per Christum Ieſum: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ In Ezechielem prophetam Homelia XIIII. explicit.

¶ Impreſſum Venetiis per Lazarum de Soardis die pri/ mo Iulii. M.D.XVI. Qui a Senatu Venetorum obtinuit q nullus imprimere ſeu imprimi facere audeat eorum in territorio ſub mulcta: ut ſuis in gratiis patet.

¶ Excuſatio Lazari.

Si quid forte tuos/offendet lector ocellos:
Quod mihi mendo grãmate/uerſus eat/
Emendare uelis: nam non me Lazarus iſtis
Confecit mendis/bibliopola tuus:
Sed turbata magis preſſoris inertia/quando
Sera dedit laſſas artubus hora manus.

¶ Deo & candidiſſimæ Virgini gratia.

¶ REGISTRVM.

A
Subiecta opera
Iam q Origenes
a
¶ Adamantii
lebunt ei: &
abire in Hieruſalẽ
a uita æterna.
b
puer qui
ſcandala
mit a malignis
alter uoluerit caſte
c
latio dei adducere
quæ & dixerat.
gatoris per
fuerit iuſtum


d
¶ Secundum
manifeſtiſſimam
lias malos male
uolentium Ieſum
e
dona ex deo:
¶ Secundum
enim ea quæ
gnum cœlorum.
f
ſuſticam caſtitatẽ
ante cõſumationẽ
ait: & prædicabit
minationem
g
ra: & meliora.
abſit gloriari niſi
Propter quod
bo ueniente ad

h
trus apud
ne forte & cadere
quia non optabat
autem adduxit
i
mus. Simile
ſunt. Vbi autem
ſcipulis eius ſi
iudæam: ſic &
k
hi qui nuptiis
nale. Magnificat
cui eſt gloria &
cem mittere ſup
l
quid reperiretur.
tum fuiſſe q̃ ut
dogmatum ſuoꝝ
uirtute ſpiritus

m
integre delitiaris
quimus: ſed
præuenimus hoc
& continet a
n
in tempore exitus
num ſupra
fecit non
ſupplicia æterni
o
gine enim natus
cõtendũt, Nunc
non renũciauerit

gnſ.xi.car.ii.

FINIS.



¶ NEMO CONFIDAT NIMIVM SECVNDIS.

297